Digitized by Google

H. lit 550.

5. 5. 612

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DAVIDIS CZVITTINGERI
NOB. HVNG.

SPECIMEN HUNGARIÆ LITERATÆ,

VIRORVM ERVDITIONE CLARORVM NATIONE HUNGARORUM, DALMATARVM, CROATARVM, SLAVORVM, ATQUE TRANSYLVANORUM,

VITAS, SCRIPTA, ELOGIA ET CENSVRAS
ORDINE ALPHABETICO
EXHIBENS.

ACCEDIT

BIBLIOTHECA *SCRIPTORUM*

QUI EXTANT
DE
REBUS HUNGARICIS.

FRANCOFVRTI ET LIPSIÆ
Typis et Sumptibus Jod. Guil. Kohlesii, Vniv. Altdorf. Typogr.
ANNO MDCCXI.

Digitized by Google

DIODORVS SICVLVS.

ÆQvum eſt, ſimulqve vitæ communi conducibile, bonos æternis commendatos laudibus illuſtrari. Nam Majorum æmulatione & memoriæ Poſteritas ad communem beneficentiam incitatur.

Digitized by Google

INCLYTI ET APOSTOLICI REGNI
HUNGARIÆ

COMITATUS HONTENSIS

OPTIMATIBUS ATQUE PROCERIBUS

COMITI SUPREMO

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE

NEC NON

VICE-COMITI

GENEROSISSIMO

PRÆTEREA

JUDICIBUS NOBILIUM

ÆQUI BONIQVE SERVANTISSIMIS

CETERISQVE

ASSESSORIBUS NOBILIBUS STATIBUS
ATQUE ORDINIBUS

TUM ILLUSTRIS PROSAPIÆ ANTIQVITATE TUM FORTITUDINIS CLARITATE
TUM MUNERUM DIGNITATE TUM CONSILIORUM SALUBRITATE
TUM FIDEI IN DEUM REGEM ET PATRIAM FIRMITATE
FULGENTISSIMIS

DOMINIS SVIS ET PATRIÆ PATRIBUS OPT. MAXIMIS

Digitized by Google

PACEM OMNIUM VOTIS ANXIE EXPETITAM

REGIMEN TRANQVILLUM

FORTUNAM INVIDIA SUPERIOREM

FAMILIAM PERPETUO FLORENTEM

POSTERITATEM HAUT INTERMORITURAM

AC FATA VOTIS QUIBUSCUNQUE FELICIORA

EX INTIMIS CORDIS VISCERIBUS

DEVOTISSIME APPRECATUR

SIMULQVE

SPECIMEN

HOC

HUNGARIÆ LITERATÆ

IN OBSERVANTISSIMI ANIMI TESTIMONIUM

HUMILIMI OBSEQVII VADIMONIUM

ATQVE SUI STUDIORUMQVE SUORUM COMMENDATIONEM VALIDISSIMAM

EA QVA PAR EST VENERATIONE

DICAT DEDICAT CONSECRAT

AUTOR.

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

DOctrina & Virtute inſignium Virorum Nomina, Facta ac Scripta publicis literis monumentisque conſignata ad poſteros tranſmittere, mos uti ab omni ævo valde fuit laudabilis, ita hac noſtra etiam ætate idem ille apud cultiores plerasque Europæ gentes obſervatus non poteſt non deprædicari: præterqvam enim qvod Majorum æmulatione & memoria, qvi erunt & qvi futuri ſunt, ad eundem Virtutis tramitem impigre calcandum alacriter excitantur, profecto exemplis etiam ejusmodi illuſtribus fax qvaſi præfertur ad eundem felicius emetiendum. Cum igitur viderem, cuilibet ferè Genti proprium qvendam ſuppetere Scriptorem, qvi nomina, ſcripta, judicia & elogia Virorum eruditione clarorum *collegerit, enumerarit, ac ſingulari volumini inſerta expoſuerit, ſolam vero* Gentem Hungaricam *Scriptore ejuſmodi in hunc usqve diem carere, ceu qvidem defectum hunc animadvertens jam olim ingemuit Illuſtriſſimus Hungariæ Comes* Petrus de Rêva *in nitidiſſimo de* Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ Commentario, *verbis prolatis hiſce*: Inde ego ſæpe conqveri, & infelicitatem gentis noſtræ Hungaricæ accuſare ſoleo, qvod licet Majores noſtri, ingenio, viribus ac armis excelluerint, pauci tamen reperti ſunt, qvi res patrias literis mandaſſent, contenti forſitan virtute, qvæ laudata patrare novit, laudari negligit, nec proſperam ſuorum geſtorum memoriam relinqvunt poſteris, ignari prorſus, contemtu famæ, contemni virtutes, ſuum cuiqve decus poſteritas rependere ſolet, Heroasqve honor Annalium æternus, non brevis & plebeja prædicatio colit & conſecrat. *Qva cum qverimonia ſane juſtiſſima conjungi poſſunt, qvæ recentior aliqvis Scriptor Jacob. Frid.* Reinmannus *in libello* Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam Literariam *tradidit, qvando ad Qvæſtionem à ſe propoſitam hancce:* Wer kan mir *de Scriptis & Scriptoribus Hungaricis* Nachricht geben? Reſpon-

ſionem *attulit iſtam*: Ich weis niemanden / den ich hier darzu recommendiren könte / Ich glaube auch nicht / daß jemahls einer von dieſer materie was geſchrieben habe / oder auch was ſonderliches hab ſchreiben können / dann die Ungarn haben jederzeit ein ſolches naturel gehabt / daß Sie mehr auf ein gewandtes Pferd und einen blancken Sábel als auf ein curieuſes Buch gehalten. h. e. *ad Quæſtionem hanc*: Qvis me de Scriptis & Scriptoribus Hungaricis inſtruet? *Reſponſio allata eſt iſta*: De nullo mihi conſtat qvem tibi hac in re commendare poſſem Autorem, neqve etiam crediderim, aliqvem de tali materia unqvam qvid ſcripſiſſe, aut notabile ſcribere potuiſſe, qvippe qvod Hungari eo ſemper præditi fuerint ingenio, ut plus eqvo generoſo, acinacique fulminanti, qvam libro alicui amœno & curioſo tribuerint. *Cui tamen non immerito ſincerum oppoſueris* Ferdinandi Neoburgi *teſtimonium, qvod in Tractatu germ.* Curieuſer Hofmeiſter *p. 1127. verbis perhibuit ſeqq.* Hiernechſt haben ſich unterſchiedliche Ungarn habilitiret / und bewieſen / daß ſie durch ihren Verſtand nicht allein zum höchſten Purpur / ſondern auch in allen Facultäten geſchickt ſeyen / *h. e.* Præterea diverſi Hungari re ipſa demonſtrarunt, ſe vi ingenii ſui non ſolum ad ſummam Purpuræ Cardinalitiæ dignitatem evectos, ſed ad omnes etiam ſic dictarum Facultatum Scientias addiſcendas capaces eſſe ac idoneos. *Quæ omnia æqua animi lance ponderans, mecum tandem conſtitui, aliarum gentium more*, meæ *qvoqve* Patriæ claros literis Viros *in apricum deducere, viſurus, qvid hoc ipſo in conatu humeri valeant, qvid ferre recuſent. Eqvidem diffiteri neqveo, ad tanti operis molitionem Virum arceſſendum fuiſſe ætate graviſſimum, judicio limatiſſimum, ſubſidiis ac præſidiis literariis inſtructiſſimum, longo rerum uſu exercitatiſſimum, in lectione Autorum qvamplurimorum verſatiſſimum, omnibusqve numeris abſolutiſſimum; At enimvero ſi voluntas, in omni licet virium defectu, ſua tamen non penitus caret laude; profecto meum qvoqve hoc inſtitutum haud quisqvam jure meritoqve improbaverit, utpote qvo ipſo non tantum ſingularem in natale ſolum teſtari volui amorem, ſed inſimul Conterraneis æqve meis, ac aliis qvibusvis Viris doctiſſimis ſtimulos qvaſi ſubdere, majore, qvam mihi in præſens licuit, ſolicitudine ac felicitate, idem hoc argumentum expediendi. Interea* Specimen *duntaxat aliqvod, non perfectum, numerisqve omnibus abſolutum Opus in ſalivam placuit emittere Eruditorum, auctiurus id ipſum emendaturus, & qvacunqve ratione perfectius redditurus, dummodo tempora mitiora experiri, fata benigniora ſortiri, & pleniorem Autorum patriorum noti-*

notitiam adipiſci potuero. *Quemadmodum autem eorum, qvi Eruditorum claſſi accenſentur, h. e. qvidpiam operæ doctrinam continentis, in publicum unqvam produxere, tantus in plerisqve Europæ partibus numerus reperitur, ut impoſſibile, vel ſaltem difficile ſit, ad ungvem ſingulos commemorare, ita mihi qvoqve libere profitendum eſt, plures Eruditos Hungaros me ignorare, qvam cognitos habere. Neqve vero admiratio qvempiam ea propter ceperit, temporis nempe præſentis extra patrios tranſigendi lares indicta mihi neceſſitate, probe trutinata: Qvo minus enim voti mei compos fieri potuerim, impedimento fuere qvam maxime bella, qvæ in hunc usqve diem, Hungariam in agone fere jacentem, ſine ulla reſpiratione, miſere dilacerant Muſasqve tranqvillitatis amantiſſimas ad Garamantas & Indos relegatos, contemtui habent ac faſtidio. Deinde* commercii epiſtolici per *Hungariam ad argumenti ejusmodi uberiorem elaborationem perqvam neceſſarii defectus haut leve ſcopo huic meo attulit impedimentum: cui acceſſit hæc præterea infelicitas qvod opuſculorum nuſpiam alibi, qvam in Hungaria impreſſorum particeps reddi neqviverim. Taceo plurium in dignitate eminentiore hodie intra & extra Hungariam conſtitutorum* Nomina, Officia, Virtutes, Scripta & Merita, *qvæ uti hactenus indagare prorſus fuit impoſſibile, occaſione utpote omni eadem impetrandi deſtitutus, ita in tempus votis meis magis reſponſurum, rejicere debui ac differre. Nihilominus tamen inopiam hancce meam aliqvadantenus ſublevaturus, illorum etiam nomina aliqva in cenſum retuli Eruditorum, de qvibus, præter unum aliudve elogium, aut judicium, nihil amplius mihi conſtabat; qvin una vel altera tantum Diſputatione publice impreſſa nomen in Academia aliqva profeſſos, non modo non neglexi, ſed ſpe fretus uberiorum ex primitiis ejusmodi Academicis fructuum in Patriam redundandorum, eosdem ſuo qvemqve ordine collocavi. Neqve verò de* Hungaris *eruditione claris verba faciendo, illos ſolum intellectos velim, qvi ex proprie & ſtricte ſic dicta Hungaria natales ſuos arceſſunt, ſed ſub latiore ſignificatione libuit complecti reliqvos pariter* Hungariæ *regno, innexos ac adſcriptos populos,* Dalmatas *nempe,* Croatas, Slavos atqve Tranſylvanos *cujuscunqve religionis, qvorum qvidem qvò rariora tum* Nomina, *tum* Scripta, *tum* Elogia, *tum* Cenſuræ *ad notitiam meam pervenere, eo majore cura ac animi voluptate ceteris inſerenda & adjungenda eſſe judicabam. Atqve ut ſingula ratione ea digeſta benevolo exhiberentur Lectori, qvæ ad faciliorem non minus Nominum inqviſitionem, qvam inventionem facerent, ſeriem præcipuè elegi alphabeticam, in tanta Nominum & Cognominum varietate non ſolum lucem, ceu qvidem mihi perſuadeo, ſed tædium qvoqve ea inqvirendi diſpulſurum: Potiora tamen Cognomina expreſſi genuina ſua & uſitata ſcriptura ac terminatione*

hun-

hungarica, *eum qvidem præcipue in finem*, *ut puri puti Hungari*, *qvam ex corruptè prolatis nominibus hungaricis haud aſſeqverentur notitiam, ex iis rectius ſcriptis eam ſibi compararent*, *additâ inſuper ſub finem hujus opuſculi in gratiam hungaricæ lingvæ non æqve gnarorum* Tabellâ *Orthographiæ hungaricæ*, *cujus ope Nomina hungaricè exarata melius legi ac pronunciari qveant ; facili interim pro cujuslibet Lectoris arbitrio*, *hungaricæ in latinam terminationem futurâ commutatione. Qvod ſupereſt*, *ad calcem inſimul hujus mei Speciminis*, Indiculum *aliqvem* Autorum, *variis ex nationibus gentibusqve oriundorum ſubjeci*, *qvi qvidpiam de rebus hungaricis qvacunqve in lingva ſua tradidere*, Bibliothecula *alicujus vicem ſubiturum*, *unde Conterranei*, *præſertim adultiores*, *temporum æqve à memoria remotiorum, qvam recentiorum ac præſentium*, *res patrias cognoſcere deſiderantes, ſubſidium aliqvod & qvaſi manuductionem capere qveant. Faxit ſupremum Numen*, *ut qvaliscunqve hæc opella mea*, *in ipſius ſanctiſſimi Nominis gloriam*, *Nationis hungaricæ illuſtrationem*, *uberiorem Hiſtoriæ hungaricæ elaborationem cedat*, *ſerviat*, *faciat. Bene vale Lector faventiſſime*, *qvem toto*, *eoqve candido pectore apprecor*, *obſecro & obteſtor*, *ut ſi qvid exploratius*, *perfectius*, *& accuratius hoc ipſo in argumento habuerit*, *mecum communicet*, Schemniciumqve, *urbem Hungariæ montanam*, *in* Comitatu Hontenſi majori *ſitam*, *vel ſi magis commodum videretur* Altdorfinam *in Academiam ad ejuſdem Typographum* Kohleſium, *ſumtus in hoc* Specimen *facientem*, *id tranſmittat, mihiqve in hoc ſtadio ac ſtudio verſanti opem ferre haud gravetur.*

APPLAU-

Digitized by Google

APPLAUSUS VOTIVI.

RECTOR
UNIVERSITATIS ALTDORFINÆ
h. t.
JOHANNES JACOBUS BAIERUS, D. & PP.
ad Generoſum & præclare doctum Dominum
AUTOREM.

S*Ammarthane* tibi qvantum tua Gallia, qvantum
Thomaſine, tibi debuit Italia:
Qvantum devincta eſt ſolers Germania *Adamo*,
Qvantum *Miræo* Belgica terra ſuo:
Tantum, ZVITTINGERE, tibi debere fatentur
Sangvine progeniti qvilibet Hungarico;
Qvod *patriæ doctos homines*, laudemqve merentes
Enumeras ſcriptis & ſupereſſe facis.
Hic labor inveniet laudes, namqve ipſemet inter
Doctos Hungariæ jam numerandus ades.

ZVITTINGERE ſagax, Stirpis Prænobile Germen
Pannoniæ, Clarii plauſu digniſſime cœtûs
Autor docte Libri, qvo nomina clara Virorum
Scribuntur, fortes ad Jazygas uſqve Satorum.
Grator de penito tibi pectore, votaqve fundo,
Ut tua laus reſonet per Hyperboreos metanaſtas;
Utqve bonis avibus mox tecta paterna reviſens,
Invenias fulvo ditatos ære penates.

L.mqve apprecabatur id Nobilitate Generis & Literaturæ
variæ elegantia Cultiſſimo DNo ZVITTINGERO ſuo
CHRISTOPHORUS Sonntag
SS. Theol. D. & P. Primarius.

SIccine, *Pannonicis* dum fervent omnia bellis,
Hungare TU *Muſas* jam canis *Hungaricas!*
Aptius *ex Armis* forſan ſibi *Patria* nomen
Et magis a *Pilo*, qvam *ſtylo* habere volet.
Sed *Tibi* Palladis in caſtris bene ſcribere viſum,
Pannoniæ PRIMO fortia facta *Togæ*;
Scilicet, ut, qvam *Marte* cluit, tam fertilis *Arte*
Monſtretur *Tua* Gens, eſſe neceſſe putas.
Hinc *Tibi* plus labor hic laudis decorisqve parabit,
Qvo ſunt nota Armis, Hunnica ſcripta minus.
Pro qvibus *officiis*, ut *præmia* digna rependat
Patria dum curat; Qvid videatur, habe:
Qvæ prius innumeros jacuit neglecta per annos
Doctrinæ laudes Vindice Cive *ferens*
Laudabit qvoqve fera *Tuum* per ſecula *nomen*,
Doctaqve poſteritas Pannonum in ore feret.

Clariſſimi Domini Autoris de Patria Orbeqve literato eleganti hoc ſpecimine optime merenti appl. ſcr.

GUSTAVUS GEORGIUS ZELTNER
S. Theol. D. & PP. Altdorffinus.

AD GENEROSUM AUCTOREM.

DUM gravis incumbit patrio Mars impius orbi,
TU Patriam celebrem Palladis arte probas.
Omine felici: Nam Tu qvoqve pace recepta
Sedibus in patriis Pallade clarus eris.

Doctiſſimo & perelegantı operi applaudens ſcr.

JOHANNES GVILIELMUS BAIERUS, J. G. Fil.
S. Theol. D. Prof. Publ. Altdorffinus & V. D. M.

Inter

Nter ſtridentes bellorum mille tumultus
Et patriam doctis haud caruiſſe doces.
Sed memoras celebri ſcriptorum laude perennes,
Ipſe Tuæ patriæ gloria, fama, decus.
Docta qvidem per ſe florent præconia famæ,
Sed magis à docta gloria ſcripta viget.

De vitis Clarorum Conterraneorum ſuorum clare ſcribenti Generoſo DN. Auctori, Fautori ſuo certiſſimo cordicitus gratulatur

HENRICUS HILDEBRAND D.
Reipubl. Norimb. Conſil. & Prof. Pand. Publ.

Rgone qvem ſumma ſtatuunt indaginis auſum
Hungariam doctam fautor amice dabis?
Sic dabis, En! cernit fœtus & patria & orbis,
Qvales nullus adhuc Hungarus uſqve tulit.
Qvid vero? Si pro meritis tibi patria tantis
Obſtricta eſt extra dum pia rura viges,
Qvæ non, ſi tandem peregrinas liqveris oras
Res curans vigiles emolumenta feres?

Affectu haud infucato

p.

EUCHARIUS GOTTLIB RINK
Jur. Publ. PP.

In

IN vitam revocas *patriæ* dum *pignora docta*,
Ipſe Tibi vitam reddis, *Amice*, novam:
Nempe per ora *Tuum Specimen* volitando Virorum
Doctorum, Tuus haud demorietur Honor.

Qvo ipſo Tetraſticho extemporaneo
Generoſum
Egregii hujus Speciminis
AVTOREM
juxta votum ſincerum,
μυελομακαριομακροβιότητος
& pacatorum Patriæ temporum,
de Favoris ſui perſeverantia
certiorem reddit

DAN. GVIL. MOLLERUS, P.P.

AD VIRUM
GENEROSO SANGVINE ET ERUDITIONE NOBILISSIMUM, ATQUE PRÆCELLENTEM,
Dominum DAVIDEM ZVITTINGERUM,
Nobilem Hungarum, elegantiſſimum
SPECIMEN HUNGARIÆ LITERATÆ EDENTEM
Bona Verba Tubingâ Altdorffium transmiſſa.
à
JOAN. CUNRADO CREILINGIO, Phyſ. & Math. P.P. Ord.

PLaudite Pierides, qvas maximus irrigat Iſter,
Qvasqve metalliferi Pannonis arva juvant.
Qvasqve Savus potat, qvas claudit Ferrea Porta,
Travus, & Illyrici qvas tenet ora maris.
Jam novus exoritur veſtris ex oſſibus Ultor,
In Famæ templum nomina veſtra notans.
Jam ZVITTINGERUS, DAVIDES nomine, doctus
E Veſtro natus ſangvine Civis adeſt.

Qvi

Digitized by Google

Qvi ſtudet ex orco Manes revocare Paternos,
Atqve immortales reddere tentat eos.
Qvi furit in Patriâ Mavrs ſæviſſimus armis,
Atqve necat Muſas & procul eſſe jubet.
Dum libertatem Patriæ e qværere dicit,
Qvæ gladium ſtringit exitioſa Manus.
Conſilio meliore, dolens duriſſima fata,
Heros Pannonicus utitur ille novus.
In libertatem Muſas vitamqve reducit
Pannonicas, nullâ Martis at Artis ope.
Non gladio, Ipſe, ſtylo, calamo, non enſe, liqvore
Atro, non hominum ſangvine, cuncta gerit.
Hinc ZVITTINGERUM meritâ nunc laude colentes
Veſtrum, Pannonicæ plaudite Pierides!

ECqvis, belligeris inter tot bella probari
Pannonibus Pindum Pieridasqve, putet?
Mars & Apollo ſacris ineunt hic fœdera lauris;
Hic Bellona ſuos, hicqve Minerva fovet.
Heu, qvot Pannoniae, Panno, clariſſima prodis
Nomina: doctrinae qvot monimenta refers!
Doctorum iam fama virum renovata per orbem,
ZVITTINGERE, Tuo munere ſalva volat.

Euge

Digitized by Google

Euge, bonos auſus! Si qvondam qvernea civi
Servanti civem miſſa corona fuit;
Qvot Tibi non laurus venient, fructusqve laboris,
Qvi tot ſervaſti nomina docta virum?

Doctiſſimo Generoſoqve Dn. ZVITTINGERO
eruditorum Civium ſuorum memoriam feliciter
inſtauranti lubens meritoque dabat

CHRISTIANUS GOTTLIB SCHVVARZIUS,
Profeſſ. Publ. & Benef. Nor. Inſpector.

HVngaricæ gentis generoſæ ſcripta Virorum
Vivere perpetuum primus in orbe facis.
Nempe Tui populi Famam laudesqve celebras
Sublimi calamo, vivido & ingenio.
Exigis hoc ſtudio monumentum longius ære,
Ut Patriæ æternum ſic habeare decus.

Generoſo Domino Autori, Fautori & Amico ſuo
æſtumatiſſimo, prolixiori affectu qvam vena
lmqve hac adpoſuit

ERHARDUS SPIZIUS, J. U. L.

S. STE-

Digitized by Google

S. STEPHANUS
PRIMUS REX CHRISTIANUS, APOSTOLUS ET LEGISLATOR HUNGARORUM.

DIvo Stephano, *Toxis*, vetuſtiſſimo Hunnorum genere natus, *Avus* fuit, *Pater Geyſa*, ambo Duces Hunnorum fortiſſimi: *Mater* vero *Sarolth* dicta, filia Gyulæ itidem Ducis Hunnorum. *Patruus* ei fuerat Michael, *Patrueles* autem Calvus, Ladislaus & Vazul. Dictis parentibus Strigonii A. C. 989. natus, baptiſmate eſt initiatus ab *Adalberto* Martyre & Epiſcopo Pragenſi, qui Divino Numine percitus tum venerat in Pannoniam, ab eoque nomen ei inditum eſt Stephani Protomartyris, ut Deo, antea a parente facta promiſſa præſtarentur: e fonte vero ſacro levatus eſt a *Theodato*, qui apud Sanſeverinates latius in Apulia quondam imperaverat, in Hungariamque patriis finibus ejectus evaſerat, & a Geyſa Duce Hung. mirifice obſervatus fuerat. Creſcente ætate, ſub dexterrima Epiſcopi illius Adalberti manuductione, fundamenta Religionis Chriſtianæ, pietatis & eruditionis, tanta poſuit, ut facile Majores ſuos non modo ſuperaret, ſed & ipſos Myſtagogos erudi-

tione vinceret. Sæpe puer advocata concione, de religione, de charitate publica, de juſtitia & pietate, acerrime diſſerebat. Deteſtabatur crudelitatem, homicidia, rapinas, vim, adulteria. Nil divino cultu & amore præſtantius, nil pietate ac innocentia dignius & commodius aſſerebat. Infremebat quandoque in Scythicam crudelitatem, & averſos a Dei charitate animos, præcoci ſeveritate ac vehementia corripiebat. Nunquam a Divini nominis mentione contemplationeve alienus inventus erat. Innocentibus & commiſeratione dignis, promto patrocinio occurrebat, tuebatur eos apud Patrem, quem ne quid injuſti faceret, quotidie admonebat. In collegio Sacerdotum & in ſacris aſſiduo verſabatur. Inita adoleſcentia paternum ſæpe munus obibat, ut eum ſenio confectum & labore moleſtiaque preſſum levaret, atque ſic Reipublicæ detrimentum averteret. Sæpe pro Patre jus dixit, oratores audivit, & reſponſa iis dedit. A. C. tandem 997. provexit *Stephanum*, ad faſtigium Regiæ Majeſtatis, non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos virtus: quum enim *Geyſa*, Dux Hunnorum, ſe ætate effœtum, ac filium regno haut immaturum eſſe, cognoſceret, convocata concione, ac cunctis regni Principibus, eleganti piaque oratione (quam vide ſis *Decade 2. Lib. I. Hiſt. Hung. Ant. Bonfinii*) Stephanum filium in ſucceſſorem ſuum optandum pronunciandumque propoſuit. Vix illa peroraverat ſenex, cum lacrymarum profluvio tandem claudebatur oratio. Quicunque aderant, pari pietate commoti, in ejus ſententiam omnes ultro contendebant, quando nihil Reipublicæ ſalutarius decernere, neque cumulatiores Duci de cunctis optime merito, gratias referre poterant. Præſente igitur patre, omnium conſenſu, Stephanus, non tam humano, quam divino judicio, non *Dux*, ut pater ſuus erat, ſed *Hungarorum Rex* creatur, univerſæque ei Reipublicæ ſumma traditur. Extinctum patrem pientiſſimus filius honorificentiſſimo funere ac ſingulari pompa exornavit. Initum jam pridem regnum, incredibili diligentia & æquitate adminiſtravit: nihil unquam aggrediebatur, quin præcipua aliqua Divini Numinis obſervantia in omnibus ejus dictis & factis eluceret, ſancte perſuaſus,

ſuaſus, ſi vel latum unguem a Juſtitia & pietate deflexiſſet, continuò ſe cum regno ipſo corruiturum. Nihil majore ſtudio aggredi cupiebat, quam univerſos *Hungaros* ad lucem ſalvificæ perducere veritatis, probè perpendens, nullum diu Principem regnaturum eſſe, niſi *Juſtitia* & *Religione* præpolleret. Huc omnes ingenii nervos intendebat, & ut hæc facilius aſſequeretur, divinis Codicibus ſolertiſſime incumbens, primum & ante omnia populum ſuum in vitia & luxuriam propendentem, gravibus ſeveriſque legibus adſtrinxit, ac barbarie omni ſuppreſſa, manſuetudine ſenſim animos eorum temperavit. Imitatus ea in re boni medici exemplum, qui corpus ægrum ad ſanitatem reducit, & bonæ valetudini diſſona membra reſtituit. Addebant ei animum Orientis Imperator & Germani, qui poſthabitis belli ſtudiis conditiones pacis, *Giſela*, Henrici II. Imperatoris ſorore, in matrimonium data, ultro acceptarant, ex qua illi *Emericus* (ut de cæteris ſileam, quorum nomina ab Hiſtoricis non traduntur) ſanctitate & pietate tantò amabilior, quantò ætas Juvenis ad Imperium aptior, ſuſceptus eſt. Huic pater per indulgentiam Procerum, Regnum conferre voluit, nihil ſibi ablatum exiſtimans, quod in filium tam charum contuliſſet, ſinceriusque gaudium ex procreatione ipſius capturus, ſi inſignia majeſtatis ſuæ, vivus adhuc in eodem conſpexiſſet. Verum ſpe deluſus, morbis gravioribus ſuperatum vidit filium ante diem vitam cum morte commutaſſe A. C. 1031. Incidit in hæc tempora Sylveſter II. Pont. Rom. ad quem *Stephanus* quarto à Patris obitu anno, divinitùs permotus, *Aſtericum*, Colocsenſem poſtea conſtitutum Archiepiſcopum ablegavit, cum mandatis, ut ab Eo, *ceu Chriſti vicario*, in Hungaros, nuper adeò fidem ejus amplexos, Apoſtolicam benedictionem imploret, atque eos inter oves Petri adnumeret: poſthæc ut *Strigonienſem* Baſilicam metropolitanam eſſe jubeat: item reliquos Epiſcopatus in Hungaria a ſe erectos ſua confirmet auctoritate. Demum quando poteſtas omnis a Deo eſt, & maxima cœpta, ſine Divina ope confirmari nequeant, regalia inſignia cum Pontificia benedictione piis precibus aſſequatur, ut eo fultus honore, quæ divinæ gratiæ adjutorio

jutorio cœpiſſet, ea magis magisque promovere, ac ſtabilire poſſet. *Per idem tempus etiam Miſca filius Boleslaus, Polonorum Dux, Chriſtianam complexus fidem Legatos ſuos Romam miſerat, ut Pontificis benedictionem, & regium ipſi titulum impetrarent. Aſſenſerat quidem Pontifex & jam coronam egregio opere confici curaverat, quam ei mitteret, ſuâ benedictione adjunctâ. Sed quia novit Dominus, qui ſunt ejus, qui etiam duobus Apoſtolis Mathiam ſocio ſuo prætulit, & cum Apoſtolis annumerandum curavit, illâ Coronâ* Stephanum *ornari voluit, poſtea felicius gloria ſempiterna coronandum. Nocte enim ejus diei, quo ſtatuerat Pontifex coronam Polonorum Principi dare perferendam, apparuit ei Angelus Domini, atque ad Pontificem: Noveris, cras hora diei prima, ignota gentis nuncium ad te venturum, ſuo Duci coronam regiam & Apoſtolicæ benedictionis munus abs te expetiturum. Eam ergo coronam, quam parari juſſiſti, illi incunctanter tribue, ad illius Ducem eam aſportaturo, nec dubites illi eam cum Regni gloria pro vita ejus meritis deberi. Itaque craſtina luce, ea hora qua prædictum erat, Præſul* Aſtericus *ad Pontificem venit, demandatumque ſibi officium prudenter exequens, ſanctique Ducis res geſtas ordine referens, a ſede Apoſtolica Coronam petiit, oſtendens dignum eſſe Ducem eo honore & dignitate, quippe qui divina fretus ope multos ſibi populos ſubjugaſſet, multosque infideles ſua potentia ad Chriſtum convertiſſet. Iis auditis mire exhilaratus Pontifex, precibus illius libenter annuit, crucemque auream duplicem ante Regem, ceu Apoſtolatûs inſigne, geſtandam adjunxit. Ego inquiens ſum Apoſtolicus, at ille meritò Chriſti Apoſtolus dici poteſt, cujus operâ tantum populum ſibi Chriſtus requiſivit. Atque ea cauſa, quemadmodum divina gratia ipſum docebit, Eccleſias Dei unà cum populo noſtra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis quæ poſtularat Antiſtes* Aſtericus, *lætus ad ſuos revertitur, illud ſecum ferens, cujus cauſa iter illud emenſus erat. Allatis ergo Apoſtolicæ benedictionis literis* cum Corona & Cruce, *Præſules cum Clero, Comites cum populo in laudes Dei prorumpunt, & Deo*

& Deo dilectus Stephanus Princeps, ungitur in Regem, *diademaque regio Strigonii A. C. 1000. feliciter coronatur.*

Huic tamen *Chartuitii* de hoc ipſo Hung. Diademate prolatæ ntentiæ, *in Deſcriptione Vitæ S. Stephani Regis Hung.* ſunt non auci fide digni Hiſtorici, qui contrarium opponunt, inter quos aud poſtremus, meo quidem judicio, eſt *Petrus de Reva*, Scriptor nè Rerum Hung. maxime ſincerus, *in Tract. ſuo de Monarchia & Corona Regni Hung. Cent. VII. fol. 142.* ſtatuens, illud ipſum Diaema à Conſtantino M. *primo ex Imperatoribus Rom. Chriſtiano,* ylveſtro I. Pont. Rom. geſtandum, ut nempe prodigio velut divio vocatus ad profeſſionem Chriſti crucifixi, in luce ambulare incipiens, zelum Chriſtianum externo aliquo Symbolo demonſtraret, ter ampſas ad Eccleſiam collationes, Conſtantinopoli Romam iiſſe transmiſſum, eo velut inſigni conceſſo jam plena facultate entiâ, autoritate docendæ doctrinæ Chriſtianæ, ſine perſecutios & tyrannidis metu. Verumenimverò *Sylveſter* ſe indignum pie dicans, ut tam precioſâ ac artificioſè elaboratâ coronâ verticem um condecoraret, Mitra phrygiâ & candidâ tantummodo conntus, in gazophylacium eam repoſuit, ex quo deinde A. C. milimo tranſumtam Sylveſter II. Pontifex Rom. *Stephano, primo Chriano Regi Hungariæ, per Aſtericum* dono miſit, in compenſatiom & remunerationem ſuſceptæ ab ipſo & propagatæ Chriſtianæ Hungaria Fidei. At quo pacto inter tot ſecula ac diſcrimina inr Gazas & theſauros Pontificum Rom. latuiſſet, donec *Divo Steano* conferretur ? ſanè non vulgare divinæ providentiæ teſtimoım eſt. Interea non diſſimulanda heic fuerit axiomatis illius Poli:i veritas, quo nominibus & temporum periodis, fatalem quamm & ominoſam coincidentiam fieri deprehenſum eſt, ſiquidem luti à *Conſtantino primo Imperatore Chriſtiano*, Sylveſtro I. Ponici Rom. ſacra corona muneris titulo obtigerat; ita eadem à Sylſtro Pontifice ejus nominis ſecundo, ad *Stephanum primum Chriana religionis apud gentem Hungaricam Regem*, non minori ſane lo, quam dictus Conſtantinus, aſſertorem, divinâ ordinatione ſtinata, & in ſymbolum ſummæ in Regno dignitatis transmiſſa

 eſt.

eſt. Huic aſſerto patrocinare videtur validiſſimè, tùm Conſtantini M. effigies in ea corona delineata, tùm ejusdem inſignia, crucis videlicet in cœlo ipſi aliquando objectæ, atque quatuor literis J. H. S. V. h. e. in hoc ſigno vinces, repræſentatæ, eleganter ſculpta & cælata, tùm aliorum Græcorum Imperatorum icones in corona illa expreſſæ, tùm non æque latinarum, quam græcarum literarum ductus conſpicui, quos tamen illo Seculo Rom. Pontifices vel maximè averſabantur, *ob ſchiſma ſcilicet & divortium Eccleſiæ Græcæ a Romana ſeu Latina factum.* Ideoque Pontifex opus quidem hæc corona ſi ſuum feciſſet, literis potius latinis atque nominibus Romanis imaginibusque, quam græcis exornaſſet, utpote beneficium donumque poteſtati Romanæ & genti conforme illuſtrius exhibiturum. *Sed e diverticulo ut in viam revertar*: Stephanus cum tractu temporis animadvertiſſet, Scythicas gentes haut quaquam facile ritus patrios depoſituras, quin & ex his ipſis, qui baptiſmate ſacro jam abluti fuerant, multos pudore, nonnullos Regis gratiâ, perquam paucos ſuâ ſponte, Chriſtianam fidem accepiſſe, contra verò populum, pernicioſâ de falſis Diis opinione retentâ, univerſum iri deperditum, æquo animo ferre haut poterat, ſed potius ſecum conſtituerat, eundem aut ad ſalvificam reducere fidem, aut Regno ſimul & vita ſe cariturum. Idcirco dum aliquando ſeverius in reluctantes agendum eſſe cenſeret, ſiquidem quam plurimi ſine vi ad reſipiſcentiam cogi non poterant, principes plerique cum ingenti multitudine in Eum conjurarunt, inteſtinumque bellum ſunt moliti, *primipilo Cupa Zirindi filio* adhortante, ne Scythicam feritatem exuant, & populares ſuos ab inſtituta jam Religione deterreant. Hunc tandem *Stephanus* Vencelino ſuo Duce, ad Grani fluvii ripas, in ipſo ortu repreſſit, corpore Cupæ in quatuor partes diſſecto: Legiones in Daciam, ſub Veredario Præfecto ablegavit, ut feros homines molliore conſuetudine permulceret. Ibi reſiſtentem *Gyulam* avunculum, Tranſſylvaniæ Vayvodam devictum, conjecit in vincula, divitiisque affluentem ejus Provinciam A. C. 1002. Regno adjecit Hungariæ. Bulgaros quoque & Sclavos, Duce *Chea*, in Hungariam effuſos,

acri

Digitized by Google

icri prœlio ad *Jazigum* confinium ſuperavit, inque Religionem Chriſtianam demum perduxit. Eandem fortunam gens quoque Croatica & Syrmium civitas, experta eſt. Conradum etiam II. Imp. Rom. Hungariam invadentem à limitibus repulit. Tali ſucceſſu Stephani Regis animus haut quaquam elatus; ſed Deo pro tanto auxilio gratias humillimas, ardentiſſima in eum charitate ſuccenſus, quotidie humi proſtratus illi ipſi ſupplicavit, ut ſibi ſalutare aliquod conſilium ſuggeſtum cœleſti ope perficeret, totamque Hungariam, antequam rebus humanis excedat, ad Chriſtianam fidem revocatam videre liceret: cujus ſuæ intentionis finem aſſeqvuturus exoptatum, multos viros *ſanctos* æque ac *eruditos* ex remotiſſimis provinciis in Pannoniam evocavit, multa monaſteria erexit, in quibus capita Chriſtianæ religionis, aliasque bonas literas proponi & Hungaros partim volentes, partim nolentes, vi ac metu, compulſos erudire juſſit, eosque mandata ſacræ legis & orthodoxæ fidei axiomata omnes ſcire coegit, prophanis dira ſupplicia indixit. De reliquo fundavit *Archiepiſcopatum Strigonienſem*, eamque Eccleſiam metropolitanam ſedem conſtituit, eò quod natale illud ſolum naturæ lege unicè diligeret: mox *Colocsenſem Baſilicam* erexit, ejusque Epiſcopum *Aſtericum* deſignavit. Deinde *Epiſcopatum Quinque-Eccleſienſem* invexit, eique *Maurum* præfecit. *S. Martino* Pannonio Hungariæ gentis Patrono, cœnobium, in monte Pannoniæ, prope Jaurinum ſitum, ubi ille, cum in Pannonia degeret, precari ſolitus erat, ſub ejus nomine conſtruxit, poſſeſſiones & reditus ſufficientes ei tribuens. Deinde monaſterium D. *Benedicti* ad radicem montis ferrei magnifico ſumtu exædificavit. Ad Danubium etiam cœnobium aliquod fundavit, ac villam erexit, nomine inſignitam *Tata*, quæ hodie in fortalitium contra Turcarum excurſiones validiſſimum excrevit. Baſilicam tum in urbe *Veſprinenſi*, tum in *Alba Regali*, ubi Regum Hung. corpora conduntur, ibique ex inſtituto creati Reges, diadema ſuſcipiunt, magnifico ſumptu, mirabilique prorſus ſtructura, ædificavit, quam peculiarem Regum Ædem eſſe juſſit, tanta immunitate & privilegio eandem donans, ut hujus Antiſtes nulli Epiſcopo, præterquam Pontifici Romano, imme-

immediatè ſubjiceretur. In veteri *Buda* etiam cœnobium, cum æde D. Petro Pauloque dicata, amplis reditibus donatum, extruere curavit. *Hieroſolymis* ſpectabile monachorum cœnobium fundavit, qui ad ſanctiſſimum Salvatoris noſtri monumentum, ſacra quotidie pro publica ſalute operarentur. *Romæ* quoque S. Stephano Protomartyri ædem dedicavit, cum collegio 12. ſacerdotum, adjecto pariter ei hoſpitio, in quo Hungari, Petri Paulique Baſilicam viſitaturi, commodè & gratuito excipi poſſent, utrique villas, uberrimosque proventus addixit, ne qua rerum inopia laborarent: *Conſtantinopoli* templum egregium (ut alias alibi etiam locorum quamplurimas ædes ſacras & ſeminaria bonarum artium ab eo inſtituta jam non attingam) eximià liberalitate ac munificentia, fundavit, pluribus præterea pietatis & clementiæ ſuæ monumentis quaquaverſum relictis. Hinc qualis in omnes, & potiſſimum in pauperes & calamitoſos fuerit, facile conjici poteſt. Multas noctes tranſegit inſomnes, ut clandeſtinas miſerabilibus eleemoſynas erogaret, Chriſtique fideles ſuâ beneficentiâ, a miſeria liberaret. Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, totamque Eccleſiam Chriſti ſubſidiis eam provehentibus, & amplificantibus tam liberaliter exornavit, ut nihil amplius ſupereſſe fuerit viſum, quod eorum commodis inſerviret, ita quidem, ut Deo & cultui divino non modo ſe, verùm etiam omnia ſua bona addixiſſe potuerit videri. Quin & Eccleſias regio prorſus donativo, multis videlicet prædiis, oppidis, urbibus, portoriis, largiſſimisque aliis proventibus dotavit, quin etiam, ne quid Dei cultoribus deeſſe pateretur, de annuis eorum acceſſionibus piè proſpexit, imò perpetuo Regio Edicto, Decimas omnium proventuum per totam Hungariam (quæ aliis in Regnis Cameræ Imperantium, & Dominis fundorum cedere ſolent) Clero & Eccleſiæ adjudicavit, id quod hodienum ſtrictiſſimè obſervatur, & à Clero juſtiſſimè exigitur. Has Decimas Domini territorii quotannis à Clero ſummâ pecuniæ ab antiquis jam temporibus definitâ redimunt. Quamobrem omnes Nobiles Statusque tempore feſti S. Georgii, in Clericorum Statuumque Regni congregationibus ac ſeſſionibus particularibus, hunc ob finem in ſingulis Comitatibus per totum Regnum Hung. inſtitutis,

ſive

Digitized by Google

ive ipſi in perſona, ſive, per mandatorios comparere, atque decinas antiquitatùs cuique fundo aſſignatas, Clero quam ſtrictiſſimè xſolvere ſunt obligati: Præter quas tamen decimas Clero redditas, ipſi tiam Nobiles in compenſationem earum, à ſubditis ſuis *nonam* deimarum partem, exigentes, tanquam jure omni ſibi debitas vinicant. Devictis igitur tot tantisque ſuis pariter ac Chriſtianæ Relіionis hoſtibus, propagata inſuper longè latèque per Hungariam ide Chriſtianâ, & populo quoque ſuo, imò & Slavis Bulgarisque bidololatrica ad cœleſtis Numinis verum cultum perductis, humi uotidie proſtratus, Deo & B. Virgini Mariæ ingentes gratias egit, uod eorum ope hoſtes & populum ſuum ad fidem Chriſtianam reocare potuerit. Nec deſtitit aſſiduis D. Virginem Mariam precibus torare, ut ſe ſuumque regnum perpetuò, ceu magna Cœli mater, atrociniô tueretur, cujus tutelæ ac poteſtati ſe, Hungarosque unierſos addixerat, omniaque ſubditorum ſuorum ſtudia fortunasque caverat: hoc ſuperaddito monito, ut omnes *Eam* miſericordiſſiam *Deam*, pientiſſimamque *Patronam* in Cœlo Terrisque eſſe ſibi erſuadeant, quo præterea ſuo inſtinctu ductus, *D. Virginem Maam haredem etiam totius ſcripſit Hungaria.* A quo tempore, in unc usque diem, *B. Virgo Maria Patrona audit Hungariæ*, magnaue religione ab Hungaris Rom. Catholicis colitur; quinimo in nuis quamplurimis, tum aureis, tum argenteis, elogium iſtud eidem ibutum conſpicitur. Ingraveſcente tandem ſenectute, mœroreue contracto animi, ob ſceleratum *uxoris ſecundæ, Giſalæ etiam dictæ 'iæ Guilielmi, S. Sigismundi fratris, & è Burgundiæ Ducum ſtirpe iundi*, facinus, dum Vazulo, Patrueli Stephani Regis, oculos fodi curaverat, febre inſuper correptus flagrantiſſimâ, dum nulm ſibi amplius ſpem ſupereſſe vitam producendi animadverteret, iſcopos ac Proceres omnes Regni acciri jubet: ad quos imprimis de Rege eligendo, deinde de Fide aſſumta Chriſtiana conſeranda verba fecit, quin & pientiſſima omnes admonitione inſtituit, ſemel jam apprehenſam de Salvatore Jeſu Chriſto doctrinam ertinaciſſimè retinerent; colerent juſtitiam, concordiam ſimul ac cem amarent, mutuâ inter ſe charitate certarent, nihilque du-

cerent

cerent antiquius, quam in vera & ſincera fide Chriſtiana verſari, eamque vitæ ſanctitate armisque tueri, quinimò mortem ſtatuerent potius oppetere, quam denuò relabi ad priſtinum vanorum Numinum cultum. Interea dies inſtabat Auguſtæ Virginis, quo inter divos eadem relata dicitur, atque hunc noviſſimum quoque vitæ diem ſibi Stephanus exoptans, ſummâ cum contentione cœleſte Numen implorabat, ut eodem die moriens in cœlum relatus cœleſti gaudio frueretur. Compos tandem hujus ſui voti, inter Cœtum Epiſcoporum, coronamque Procerum, ſacris ritè peractis, A. C. 1034. ætatis 45. Regni verò ſui 37. animam efflans, in cœlos migravit. Ob quæ facta revera Heroica, pietatisque ſingularis plena, ſanctimoniam pariter vitæ, zelum in propaganda Fide Chriſtiana, munificentiam in Eccleſiam ejusque miniſtros, poſt fata ſua *Sancti* elogio eſt condecoratus, ut ſcilicet jam tum religione qui imbuiſſet terras, ipſo quoque *Sancti* nomine ac titulo inſignitus à populo ſuo honoraretur, eaque non ſolum de cauſa à Pontifice Rom. Gregorio VII. poſt elapſos 45. ab obitu ipſius annos in Catalogum Sanctorum canonizatorum jure meritoque relatus eſſe videtur; ſed vel maxime eo etiam intuitu, quod corpus ejus Albæ Regali in Baſilica, ab ipſo condita & B. Virgini Mariæ dicata, ſepultum, multa miracula (*quæ Bonfinius in Hiſtoria ſua Hungarica Dec. II. lib. I. longa ſerie recenſet*) ediderit. Quod reliquum eſt, non immeritò *S. Stephanum ceu primum Hungarorum in politica æque ac ſacra doctrina capitibus Doctorem, primum omnium & maximum Mæcenatem virorum eruditorum, atque devotiſſimum Sanctorum omnium cultorem, in Hungaria,* omnibus Hungaris eruditis, hac in mea tenuiſſima opella recenſitis, anteponendum primoque loco commemorandum eſſe exiſtimavi. Et quidem præter ſanctimoniam illius levi penicillo his ipſis in paginis adumbratam, profectò *Decreta* etiam ejus, ſeu Leges, duobus libris comprehenſæ, inque 55. capitula diviſæ, quæ nunc in Corpore *Juris Hungarici* primum & potiſſimum obtinent locum: quin ipſa univerſæ gentis Hungaricæ ad Fidem Chriſtianam converſio, ac ſimul tot tantaque atrocia bella ſummâ cum prudentiâ feliciter geſta & compoſita, ſatis ſuperque teſtantur, non ſolum

Politi-

Digitized by Google

Politicum Eum fuiſſe prudentem, ſed & *Theologum* zelo pariter ac ſanctitate ardentem. Quibus omnibus & ſingulis accuratiore animi lance ponderatis, primus partim *Rex* Hungarorum Chriſtianus, partim *Apoſtolus* & *Legislator* eſt appellatus.

Ex variis Rerum Hung. Scriptoribus, potiſſimum verò ex Bonfinii Hiſtoria Hungarica, & Baronii Annalibus Eccl. Ceterum peculiari libro Vitam & Res S. hujus Stephani, Regis Hung. præclarè geſtas, uberrimè deſcripſit ſupra allegatus Chartuitius Epiſcopus, quem Jac. Bongarſii Collectioni Scriptorum Rerum Hung. *reperire licet inſertum.*

A.

Abaris, Seuthæ filius, Philoſophus, ab Avaribus Hunnorum ſociis ducens originem, in Græciam ſapientiæ cupiditate peregrinatus eſt, atque perpetuam idcircò laudem ſibi comparavit. *Bonfinius Hiſt. Hung. Dec. I. lib. I. fol. 7.* Quo tempore vixerit, non convenit inter ſcriptores. Quidam eum circa III. Olympiadem in Græciam veniſſe tradunt, ut *Hippoſtratus apud Harpocrationem.* Alii Pythagoræ σύγχρονον faciunt, ut *Jamblichus in Vita Pythag. c. 19.* qui etiam teſtatur, αἰθροβάτην dictum eſſe, quod per ætherem gradetetur Apollinis ſagittæ inequitans. Nonnulli ejus ætatem ad 54. Olympiadem rejiciunt. *Edoardus Simſonius in Chron. Cath. duos Abarides fuiſſe, exiſtimat.*

Scripſit Oracula teſte Svida, quæ χρησμοὶ Σκύθινοι *appellata ſunt. Hebri fluvii nuptias. Luſtrationes & Deorum origenes ſoluta oratione. Apollinis adventum ad Hyperboreos, verſu. Sub hujus nomine extat etiam Epiſtola ad Phalaridem, quam tamen Luciani eſſe ſuſpicatur Gyraldus de Poëtis.* Confer. *Herodotum in Melpom. Strabon. VII. Scholiaſten Ariſtophanis. Pindarum. Ovid. 5. Metamorph. Virgil. 9. Æn. Voſſium de Poët. Meurſium in notis ad Apollonium Dyſcolum p. 89. & ſeq. Bayle Dictionaire Hiſt. & Critique fol. 1.* Scripta.

Elogium *Abaridis* haut vulgare legitur apud *Photium in Biblioth. Cod. 243. col, 1135. ex Himerii Sophiſtæ Oratione in Urſicium Comitem græcis latinè ab Andr. Schotto redditis h. m.* Abaris comis fuit in conveniendo, in rebus magnis tacitè peragendis induſtrius, in re præſenti videndi peracutus, in futura præcavenda circumſpectus, ſapientiæ cupidus, amicitiæ cultor; pauca committens fortunæ, omnibus tamen ob prudentiam commiſſus.

Elogium.

Abſtemius Franciſcus, *Hungarus*, de quo Martinus Brennerus in Epiſtola Dedicatoria ad Franciſcum L. B de Réva, Ant. Bonfinii Hiſtoriæ Hung. præfixa tale exhibet eruditionis elogium: *Franciſcus Abſtemius* Archidiaconus, Canonicusque Albæ regiæ (*Vir præter ſolidam, quam in ſe habet eruditionem, multis præclaris virtutibus inſtructus atque ornatus*, mihique amicitiæ vetuſtate conjunctiſſimus) collegii Albenſis, in quo agit, cuique ego, quæ habeo, omnia libenter me debere fateor, ad Sereniſſimum Ferdinandum Regem Viennam venit. Qui cum pro amicitiæ jure me acceſſiſſet, ſalutaſſetque, de præſenti rerum Hungaricarum ſtatu à me interrogatus, complura Albenſium (qui poſt occupatam à Turcis Budam, etiamſi in tanta vicinia crudeliſſimum hoſtem quotidie ferè urbis portis inſultantem viderent, in fide regia permanſerant) fortia facta enarrare cœpit. Eos levibus in præliis ubique ferè ſuperiores fuiſſe: creſcenteque inde audacia, civitate egreſſos, ex Budæ ſuburbanis, Turcisque, qui ſecundum Danubium Budam aſcendunt, prædas egiſſe, ex quibus multos cæſos, complures cinctos Albam pertractos fuiſſe. *Hungaros ſitis, inediæ, æſtus, frigoris, laboris patientiſſimos, vitæ prodigos, in mortem & vulnera ruere: vix aliam gentem eſſe, quæ Turcarum furori æquè poſſet reſiſtere, ſi eorum virtus multitudine hoſtium non obrueretur.* Hæc qvum ille graviter ut ſolet, compoſitèque diſſereret, multumque amici hominis oratione afficerer, temporum inſcitiam, hominumque ingratitudinem ipſe deteſtari, quod vetera recentiaque Hungarorum acta, quæ ad excitandos in tanto periculo Principes Chriſtianos

Elogium.

haud

haud parum valerent, à nemine conſcriberentur. Nec enim ſermonibus hominum pro rei magnitudine ac dignitate ad gentes procul diſſitas perferri: omitti multa, multaque interdum vana admiſceri. Res geſtæ, (inquit ille) noſtrorum temporum: in tanto doctorum, quibus ſeculum iſtud abundat, proventu conſcribuntur fortaſſis. Ceterum quæcunque ab Hungaris ab eo tempore, quo Tanai paludeque Mæotide emenſa primum in Europam pervenere, geſta ſunt, ea omnia ad Matthiæ Regis uſque tempora, Antonius Bonfinius triginta Libris elegantiſſimè complexus eſt: cujus libri, inquit, copiam *Paulus Iſtvánfius*, *vir & literis & genere* ornatiſſimus, ſuperioribus diebus, dum Quinque-Eccleſiis agerem, mihi fecit &c.

Abſtemius Paulus, ſive rectius juxta genium linguæ hungaricæ, *Bornemiſza*, quod nomen latinè redditum, idem eſt : Abſtemius, illudque ipſum hungaricum nomen genuinum ac proprium eſt, illuſtris pariter ac antiquiſſimæ lateque diffuſæ in Hungaria Bornemiſzianæ proſapiæ: Epiſcopus quondam fuit Transylvanenſis, atque Epiſcopatûs Nitrienſis Adminiſtrator, omnis eruditionis ac prudentiæ laude cumulatiſſimus. Tandem verò ob quamplurima ſua merita excellentia, ad Locumtenentis Regii, h. e. Propalatini Regni Hung. munus ſplendidiſſimum A. 1569. evectus eſt.

Acs Michael, *Hungarus*, cognitione quà Philoſophicâ quà Theologicâ haud exiguâ ſibi comparatâ, primùm in pago *Kemény es*..., prope *Güntzium* inferioris Hungariæ oppidum ſito, munere Paſtoris Eccleſiæ Evangelicæ fideliter functus eſt, deinde verò *Jaurinum*, urbem adverſus Turcarum inſultus munitiſſimam vocatus, animarum curam, Dei adjuvante gratiâ, laudabiliter ſuſcepit. Ut autem ſaluti non tantùm Auditorum, ſed & aliorum quorumvis popularium ſuorum magis magisque conſuleret, præter alia ab ipſo concinnata Scripta, Libellum etiam aliquem contexuit idiomate

 Hun-

Scriptum Hungarico, cum titulo: *Boldog. Halálnak ſzekere* h. e. *Ars beatè moriendi*, qui ſtudio & curâ filii ſui *Michaelis*, Argentoratenſi in Academia A. 1700. bonis artibus litantis, à Typographo quodam ibidem in forma 12. excuſus, dici non poteſt, quantum utilitatis omnibus ad beatam analyſin chriſtianè ſe præparare volentibus in Hungaria attulerit, hincque maximo is ipſe habitus in pretio, Autori haut exiguam nominis famam conciliavit. Sanè ob ſingularem aliàs etiam pietatem ſuam, flagrantiorem in Evangelicæ doctrinæ veritate aſſerendâ zelum, atque præſtantem eruditionem eximiâ ſuos inter concives & autoritate & gratiâ valuit. *Allegatus verò ille Libellus ſuperioribus annis fatum ſubiit prorſus admirandum, neque ſilentio penitus hic involvendum.* Accidit nempe ſub initium belli ſuperiorum annorum Gallico-Bavarico-Cæſarei, ut Galli per Bavariam Auſtriamque in Hungariam usque armis ſuis, juxta intentionem quidem ſuam, viam parare affectantes, atque cum ſic dictis *Malecontentis* ſocietatem inire vanè præſumentes, de animis eorum variis artibus & blanditiis, ceu familiare Gallis aliàs etiam id eſſe ſolet, & proprium quaſi ipſorum in quarto modo, illaqueandis, capiendis, & in partes ſuas pertrahendis, quam maximè ſoliciti fuerint. Huic igitur fini obtinendo, haud efficacius ſupereſſe medium putarunt, quam Libellum paulò ante commemoratum in Hungaria divulgare, interque incolas & milites illius diſtribuere: quapropter eundem ſuis ſumtibus haud exigua in copia Argentinæ recudi & denuò imprimi curantes, in futuros futuro tempore uſus aſſervarunt. Unde poſtea factum eſt, ut in prælio illo poſterorum memoriâ digniſſimo ad *Höchſtadium* in Suevia prope Danubium A. 1704. acerrimè commiſſo, in cæſorum plurium gregariorum æquè militum, ac nobiliorum Officialium Gallicorum ſaccis, peris, ſarcinisque is repertus, primò quidem ob peregrinæ linguæ typos aliqualem peperit admirationem, deinceps verò ob rumorem finis per tale medium in Hungaria conſequendi, longè latèque diſperſum, malitioſam Gallorum vafritiam manifeſtavit. Sanè mihimet ipſi A. 1705. Argentorati aliquamdiu commoranti à viro quopiam fide digno relatum, & deinceps etiam à Centurione quodam Gallico ex prœlio illo in capti-

captivitate *Reitlingæ*, Sueviæ urbe, detento, pluribus adductis circumſtantiis expoſitum eſt, libellum eundem ea præcipuè de cauſa, à quamplurimis militibus Gallicis fuiſſe aſſumtum, & in ſarcinis ſuis reconditum, ut faviturâ ſibi juxta propoſitum, in Hungaria fortunâ, eodem in vulgus edito, tanquam illicio aliquo ineſcati Hungari certiorem de gallica opitulatione ſpem conciperent, atque ſic non opinantes in naſſam gallicam inciderent. Sed uti validiſſimo & prorſus inſperato ſupremi Numinis auxilio intercedente, hæ aliæque Gallorum ſubdolæ machinationes in fumum abeuntes evanuerunt, ita ominoſum potius hunc libellum iisdem quis dixerit fuiſſe, atque mortes tot millium Gallorum dicto in prœlio oppetitas, non tantum portendiſſe, ſed etiam titulô libri edoctos, *artem moriendi*, non quidem ſine ignominia ac vana ſpei deluſione, exercuiſſe. Ad *Filium* autem hujus *Aesii* cognominem *Michaelem*, ſtudiis æque Philoſophicis ac Theologicis, partim Vittebergæ per medium, partim Tubingæ per integrum annum (ubi mihi quoque familiaritate ac amicitia ejus uti licuiſſe, dulci repeto memoria) & partim Argentorati, per reliquum tempus ſoli Theologiæ ſedulò incumbentem quod attinet, is Specimine Hiſtorico-Theologico *de Catechumenis* *Scriptum* *A. 1700.* ſub Præſidio Jerem. Joach. Zentgravii S. Theol. D. & Prof. non ſine Auditorum applauſu, exhibito, in Patriam vocatus eſt ad Rectoratûs Gymnaſii *Evangelici Jaurinenſis* officium, quo laudabiliter aliquamdiu functus, Concionatoris deinceps Caſtrenſis ſpartam in Militia Hungarica ſuſcepit, in qua ſanè exornanda uti nihil in ſe unquam paſſus eſt deſiderari, ita ut ipſi ceu veteri meo commilitoni Academico ſuaviſſimo, ad majora impoſterum, Dei auſpicio, officia adeunda gradus ſternatur, ſerium meum intimumque eſt votum.

Almáſi Johannes, *Hungarus*, Franekeræ in Hollandia Muſis amœnioribus litans, eruditè adornatam Diſp. Phyſicam de *Atomis*, ſub præſidio Excellentiſſ. Profeſſoris Philoſophiæ Naturalis, *Scriptum* *Ruardi Andala 1708.* publicæ doctorum cenſuræ expoſuit, *in 4.*

Alvinc-

Alvinczi Petrus, *gente ſatus Hungara*, ob inſignes, quos in ſtudio Theologico fecerat progreſſus, Eccleſiæ Calvinianæ in urbe Hung. *Caſſovienſi* Sacerdos, typis aliquot evulgavit Opuſcula, in Hungaria impreſſa, contra *Romano-Catholicos*, quorum tamen titulorum hac tempeſtate in Germania mihi commoranti, nondum facta eſt copia. Impugnavit tamen ex iis aliqua *Petrus Pazmány* S.R.E. Cardinalis, libello aliquo primùm edito ſuppreſſo ſuo nomine, *Quinque Epiſtolarum*, in quo ipſo Veritas Fidei Catholicæ ab *Alvinczo* coram ſuis Tractatu aliquo oppugnatæ, aſſerta & defenſa eſt. Præterea Reſponſio etiam ab ante commemorato Cardinali prodiit ad Librum quendam, ab eodem Alvinczo luci publicæ expoſitum A. 1609. Confer. *vocem Pazmány*.

Ambroſius Johannes, *Ginſino Hungarus*, ventilavit Diſſ. *Scriptum.* Hiſtoricam de *Origine Gentis Regni Hungarici*, moderante M. Joh. Schmidelio, Lipſienſi, Jenæ 1659. qua in Differt. circa finem promiſit ſe etiam editurum Diſputationem de *Regno Hungarico*, ſtylo πολιτικωτέρῳ: cui tamen ſuo promiſſo anſatisfecerit, expertum nondum habeo.

Andronicus Parthenius Tranquillus, *Dalmata*, Literas docuit Lipſiæ, Petri Moſellani tempore, circa A. 1504. *Scripta.* *Extat ejus Oratio, in qua omnes Germaniæ Principes ad Bellum Turcis inferendum adhortatus eſt, impreſſa 3. philyr. Auguſtæ Vind. 1518. Viennæ recuſa 1541. Oratio de Laudibus Eloquentiæ. Scripſit etiam Carmina quædam haut inerudita variis Auctoribus appoſita: teſte* Joſia Simlero in Epitome Bibliothecæ Conr. Jeſneri, fol. 670.

Paulus Jovius in Elogiis Virorum Lit. illuſtrium. fol. 224. tale de *Elogium.* Andronico *fert Elogium*: Sed ab aſſiduis Barbarorum incurſionibus *Dalmatæ* exturbati vetere agro, ac in extremas patrii litoris margines compulſi, tanquam de retinenda libertate deſperantes, armis literas commutaſſe videri poſſunt; ſic ut nemo dignus elogio, compareat,

reat, niſi in lucem ſuos producat *Tranquillus Andronicus præclarus Ciceronis æmulator*, dum graviſſimarum actionum ac Ottomannicæ legationis, obſcurorumque nobis itinerum commentaria perſcribit.

NB. Erat etiam alius ejusdem nominis & nationis *Tranquillus Andronicus*, cujus Bayleus in Dictionario ſuo Hiſt. & Critico fol. 274 mentionem facit. Siquidem uti tempore, ita etiam locis in quibus munere ſuo functi ſunt, quam maximè differunt: *Prior* enim A. 1504. Lipſiæ docuit, & *Tranquilli Parthenii* Andronici nomina ſuſtinuit; *Poſterior* verò *Tranquillus* ſolùm Andronicus dictus, rabie Turcicâ Conſtantinopoli 1453. ejectus, in Italiam conceſſit, poſteaque Baſileam ſe contulit, ubi Græcas literas juventuti ſtudioſæ profeſſus eſt; dehinc Lutetiam Pariſiorum regnante Ludovico XI. delatus, Græca & ibi ſtudia in Academia tradidit.

Apáczai Johannes, *Hungarus*, typis evulgavit *Encyclopædiam*, Ultrajecti 1653. in 12. Item *Catecheſin ſecundùm dogmata Calvini concinnatam*, *quibus ipſe addictus fuerat. Amſterodami in 12.* *Scripta.*

MICHAEL APAFI

PRINCEPS TRANSYLVANIÆ, PARTIUM REGNI HUNG. DOMINUS, SICULORUM COMES.

VEtuſtiſſimâ Hungarorum in Tranſylvania proſapiâ cretus, *Patre* Georgio Apafi, Conſiliario Status intimo, Gabrielis, Principis Tranſylv. *Avo* Nicolao Apafi, Vice-Comite Comitatûs Kikellenſis: *Abavo* Georgio Apafi, qui Ephorus, tandem Aulæ Præfectus fuerat Johannis Zapolii, Regis Hung. *Fratres* ei fuerant tres, natu majores: 1) *Georgius*, ſupremus Cubicularius

Digitized by Google

Georgii I. Principis Tranſylvaniæ, illuſtris Rákócziorum ſangvine orti, 2) *Stephanus*, Vice-Comes Szolnokienſis, 3) *Balthaſar*, qui in captivitate apud Tartaros vitam amiſit. *Patruelis* ipſi fuerat *Franciſcus* Apafi, ſupremus Cubicularius Cabrielis Báthori, Principis Tranſyl. *Ex conjuge Anna*, Pauli Bornemiſzæ, ſupremi Capitanei, in Georgii II. Rákóczi, Principis Tranſylv. aulico præſidio, filia, ſuſcepit *duos filios*, *Michaelem* ſcilicet, qui poſt fata ei in Principatu ſucceſſit, & *Georgium:* unicamque filiam Evam. Poſt Georgii II. Rákóczii Principis Tranſylvaniæ ex hac vita emigrationem, *Michaeli* huic Apafi, præter omnem ſuam ſpem ac intentionem, ſingulari Dei providentiâ, Principatus obtigit Tranſylvaniæ. Cum enim A. 1661. *Johannes Keméni* dicti Georgii II. Rákóczii ſupremus belli Dux, à Statibus & Ordinibus Tranſylvaniæ eidem Principatui præfectus eſſet, Turcarum Imperator tam iniquo tulit animo, ut irarum plenus militiæ ſuæ Ducem *Ali-Baſſa* ingenti cum exercitu mitteret in Tranſylvaniam, qui collatâ hac Principatus dignitate Keménium illum exueret: idcircò etiam Proceres Tranſylvaniæ in ſua caſtra ablegatos interrogavit, annon alius quidam ex illuſtri quapiam Tranſylvaniæ proſapia Vir ſupereſſet, cui ob virtutis & fortitudinis laudem ſplendida Principatûs Tranſylvaniæ dignitas conferri poſſet? Cui poſt longam tergiverſationem reſponſio data eſt iſta: imo, ſibi de viro aliquo inſigni ex nobili & antiqua proſapia oriundo conſtare, cui nomen ſit *Michaelis Apafi*, qui ea de cauſa, quod non ita pridem ingenti pecuniæ ſumma ex captivitate liberatus Tartarica, multas perpeſſus fuerit calamitates, id beneficii conſecutus eſt, ut caſtra militaria hoc tempore haut ſequi, ſed domi ſua in arce Apafalu (Germ. Eperêdorf) quiete frui poſſet. Vix ſententia iſta prolata, ſine ulla mora interpoſita, Ali-Baſſa turmas aliquot militares unâ cum Proceribus quibusdam Hungaricis, ad arcem illam commemoratam ablegavit, cum mandato, ut dictus Apafi ſe præſentem ſiſteret, copiamque ſui in caſtris faceret Turcicis, quo ipſo quidem audito mandato, actum jam de vita ſua eſſe opinabatur, nihilominus tamen obedientiam ſibi omnino præſtandam eſſe animadvertens, in iter

iter ſe dedit, cumque vix territorio ſuo egreſſus fuiſſet, aliquis ex miniſtris ipſum inſecutus, nuntium attulit, de filiolo ex conjuge ſua domi relicta *recens* nato, quo ſuper audito, ipſe partim parens, partim etiam Turcæ, ceu omine futuro feliciter ab Apafio adminiſtrandi Principatus Tranſylvaniæ, inſigniter lætati, ac in ſpe ſua confirmati ſunt. In locum igitur ubi Ali-Baſſa caſtra metatus fuerat, Apafi delatus, ilicet tanquam Princeps Tranſylvaniæ jam inauguratus, maxima cum honoris conteſtatione, atque magnificentiæ declaratione, in ſplendidum aliquod et pretiosè exornatum tentorium deductus, cuſtodiæ *Jancsárorum* concreditus eſt: quo facto univerſi Status Ordinesque Tranſylvaniæ A. 1661. annuente Turcarum Imperatore, homagium ei ceu novo & genuino Tranſylvaniæ Principi præſtantes, fidem ſuam & obſequium addixerunt. Paulò poſt, nempe A. 1662. *Johannes Keméni* numeroſo cum exercitu, à ſibi addictis copiis inſigniter aucto, caſtra ad urbem Segeſvarinum collocavit, ea quidem intentione, ut Michaelem Apafium in ea ſubſiſtentem captivitati manciparet, ſed à Turcis ſupervenientibus non tantum ab obſidione repulſus, ſed fuga quoque elapſus vulnereque ſauciatus, equo excuſſus in terram præceps datus, miſerè conculcatus eſt. Atque tali modo Principalem ſuam dignitatem ad extremum usque vitæ halitum retinens, ſaluti Tranſylvaniæ, maximo cum Statuum omnium applauſu, egregiè conſuluit, commodaque ejus laudabiliter promovit: unde ſine dubio factum eſt, ut filius ipſius *Michael*, iiſdem Statibus à Patre in ſucceſſione Principatûs Tranſylvaniæ commendatus ſolio Principali ſolitis ceremoniis admoveretur, & ad preces ſuas militiæ Cæſareæ Præfecto *Heislero* factas interprete, Divi Leopoldi conſenſus impetraretur, ſicque in dignitate Principali dictus filius, confirmaretur, Patre A. 1690. die 15. April. ex hac vita excedente. Ceterum Hiſtorici plerique præter ſummam rerum ſtrenuè geſtarum felicitatem & excellentes animi dotes in Apafio obſervatas, magnopere ejusdem Juſtitiæ amorem, doctrinæ ubertatem, miſericordiæ exercitium, pietatis culturam, & Calvinianæ fidei zelum deprædicant, quo autem tandem remiſſiore facto, non ſine omnium admiratione A. 1672. Calvinianâ ejurata, Rom. Catholicam amplexus eſt religionem: haud quaquam tamen oſorem aut perſecutorem Calvini aſſecla-

ſectarum ex eo tempore ſeſe exhibuit , quin potius tùm in Hungaria , tùm in Tranſylvania , patrocinio ſuo eosdem fovere , atque contra adverſarios defendere magnanimè perrexit. Plura quæ forte heic de Illuſtriſſimi hujus Principis vita egregiè tranſacta , atque rebus quà belli , quà pacis tempore , in ea fortiter , domi æquè ac foras geſtis afferri debuiſſent , prolixitatis majoris evitandæ gratiâ , omittere placuit , remiſſis interea plenioris cognitionis avidis Lectoribus ad *Johan. Bethlenii Epitomen Rerum in Tranſylvania geſtarum : ad Anonym. Hiſtoire d' Emeric Comte de Tökeli* & ex his ad *Bayle Dictionaire Hiſtoriq' , & Critique : pluresque alios recentiores Rer. Hung. & Tranſylv. Scriptores.* Præterea ſi cui fortè volupe eſſet *Manifeſti illius* , ſub nomine Michaelis Apafi publicati , copiam habere , in quo Chriſtiano orbi cauſæ illæ patefactæ ſunt , ob quas Status Regni Hungarici , in octavo ſuperioris ſeculi Decennio , arma contra legitimum ſuum Regem direxerint , atque Portâ Ottomannicâ in ſubſidium imploratâ , Tutelæ ejusdem ſe commiſerint , *latino ſermone expreſſum id ipſum in Joh. Criſt. Lunigii Sylloge Publicorum Negotiorum : germanicâ autem linguâ redditum* , *in F. L.* von Franckenberg *Europai.* den Herold *P. II. fol. 415.* reperire poteſt. De reliquo per totum vitæ ſuæ ſpatium maximo favore tum literatos , tum literas artesque bonas proſequebatur , atque ſingulari prorſus amore in Theologos , theologicosque libros ferebatur , unde quoque factum eſt, ut Calvini dogmatibus adhuc addictus, quam commendatiſſimum ſibi habuerit *Compendium Theologiæ D. M. F. Wendelini* , Theologi eo tempore Anhaltini excellentiſſimi , quo , tanquam Manuali uſus , peculiari deinceps inſtinctu *id ipſum ex latino in hungaricum idioma* , *quam nitidiſſimè & accuratiſſimè convertit* , atque in Tranſylvania maximo numero typis publicis impreſſum , plurimum ibidem , ac in Hungaria reliqua , incrementi , Calvinianæ attulit Eccleſiæ. Propter quæ ſua inſignia merita , Elogia ipſi à quamplurimis Autoribus admodum egregia attributa fuiſſe inveniuntur,quorum ex numero hæc duntaxat duplicia ex Dedicatione *Laur. Toppeltini de Orig. & Occaſ. Tranſylvaniæ* depromta , heic libet adducere :

Scriptum

Qui

Digitized by Google

Qui certe (nempe *Michael Apafi*) doctiſſimus ipſe, minimè *Elogia.* feret libidinem ignavorum, in dedecus & ſummum opprobrium præſtantiſſimi Ordinis, neque obliterari & dehoneſtari ſordibus permittet Catalogum, in quem primus nomen dedit, nam earundem rerum fames erit, quarum nos hodie premunt faſtidia.

Et paulo poſt ibidem: Plus potuit Conſtantia & Benignitas Tua quam potentiſſima hoſtium arma; Gratia & Humanitas Tua plus compoſuit in diſſentientium animis, quam ingens Anteceſſorum Principum vis & aſtutia; Ipſe etiam ſapiens, ideoque potens Turca didicit, non ſemper phlebotomiâ morbos motusque civiles ſopiri. Pietate, clementia, lenitate, gratia, benignitate, raro exemplo Principum aſſeruiſti &c. Quia paterno affectu etiam num foves & patriam amas, amaris maximè, ita ut ex illis Principibus multi TE dicant, qui tuto & ſine periculo in cujusvis ſubditi gremio ſomnum capiunt.

* Michael II. *hactenus commemorati Apafi filius, natus 1676. excelſæ indolis Juvenis, defuncto 1690. Patri ſuô ſucceſſit in Principatu Tranſyl. volente & annuente Leopoldo Magno, glorioſſimæ memoriæ Imp. Rom. & Rege Hung. propter minorennitatem tamen ſive ætatis ad regimen capacis, defectum, in ejusdem tutela potentiſſima permanſit. Studiis interea artibus & diſciplinis iis imbutus eſt, quæ ad tantum Principatum feliciter adminiſtrandum requirebantur, Curatoribus inſuper ex Statibus & Ordinibus Tranſylvaniæ lateri ejus junctis:* Georgio Bánfi, Moderatore Juventutis, Georgio Bethlen, Militum Duce, Nicolao Bethlen, Cancellario Principatûs: Stephano Apor, Theſaurario, Julavi & Kereſzteſſi, Conſiliariis intimis. Major deinde natu factus, conjugium contraxit A. 1694. d. 15. Julii. cum Catharina, filia Georgii Bethlen, Exercitûs Generalis. *Aſt cum Tranſylvania per inſtrumentum Pacis Carlovitzianæ A. 1699. inter Hungarum & Turcam erecto, Regi & Coronæ Hung priſtino ſuo legitimoque Domino tota quanta pleno Jure & Dominio à Turca reſtitueretur, abolita Prin-*

Digitized by Google

tâ Principatûs dignitate alia prorſus regiminis forma introducta eſt , ita tamen ut modernus Michael Apafi, *qui eousque Principis dignitate & dominio in Tranſylvaniam uſus fuerat , licentiam acciperet à Rege Hung. D. Leopoldo , ex mera gratia , nudo titulo Principis, absque ulla poteſtate & imperio, ad dies vitæ utendi, quæ etiam de cauſa nullum regimen eum videas in Tranſylvania exercere , ſed tantùm ceu electi Principis Tranſylvaniæ filium , iis reditibus bonorum in Tranſylvania & Hungaria poſſeſſorum , ſine ullis regalibus gaudere , quæ ad illuſtrem privatæ vitæ conditionem neceſſariò requiruntur.*

Apáti Nicolaus , *Calvinianus* , *Debrecini in Hungaria* patre prognatus generoſo , feliciter emenſis in patrio Gymnaſio ſtudiorum humaniorum , philoſophicorum & philologicorum curriculis , tandem altiorum ſtudiorum cauſa Lugdunum Batav. ſe contulit , ubi per trienniũm & quot excurrit , maximo cum eorum ſucceſſu ac incremento ſubſiſtens , varias literarum amœnitates omni in diſciplinarum genere ſibi acquiſivit , ſub auſpiciis dexterrimis celeberrimorum illius Univerſitatis Profeſſorum , quorum nomina & merita is ipſe enarravit in Epiſtola Nuncupatoria, *Vitæ Triumphantis civili* præmiſſa , hoc verborum ambitu : Studium SS. Theologiæ & Divinæ Scripturæ , ex flagranti animi devotione , ad pedes meorum Gamalielum colui , quorum memoria eſto in flagrantiſſima benedictione , quantum quidem Divina gratia ſuffecerat ; uti domi ad P. M. Cla. Dn. *Georgii Mártonfalvi* , Theologi ſinceri , Viri pientiſſimi : Cl. Dn. *Martini Szilágyi* Viri ſolertiſſimi : Cl. Dn. *Pauli Liſnyai* , Viri dexterrimi , Profeſſoris potentiſſimi ; ſub quo Chronologiæ Sacræ & Geographiæ, Controv. Theol. & Logices , ut publica ita privata comprehenduntur ſtudia : ita Foris ad Reverendorum ac Celebb. Virorum ferulam , Viri Cl. *Friderici Spanheimii* , F. Viri facile ingenioſi : P. M. Cl. D. *Chriſtophori Vittichii*, Viri ſolidiſſimi : Cl. D. *Stephani le Moyne* , Viri judicioſiſſimi : Cl. D. *Jacobi Gaillardi*, Hoſpitis

ſpitis mei, ut et Præceptoris Pub. & Priv. æternùm venerandi: Viri induſtrii, Cl. D. *Jacobi Triglandi*, Viri gnari & diſertiſſimi, Studium inquam Theologicum colui, veneratus ſum, cœlo locavi, etiam quater in ejus arena publicè me ſtiti: ad eandem rectè ſecandam, inculcandam & propagandam, dum licuit, & licet, me paravi, paro, Deo & mea Conſcientia interne, externe verò adhuc dum hodie, Evergetis ac Præceptoribus Revv. ac Clarr. Viris D. *Ludovico Volzogio* Viro lectiſſimo, multijuga eruditione graviſſimo *Dn. Gerbrando van Leevven*, Viro erugata ac renitenti fronte, Theologo, meis emolumentis intentiſſimo, teſtibus: Nec non, Viris Celebb. à prædictis officiis liberis, converſationis meæ Aſylis, D. *Abrahamo van Poot*, M. D. expertiſſimo, ut Theologicarum, ita Rerum Hungaricarum Scriptore probatiſſimo, viro candidiſſimo: D. *Petro Poiret*, Metaphyſico inaudito & ſubtiliſſimo, Viro ſanctâ charitate nobis devinctiſſimo: Rev. ac Cla. Viro D. *Elia Arnoldo*, hoſpite p. n. exoptatiſſimo, jucundiſſimo, Sene venerando: Ut et, G. D. Nicolao *Kis, Tótfaluſi*, incomparabili Philoſ. Magiſtro, Viro in Eccleſiam zeloſiſſimo, amoris noſtri Jonathano, ſuis ſymbolis eodem aurigantibus. Præterea in *Juridicis* me exercui ſub umbra Excell. Viri D. *Phil. Reinhardi Vitriarii*. In *Philoſophicis* autem, ſub Cl. D. *Burcheri de Volder*, Viri acutiſſimi. In *Linguis ut & Hiſt. & Antiqq. Rom.* ſub Cl. D. *Jacob. Gronovii* Viri prudentiſſimi.

In Salivam Eruditorum emiſit N. Apáti *opuſculum de pretioſis Aharonis Gemmis*. Item *Vitam triumphantem Civilem, ſive univerſam Vitæ Humanæ Peripheriam, ad mentem illuſtris Herois & Philoſophi, D. Renati des Chartes, ex unico centro deductam. Amſterodami 1688. 8.* *Scripta.*

Arator Stephanus, genuino nomine *Szántó* dictus, quod Latinis idem eſt ac Arator, *natione Hungarus*, diœceſis Jaurinenſis, admiſſus in Societatem Jeſu Romæ, ex Collegio Germanico & Hungarico, in quo fuerat alumnus Pontificius, A. 1561. ætatis 20, &

Digitized by Google

20. & ibidem ſtudia abſolvit. Philoſophiæ curriculum docendo bis emenſus eſt Græcii in Styria, & Romæ quinquennio Pœnitentiarii munere functus eſt ad Baſilicam Vaticanam: Vir fuit omnibus diſciplinis apprime inſtructus. Adhæc virtutum multarum uſu inſignis, quibus & Societati decus addidit & fidem Catholicam, ubicunque verſatus eſt, magnoperè dicendo, ſcribendoque promovit. Congreſſus frequentiſſimè cum Hæreticorum Principibus; ſemel 40. Prædicantibus vi diſputationis os obſtruxit, omnesque falſitatis coarguit. Iterum Varaſdini 300. provocavit, & de iis in Synodo glorioſè triumphavit, Innumeros ad Eccleſiam perduxit. Summâ libertate in Hæreticos, & in publica vitia dicebat, eumque adverſus improborum odia innocentia, & eruditio, quam vel hoſtes ſuſpiciebant, tuebatur. Proceribus Hungaris fuit carus; quibus tamen ipſe non condonabat, quin coram, vel per litteras redargueबat, ſi quid peccaſſent. Stephano Báthoreo Polonorum Regi, cujus famam, & in fide conſtantiam apud Pontificem & Cardinales, adverſus calumniatores, egregiâ oratione defenderat, uſus eſt ſemper benevolentiſſimo. Sanguinis pro fide fundendi cupidiſſimus cùm ſemper fuiſſet, nec res tamen ex voto caderet, hâc ſe cogitatione ſolabatur, quando efflaturus erit animam, quod exul ſaltem pro eâdem fide obiret Olomucii anno ſalutis 1622. ætatis 70. religionis 50. in qua ante annos 20. quatuor vota nuncupaverat.

Scripta. Concinnavit *Catechiſmum inſtar Romani*, *multis controverſiarum fidei Capitibus locupletatum*. Item *Teſtamentum Vetus ex collectione Hebraici, Græci, Latinique textûs, Hungaricè interpretatus eſt.* Hæ tamen ipſius lucubrationes hactenus non viderunt lucem. *Ex Alegambe Biblioth. Soc. Jeſu auctâ à Nathanaele Sotvello. edit. Rom. 1676. fol. 425.*

Arcozi Benedictus, *Tranſylvano-Hungarus* Lector Gymnaſii Claudiopolitani, Unitarius acerrimus pertinaciſſimusque ſuorum dogmatum propugnator. Cujus *Codex MStus de Locis SS. Litera-*

Digitized by Google

Literarum inter Trinitarios & Unitarios controverſis á Chriſtoph. Chriſt. Sandio in Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. m. 156. eſt commemoratus, qui quod hactenus non fuerit excuſus, inter bona hujus ſeculi eſt referendum, votisque omnibus expetendum, ut æternis tenebris mancipatus, nunquam lucem publicam adſpiciat.

Armbruſter Samuel, generoſis parentibus *S. Georgii, in urbe Hungariæ* 2. milliar. Poſonio diſſito natus. Vir patrii juris, & juxta vernaculam, linguæ tum Latinæ, tum Germanicæ ac Bohemicæ probè gnarus. Præter virtutum aliarum ſtudia pietatis quoque & vitæ purioris ſectator fuit eximius, unde etiam libellum aliquem, primò quidem in ſuos duntaxat uſus conſcriptum, deinde verò, monitu quorundam Amicorum, in aliorum quoque incitamentum evulgatum edidit, hoc cum titulo:

Bis-Senæ, piæque Agitationes, Mortis & Æternitatis. Ad Scriptum omnium haſce Agitationes induſtria practicantium æternam Salutis promotionem. In uſum & praxin propriam Samuelis Armbruſteri collectæ. Poſonii, exprimente Gründero 1671. 12.

Hic Libellus recuſus eſt in Germania, cura M. *Seinsheimeri*, Paſtoris Röttenbachenſis in Territorio Norimbergenſi, cum Præfatione ad Lectorem, Altdorfii, typis Jod. Gvilh. Kohleſii 1703. 8.

NB. Celebre quoque in Republ. Literaria eſt nomen *Joh. Armbruſteri* P. Soc. Jeſu, cujus operâ prodiit libellus cum tit. In libera Imperiali *Spira* ſpectatu digniſſimum eſt Olivetum quod eſt opus rarâ ac veteri arte, ad Montis Olivarum, ubi Salvator noſter captus eſt, ſpeciem conformatum; ab *Joh. Armbruſtero* metro heroico decantatum. Coloniæ Agrip. 1593. 8. Qui autor num propiore quodam ſanguinis nexu ante dicto *Samueli Armbruſtero* ſit conjunctus, uti quidem me latet, ita dubitare prorſus nolim, eundem non aliqua ſaltem affinitatis ex parte familiam hanc nobiliſſimam, utpote longè lateque in Hungaria diffuſam, attingere.

Digitized by Google

Rabbi *Azarael* ר׳ עזריאל אבי אענרי Rabbi *Azarael* Avi Aazari, in Agria Urbe Hungariæ, ſcripſit aliquot *Laudes & Cantica* quolibet die canenda. Reperiuntur MSta in fine Libri *Scriptum.* Pſalmorum in Pergameno in Bibliotheca Vaticana. Scriptus eſt hic Codex A. M. 1580. Chriſti 1420. *Vid. Bartoloccii Bibliothec. Magn. Rabbin. P. IV. fol. 284. n. 1324.*

B.

Bacóczi Thomas, *Hungarus* alto ſanguine cretus, Archiepiſcopus quondam Strigonienſis S. R. E. Cardinalis natus, & Primas Regni, Vir ob eruditionis excellentioris, ingeniique cultioris dotes eximias, quaquaverſum per Hungariam celebratiſſimus. Regnante Vladislao II. Rege Hung. Bajazeti Turcarum Imperatori, devictis & pulſis quibusdam Turciæ ſuperſtitionis perturbatoribus, ex Aſia reverſo, bellum inteſtinum, ambitione & truculentia Selimi filii minoris, repentè exoriebatur, quantò minus proviſum ante, tantò ſævitiâ ac ſceleris atrocitate crudelius & terribilius. Gliſcebat ergo parricidale bellum inter Turcas, quam Hungariam tutandi occaſionem, cum Vladislaus Rex negligeret, *Thomas Bacoczius*, ut adverſus communem Chriſtiani nominis hoſtem, Chriſtianos Principes ſummi Pontificis ope concitaret, prius convento Rege, deinde Profectione adornata, & rebus ad iter neceſſariis ſumptuosè comparatis, Romam contendebat, ubi hilari fronte à Pontifice & Cardinalibus exceptus, ut voto potiretur, licet lentius quam neceſſitas flagitabat, admittebatur. Sed mortuo Pontifice *Julio*, Leo X. *antea Johannes Medicæus dictus*, Laurentii Medicæi, ampliſſimi & toto terrarum orbe clariſſimi Viri filius, nondum 40. annos natus, Pontifex declarabatur, qui ob conſumptos à Julio omnes ærarii & vectigalium fructus, nec exercitu nec præſenti pecunia juvare Hungariam poterat. Ne ergo nihil egiſſe videretur Thomas Bacoczius, ſacra diploma-

Digitized by Google

plomata à Pontifice impetrabat, quibus eis, qui contra Turcas arma ſumere & in eos movere vellent, univerſorum criminum venia promittebatur. His ergo impetratis, domum rediens Cardinalis, multis bellum tale disſvadentibus, plùribus qui otio & avaritia corrupti, regnum prædæ loco habebant, utrisque quod dicunt pedibus, in ejus ſententiam euntibus, Diplomata Pontificum paſſim promulgabat, quibus auditis, conveniebant ad caſtra plurimi variæ ſortis homines ſub religionis prætextu. Dux tantùm deerat, hunc ſors aut fatum, aut caſus aliquis Cardinali *Bacoczio* offerebat, *Georgium Doſam*, haut poſtremo loco inter Siculos in Tranſylvania natum; quem fatali ſuæ & inauſpicatæ militiæ, vexillo albo cum prægrandi cruce purpurea ad hoc præparato, donatum, altera verò cruce ſed minore in paludamento aſſuta, notatum, præficiebat. Tum Georgius Tyrones congregatos, hortabatur, ut crucibus purpurei coloris ipſi quoque pectora munirent. Numerabantur hujus militiæ crucigeræ intra menſis ſpatium ultra 40. millia, unis in caſtris, nec pauciores variis in locis ſe congregaſſe nunciabantur, quippe Ruſtici non amplius ſervire Nobilibus volebant. Malum hoc cum coërcere ſtuderent Nobiles, à Georgio petiti, variam experiri ſalutem cogebantur. Hinc poſt multos occiſos, diviſis copiis, omnia ferro, flammis, rapinisque vaſtabat, usque dum poſt varias clades, à Johanne, Vayvoda Tranſylvaniæ, poſt Rege Hung. victus captusque, ultimo ſupplicio afficeretur, & ejus complices variis ſuppliciis vitam cum morte commutare cogerentur. *Plura videſis apud Iſtvánfium in Hiſt. Hung. Lib. V. per totum.*

Baczóni Matthæus, *Tranſylvano-Hungarus*, Franekeræ in ſtadio ſtudiorum academicorum impigrè decurrens, elegantem Marte proprio conſcriptam Diſp. Phyſ. de *Aqua*, ſub Præſidio Excell. Dn. *Ruardi Andala* Prof. Phyſicæ Publ. 1708. examini Eruditorum ſubjecit.

Digitized by Google

Bagnus Leonhardus, *gente Dalmata*, patriâ Piſinenſis, ingreſſus Societatem Jeſu 1610. ætatis 17. docuit Viennæ Philoſophiam quadriennio: Rector fuit Collegii Fluminenſis ad S. Vitum. Concinnavit & edidit ſuppreſſo ſuo nomine

Scriptum *Manuale Sodalitatis Immaculatæ conceptionis B. V. M. Viennæ Auſtriæ in Caſ. & Acad. Soc. Jeſu Colleg. erectæ & confirmatæ. Viennæ 1630. in 16.*

Bakſai Abraham, *Schemnicio-Hungarus*, JCtus & Hiſtoricus celebris, Secretarius quondam intimus, Illuſtriſſimi Dn.

Scriptum Palatini Sziradienſis Poloniæ *Alberti à Láſzkó*. Contexuit *Chronologiam Ducum & Regum Hungariæ, Cracoviæ 1567. 4. quæ annexa etiam reperitur Hiſtoriæ Hung. Antonii Bonfinii.*

Bakſai Bernhardus, Politicus & JCtus acutiſſimus, Conſiliarius quondam Status, *Johannis*, Regis Hung. intimus, qui tempore induciarum inter Regem prædictum *Johannem & Ferdinandum III.* Rom. Imp. Strigonii tractatibus pacis intererat, è partibus Johannis, unà cum *Stanislao Albenſis Antiſtite*, Jus dicens controverſias querelasque ditimebat, & pacem promovebat, teſte *Petro de Reva fol. 74. de Monarchia & S. Corona Regni Hung.*

Scriptum *Eruditum Commentarium ad Jus Tripartitum Hungaricum concinnavit. 4.*

Baláſſa Valentinus, *Comes Hung. in Gyarmath & Kékö*, dogmatum Calvinianæ fidei aſſecla, miles dum viveret, ſtrenuus, & ſuavis Poëta, in hungarica æque ac latina Poëſi. Joh.

Scriptum *Rimmai* in præfixis elogiis *Cantionum Eccleſiaſticarum* hungarico metro à *Valentino Baláſſa* elaboratarum, ingenium ejus deprædicaturus, hungaricos Rhythmos attulit elegantiſſimos, quorum initiales ex hungarico latinè a me verſi ſenſum obtinent iſtum, *O Valen-*

Valentine Baláſſiorum illuſtri & perantiqua Comitum oriunde proſapiâ, luci publicæ nunc expono Hymnos tuos planè divinos, ut inde ingenii Tui excellentiſſimi acumen manifeſtetur inſigniſſimum, pietasque devotiſſima, quod tamen nemo facile poteſt aſſequi, niſi qui ab ipſo edoctus fuerit Apolline, & vel Siren ſit, vel Circe, vel Amphion Hungaricus. Typis excuſi ſunt ſacri iſti Hymni in forma 16. Leutſchoviæ repetitis vicibus, quarum uſus haut infrequens eſt, in Eccleſiis Hung. tum Evangelicorum tum Calvinianorum. *Elogium.*

Virtutes plurium Baláſſorum *heroicæ, utpote* Johannis, Melchioris, Emerici, *& inprimis* Franciſci, *qui Præfectus copiarum* Iſabellæ Reginæ Hung. *multis ſtrenuè geſtis inclaruit, atque in eadem militari dignitate, etiam poſt Reginæ obitum Maximiliano II. Imp. & Regi Hung. addictus, contra hoſtes ejus quoscunque Heroem ſe exhibuit fortiſſimum, longa ſerie deprædicantur, in Floro Hungarico Joh. Nadányi, per totum ferè Lib. 4.*

Balog Georgius, *Hungarus*, Auguſtanæ Confeſſioni addictus, Ex-Conrector Gymnaſii Semproníenſis, *Cornelium Nepotem, & Epiſtolas Ciceronis ad Familiares in Hung. linguam à ſe eleganter verſas, edidit Sempronii in 8.*

Eruditi hujus Viri nomen in memoriam mihi revocat, per vetuſtas in Hung. Comit. Hontenſi geminas Proſapias generoſiſſimas, quarum altera Balogorum, *altera verò* Balogiorum *nominibus conſpicua eſt, quæ diverſæ licet ſint Familiæ, tamen virtutum intuitu haut adeo ſunt diſpares, utpote quæ utraque tum fortitudine bellica, tum eruditione præclara, eminentes Viros publico patriæ bono complures ediderunt.*

Barletius Marinus, *Dalmata*, Scodrenſis Sacerdos Rom. Catholicus, ac poſtquam Scodra in manus Turcarum venit, Brixienſis Profeſſor, qui & *Marinus Becichemus* nuncupatur, claruit circa A. C. 1450. *Hic XIII. libris eleganter deſcripſit Vitam*

Scripta. *ac geſta Georgii Caſtriotti, Epirotarum Principis, qui ab Amurathe ob præſtantia facinora vocatus eſt Scanderbegus:* eo ſignificatur *Alexander Dominus*, h. e. Alexander Magnus, ut eſt apud Volaterranum lib. 8. Eos Libros, *quos Argentorati Crato Mylius excudit*, dicavit Don Ferdinando Caſtriotto, qui nepos erat Scanderbegi. Ad fidem pertinent illa in Præfatione: *A majoribus diligenter relata & à quibusdam etiam, qui interfuerunt, viſa, memoriæ mandavi.* Obiit autem Scanderbegus A. 1466. 16. Kal. Febr. ut apud *Barletium* eſt in fine operis. *Idem Barletius etiam Libros III. reliquit de Expugnatione urbis Scodræ*, ut ipſe ait extremo libro XIII.

Cenſura. *De hoc Scriptore hujusmodi eſt Jovii Judicium:* Ab hoc Dalmata, non inſulſe Latino, Georgii Caſtriotti Scanderbegi admirabiles res bello geſtas, quanquam inuſitatis exceſſibus perſcriptas, legimus. Æquavit enim hic Vir, amore patriæ & barbarorum odio, à fide procul abductus, Epirotæ reguli virtutem antiquis heroibus, ita ut juſtam egregie factorum gloriam, dum ſupra æqvum in laudes prorumpit, ſuſpicione mendacii elevaſſe cenſeatur.

NB. *Gerhard. Joh. Voſſius p. 574. de Hiſtoricis Latinis:* Video hunc Scriptorem Jovio in Elogiis doctorum Virorum vocari *Marinum Becichemium Scodrenſem.* Sed duos Marinos Scodrenſes Barletium, & Becichemium confudit. Quorum *Becichemius* Brixienſis Profeſſor fuit, Raphaelis Regii, Johannis Caſparini, Georgii Vallæ, & aliorum ejus ævi æqualis. Ac literis mandavit, Panegyricum Leonhardo Lauretano, Principi Veneto, atque urbis ejus Senatui dictum: item centuriam epiſtolicarum quæſtionum, caſtigationes in varios ſcriptores, & opuſcula quædam Oratoria, quæ omnia in Italia 1506. in lucem prodierunt, poſteaque in Germania magna ex parte fuerunt recuſa. Vide de eo *Riccobonum Lib. I. de Gymnaſio Patavino*, ubi refert, qui humaniores literas ſint profeſſi anno 1520. Sed fuſius accuratiusque de eo tractavit in ejusdem argumenti opere Cl. Felix Oſius.

Bar-

Digitized by Google

Bárſon Geōrgius, *gente Hungarus*, Epiſcopus Varadienſis, Præpoſitus Szepuſienſis S. Cæſ. Regiæque Majeſtatis Leopoldi I.glorioſiſſimæ memoriæ, Cameralis Conſiliarius. Ad Congregationem ſive Sedem Nobilium Hung. in Comitatu Nitrienſi celebratam, unà cum fratre ſuo *Johanne*, Protonotario Regni Hung. (quæ dignitas Juriſperitorum in Hungaria ſumma eſt, & quatuor ſolummodo per totum Regnum conſtituti ſunt, ad quos tanquam ad Præſidem ſecundæ inſtantiæ, partes litigantes provocare ſolent) ſe conferens, ob turbas atque tumultus templorum Evangelicorum cauſâ excitatas, in pago *Miava* à ruſticis fratrem globulo trajectum, non ſine ingenti animi mœrore Anno 1673. occiſum videre coactus eſt. Libellum edidit tecto quidem ſuo nomine, initialibus tamen literis indicato, cujus titulus:

Veritas toti mundo declarata; Argumento triplici oſtendens, Scriptum S. Cæſ. Regiamque Majeſtatem non obligari tolerare in Hungaria ſectas Lutheranam & Calvinianam, quam Catholicæ Religionis zelo concinnavit G. B. E. V. P. S. S. C. R. M. C. C.

Primò Caſſoviæ 1671. deinde Viennæ 1672. excuſa, typis Mathæi Coſmerovii in 12.

Per literas illas majuſculas, punctis interſectis diſtinctas, voces hæ integræ ſunt intelligendæ: *Georgius Bárſon*, Epiſc. Varadienſis, Præpoſitus Szepuſienſis, Sacræ Cæſ. Regiæque Majeſt. Cameralis Conſiliarius.

Hoc opuſculum in Germ. etiam idioma eſt translatum à Pſeudonymo quodam *Jobo Kreſtianſzki*, in quo per columnas mutuo ſibi correſpondentes, una facies textum Epiſcopi; altera vero Jobi Kreſtianſzki confutationem exhibentem cernere licet, titulo præfixo ſequenti. **Entlarffte Wahrheit / das iſt / klarer und gründlicher Beweiß / oder dreyfache Probe / wodurch erhellet / daß Jhro Kayſerliche und Königliche Majeſtät nicht verbunden ſey / im Königreich Hungarn beyde Religionen Lutheriſch und Calviniſch / oder Proteſtirende / zu erdulden.** G. B. E. V. P. S. S. C. R. M. C. C. Er-

ſtens

ſtens gedruckt zu Caſchau 1671. nachmahls 1672. zu Wien aufgelegt von Math. Coſmerovio: anjetzo aber in das Teutſche treulich überſetzet. 1683. in 4.

Ausführliche Antwort auf die verlarfte Warheit / entgegen geſetzet dem obſcuren und Bodenloſen Beweiß oder denen falſchen dreyfachen Proben / woraus erhellen ſoll/ daß Ihro Kayſerliche und Königliche Majeſtät nicht verbunden geweſen ſey / die beyden Religionen Lutheriſch und Calviniſch im Königreich Ungarn zu dulden / von einem weiland geweſten Præpoſito Capituli Szepuſienſis, Nahmens Georg Bárſon &c. Von deßen unordentlichen Leben und Wandel / wie auch von ſeinen Thaten / bey den Deformations-Werck und gewaltſamer Wegnehmuug der Evangeliſchen Kirchen / ein mehrers könte aus Grund und Wahrheit angeführet werden: weil er aber nunmehro geſtorben / quieſcat ipſe. Zu Rettung der Warheit nothwendig beygedruckt / und una quaſi fidelia, unter einer Mühe hierzu geſetzet und herausgegeben von Job. Kreſtianſzki aus Freyberg. Gedruckt eben in demſelben Jahr 1683. als die verlarfte Wahrheit widerumb an das Licht gekommen/ in 4. Quantas turbas, quantasque afflictiones iſte Epiſcopus cum hoc ſuo libello Evangelicis & Calvinianis in Hungaria excitaverit, non niſi Hiſtoriæ ſuperioris Seculi ignarum, latere poteſt, quippe cujus pleraque Syſtemata nos de illis abunde edocent, vel maximè etiam illa Reſponſio *Pſeudonymi* demonſtrat, quæ ſub titulo proxime allato proſtat. *Conferri etiam meretur Frid. Leutholfs* von Franckenberg Europæiſchen Herolds P. II. fol. 409.

STEPHANUS BATHORI
REX POLONIÆ &c.

GEnte Hungarus, ex illuſtriſſima & perantiqua illa Comitum familia, è qua quam plurimi Regni Hung. Proceres & Heroes

Digitized by Google

roës fortiſſimi, Tranſylvaniæ etiam Principes originem traxerunt, prognatus eſt, A. 1533. die DD. Coſmæ & Damiani, Patre *Stephano*, *Regni Hung. Palatino*, ſub Ludovico II. Rege Hung. *Matre Anna Thelegdi: Avo pariter Stephano*, qui A. 1444. in funeſta ad Varnam pugna, una cum Rege ſuo, perierat. In *Pueritia* bonarum literarum ſtudia domeſtica Pædagogorum manuductione diligenter excoluit, *Adoleſcentiam* in Aula Ferdinandi I. Imperatoris ejusdemque Hungariæ Regis; *Maturiorem ætatem* in bellis Hungariæ civilibùs tranſegit, in quibus candentes globos, novum incendiorum genus, aliis omnibus incendiis excitandis præſentius, primus invenit inſtituitque. A Johanne Sigismundo, Principe Tranſylvaniæ, primò ad Ferdinandum, & Maximilianum II. Imperatores, iterumque ad Maximilianum ſolum Legatus miſſus, in ſecunda Legatione, ob turbatas eo abſente conditiones pacis, captus, ultraque biennium in cuſtodia detentus, *totum id tempus optimarum artium ſtudiis, antiquorumque omnis generis Autorum lectionibus tranſmiſit.* Poſt mortem Johannis Sigiſmundi Principis Tranſylvaniæ, Johannis Zapolyæ, Regis Hungariæ filii, *Caſpari Bekeſio*, quem Johannes quidem Sigismundus ſucceſſorem ſibi deſtinarat, ſed ob faſtum atque arrogantiam, quam vivente Principe nimiam & formidoloſam induerat, & ob innovatos Arrii errores, odiaque quibus maxima nobilium & plebis pars eum proſequebatur, *Stephanus Báthori*, formæ ac ſtaturæ dignitate, rebusque domi & foris præclarè geſtis facilè anteferendus, popularium ſtudiis prælatus, die 27. Maj. Anni 1571. publicis omnium ſuffragiis, magna cum populi acclamatione Princeps ſalutatus, & mox ab utroque Imperatore, Romano ſcilicet & Turcarum confirmatus, à Maximiliano quidem II. ea conditione, ut ſe pactis nuperrime initis accomodaret, quibus antea erat conventum, ut qui *Johanni Sigiſmundo* ſucceſſurus eſſet, Fiduciarii quidem (*poſt Ludovici enim II. Regis Hung. fatalem interitum, Tranſylvania ſe à corona Hung. penitus ſeparabat, & ad Maximiliani usque tempora per ſe, proprio jure, abſolutaque poteſtate regiminis ſtetit*) Vaivodæ titulo, ſub Regis Hungariæ

E clien-

clientela eſſet, ſed abſoluta rerum omnium poteſtate fungeretur. Bekeſium poſt hæc res novas tentantem, Stephanus Tranſylvaniâ ejecit: iterumque copiis validiſſimis Tranſylvaniam invadentem, fudit fugavitque. Deniquecum ſapientiâ virtute, & eruditione, pietate item in Religionem & Rempublicam, aliisque pacis & belli artibus, ſui temporis omnes penè Principes longè antecelleret, Regiminis ſui initia feliciter auſpicari commodum putabat, ſi omnium primò, turbatæ Religionis curam ſuſciperet. Hoc intuitu omnes Arrianos ex aula ſua aliorſum abire juſſit. Cum autem A. 1572. die 2. Maj. inter illas revolutiones, Vir perpetuâ memoriâ dignus *Matthias Heblerus*, de Auguſtana Confeſſione egregiè meritus, Eccl. Evangelicarum Tranſylvaniæ Superintendens zeloſiſſimus, in cœleſtem patriam migraſſet, atque Eccleſiæ Evang. turbatio, propter ritus quosdam denuò exorta fuiſſet, præfatus Princeps, per mandatarias literas, Synodum *Mediam*, cogebat, ubi per Legatum ſuum venerabilem M. *Dionyſium Aleſium*, ut juxta certos aliquot Articulos (*quos numero 13. videſis in Hiſtor. Eccleſ. Tranſyl. Georgii Haneri p. 290.*) ſe conformarent, congregatis piè præcipiebat. Unicum tamen à multis Tranſylvaniæ Statibus maximè in hoc Principe exagitabatur, quod ejus permiſſione *Patres Soc. Jeſu* Tranſylvaniam intraverant. Vix enim recepti erant, ubi in primis Regni Comitiis aſſiſtentibus Monachis, qui adhuc diverſis in locis latebant, ſuisque libertatibus gaudebant, Principem urgebant, ne Evangelicos tantô favore proſequeretur, ſed eoſdem cum Calvinianis exilio mulctaret. Licet ergo Princeps iiſdem reſponderet: *Se Regem eſſe Populorum non Conſcientiarum, triaque Deum ſibi reſervaſſe, 1) Creare aliquid ex nihilo, 2) Prænoſſe futura, 3) Conſcientiis dominari, (cum qua reſponſione illa congruere videtur, quam Gvilielmo, Antiſtiti Olomucenſi, Stephanus jam Rex Poloniæ exiſtens, fertur dediſſe: Religionem Chriſtianam occidi non occidere: graviſſimum ſcelus eſſe conſcientiis dominari, id enim eſſe cæli arcem invadere*) turbas tamen *Eos* movere nunquam deſtituros, plurimi prævidebant, quibus inconſtantia Hungarorum, animusque *Novitatis* avidus perſpicuus erat.

Patres

Patres Soc. Jeſu piiſſimum hunc Principem 1574. porrò concitabant, ut proventus minimùm Miniſtrorum Evangelicorum circumcideret, additis variis conſiliis, mediisque, quibus ſub ſpecie Juris, facili operâ, uſui ſuo eoſdem vindicare queat, ſed quemadmodum ante hac ad ſuggeſtiones tales Jeſuiticas, Princeps aures obſtruxerat, ita nec hac vice, in alienam meſſem (*nam ipſe quoque Catholicorum dogmatibus addictus fuerat*) falcem immittere volebat, quin potius prædictas Eccleſias Evangelicas ulteriori favore, validoque patrocinio, tuebatur & propagabat. Imò poſtquam *Stephanus Báthori* ad Sceptrum Poloniæ capeſſendum evocatus fuiſſet, Succeſſorem ſibi in Tranſylvania *Chriſtophorum* fratrem deſignabat, convocatisque M. *Luca Unglero* Superintendente Generali Eccleſiarum Evangelicarum, *Franciſco Aleſio*, *&* *Lazaro Fabricio*, cum aliis coram Principe fratre, eos ſacramento obſtringebat, ne vel latum ungvem à Confeſſione Auguſtana ſecedere præſumerent. Fratri verò injungebat, ut in hac profeſſione fidei Eccleſias Evangelicas, ab omnibus impeditoribus defenderet. Non detrectabat novus Princeps Regis hortationes, imo ut benevolentiæ ſuæ ſignum aliquod pateret, mox *Diploma Iſabellæ Reginæ Hung.* in quo omnia Saxonum Tranſyl. privilegia tam Decimalia, quam Jurisdictionalia confirmabantur, nomine ſuo ſubſcripto muniebat, eorum violatoribus mulctam 200 florenorum decernebat, ſacramentoque ſe obſtringebat, quod ſe vivente nil mali Eccleſiæ prædictæ paſſuræ eſſent. Quemadmodum autem Dei Opt. Max. hominumque conſenſu & arbitrio, Hungaria ſemper fuit murus adverſus Turcarum tyrannidem planè aheneus; ita ipſa Hungaria & ipſi Hungari ſunt Patroni & Dii tutelares totius Europæ, digni vel hoc unico nomine (*ut Oldenburgeri verbis*, *ex Theſauro Rerumpublicarum Partis IV. p. 479. excerptis utar,*) quorum Majeſtatem omnes populi comiter conſervent: hanc incomparabilem Hungarorum virtutem Poloni minime ignorantes; poſt fugam Regis ſui *Henrici Valleſii*, & ſecutam exauguratíonem, omnibus ex nationibus Hungarum in Regem ſibi deligendum eſſe prudentiſſimè cenſuerunt, omnibusque aliis

Candidatis prætulerunt, inque Regnum Polonicum ex Tranſylvania evocarunt *Stephanum Báthori*, cui *Annam* Sigismundi Auguſti filiam A. 1576. Principem Poloniæ inauguratam matrimonio junxerunt, & anno ſubſequente 1576. die 18. Aprilis, Regni inſignia è manibus *Karnkovii* Vladiſlavienſis Epiſcopi, Cracoviæ tradiderunt. Ejuſdem Karnkovii ſtudio etiam dubia de Religione Stephani opinio extincta eſt. Nam quod cum hominibus à Romana Eccleſia diſcordibus hactenus vixiſſet, taliumque potiſſimùm operâ ad Regnum provectus foret, dubitare quidam de Principis Religione cœperant; at verò ſubmiſſus à Karnkovio *Demetrius Solikovius* mentem illius penitus exploravit, additusque mox eidem Sacrorum arbiter, dubitantium ſcrupulos diſcuſſit. Non minus tamen diffitentibus quoque poſtea ſatisfactum, quando libertati Polonorum juramento Rex cavit. Is jam porrò de ſceptri ſine multorum diſſenſu impetrati ſecuritate ſolicitus, diſcordes Regni cives in ſuas partes pertrahere nitebatur, Remque publicam ex turbatiſſima tranquilliſſimam reddidit. Præſidium ex Landskorona arce dejecit: Gedanenſes in partibus Maximiliani obſtinatius perſiſtentes, primum prœlio Deſſavienſi, tum aliquot menſium obſidione ad officium reduxit. Comitiis inde Varſaviam indictis, judicia à Nobilitate Interregnorum tempore ſine certo ordine ac ratione uſurpata firmavit, conſilio ac prudentia certisque legibus circumſcripſit. Iisdem comitiis bellum contra *Johannem* Baſilii fratrem, Magnum Moſcoviæ Ducem, propter injurias Polonico Regno illatas, ab Ordinibus juſtè decretum ſuſcepit, perque triennium militibus Hungaris auxiliantibus ad negotium hoc dextrè conficiendum uſus, ita congeſſit, ut *primo* anno, Polotia, Sokolia, Suſſa, Kraſna, Uſviata, Sitna, Jeſeriſcia, Koſſiano, Neſcerda, totoque Ducatu Plotienſi; *altero* anno Lukis, Nevela, Zavolotia, Agroque Lucano univerſo hoſtem exueret; *tertio* Oſtrovia primum capta, Pleſcoviam per iniquiſſimum anni tempus eo usque obſederat, dum ad pacem petendam cedendamque Livoniam univerſam, Ducatum Polotienſem, ac Territorium Veliſianum, hoſtem adigeret, quæque ille 30. fere annorum ſpatio,

tio maxima cum ſanguinis & laboris impenſâ vix pepererat, ipſe triennali bello recuperaret. Omnium deinceps, cum externorum, tum domeſticorum hoſtium, partim armis, partim clementiâ ac juſtitiâ victor evaſit feliciſſimus. His tantisque facinoribus confectis, Regem ad novum bellum, magno non Poloniæ tantùm, ſed omnium vicinorum bono gerendum ſtimulabat Pontifex Rom. aliique Principes. Et hâc inter alias causâ impulſus, Comitia Rex die 13. Novemb. 1586. indixerat, in quibus ſumtus belli quærere, & porro fratris ſui filiis, *Andreæ*, paulò ante Cardinali creato, ſimulque alteri Balthaſaro Indigenatum Poloniæ impetrare cupiebat, ut ſcilicet hoc impetrato beneficio, ad majora deinceps iisdem conſequenda aditus aperiretur. Sed iſta agitans, irâ adverſus Rigenſes, Calendarium Gregorianum novum recipere nolentes, ſic excanduit, ut in morbum prolapſus, prædicto anno ætatis 54. regni verò ſui 10. præter omnium expectationem, Grodnæ, urbe Lithvaniæ primariâ, pace publicâ relictâ, improlis expirarit.

Ex Floro Polonico Joachimi Paſtorii, pluribusque aliis Hiſtoricis.

Eruditionem atque prudentiam glorioſi hujus Regis, ſatis ſuperque teſtantur Epiſtolæ ejus Statûs, manu propriâ ad Proceres Regni Pol. exterosque Principes exaratæ, quæ A.1703. junctim Lipſiæ in forma 8va typis impreſſæ prodierunt, ſub hoc titulo: *Sigismundi Auguſti Poloniarum Regis Epiſtolæ, Legationes & Reſponſa: Nec non* Stephani Báthori *Regis Poloniæ Epiſtolarum Decas & Oratio ad Ordines Poloniæ. E muſeo H. de Huyſſen. Acceſſerunt Opuſcula duo alia, ad Electionem Regis Sigiſmundi III. ſpectantia. Omnia recenſuit Joh. Burchardus Menkenius, J. U. D. in Acad. Lipſ. Prof. Publ. & Societ. Regiæ Anglic. Socius.* *Scriptum*

Stephanus Báthori Rex Poloniæ,
Bonifacii Vainocii verbis fuit:

In templo plus quam Sacerdos: In Republica plus quam Rex: *Judicio*

 In ſen-

In ſententia dicenda plus quam Senator : In Judicio plus quam Jureconſultus : In Exercitu plus quam Imperator : In Acie plus quam miles : In adverſis perferendis, injuriisque condonandis, plus quam Vir: In publica libertate tuenda plus quam Civis: In amicitia colenda plus quam Amicus : In convictu plus quam Familiaris : In venatione feriſque domandis plus quam Leo : In tota reliqua vita plus quam Philoſophus. *Vid. Oldenburgeri Theſaurus Rerumpubl. P. IV. pag. 481.*

Stephanus Báthori, inquiente *Joachimo Paſtorio, in Floro Polonico Lib. IV. pag. 349.* Princeps fuit ſapientiâ, juſtitiâ, fugâ voluptatum, deliciarumque; laboribus contra decoris, artibuſque bellicis præclarus. Formidini is inde hoſtibus, Principibus amicis admirationi erat. A ſuis comitate & facili acceſſu amari meruerat : ſed ob ſeveritatem juſtitiæ, & immotam animi morumque conſtantiam, magis ſuſpiciebatur. Nonnullis etiam autoritate ſuâ jam gravis eſſe libertati Poloniæ, certe, ſi provixiſſet, periculoſus fore viſus eſt.

Occaſione producti hujus Báthorii, Poloniæ Regis glorioſæ memoriæ, *digreſſiunculam aliquam de Familia Bathoreorum licuerit inſtituere : Nimirum perantiquam eam celebremque in Hungaria fuiſſe, ac ex Scythia originem ſuam traxiſſe, quam plurimi Hung. Rerum Scriptores tradiderunt, quippe quæ ex illuſtrioribus Scythicarum ſtirpibus ſata, Duce Attila Hungariam occuparit.* Antonius verò Bonfinius *in Natales Familiæ hujus inquirens Dec. I. Lib. 1. f. 5.* hac verborum textura eſt uſus. Vetus Bathoreorum Familia apud Hungaros magni ſemper habita, quam à proprio plerique pago, & *Bathia* civitate dictam eſſe arbitrantur. *Illuſtris autem hæc Comitum Familia in flore ſuo dividebatur* (intercidit enim cum Gabriele A. 1613.) *in duos ramos*, nempe

Báthori *de Báthor :* & Báthori *de Somlyó*,

ex qua, ceu ex equo illo Trojano, innumeri prodiere Heroës, in Dignitate pariter ſagata, ac togata, exteros non minus ac Patriam officiis ſuis excellentiſſimis ſibi obſtringentes, & ad ſummas

mas non ſolum militia Ducum, Principumque dignitates; ſed ad Majeſtatis uſque Regiæ, Polonicæ ſcilicet faſtigium, & Palatinorum, ſeu Vice-Regum Hungariæ, culmen aſſurgentes, quorum aliquot laude puta dignos Viros, & quos muſa vetat mori, hic producere, non abs re fore exiſtimavi.

* Opos Báthor *de Báthor*, circa A. C. 1070. *præter aulicam prudentiam, militari quoque fortitudine, in bellis à Geyſa I. Rege Hung. contra Salomonem coronâ Hungaricâ privatum, atque Henricum IV. Imperatorem Rom. geſtis, decus nominis immortale promeruit*, de quo Bonfinius Dec. II. Lib. IV. fol. 221. *ſequentia commemoravit:* Opos Báthor *equo inſidens, tali ludo nequaquam delectatus, & vir ſpectatiſſimæ virtutis habitus, acrius oppidanos urget. Quin & per medios hoſtes curſum faciens ad portam usque pervenit; ibique ſpectante populo unum interfecit, complures vulneribus affecit, & dum inter confertiſſimos hoſtes acerrimè dimicat, equum multis confoſſum jaculis amiſit, ipſe tandem fortiſſimè reſiſtens, ad ſuos incolumem ſe recepit. Alemanni ſpectatam equitis fortitudinem admirati, ad Imperatoremque reverſi, illius audaciam ac vires prædicant. At is* Opum *confeſtim acciri jubet, qui poſtquam in conſpectum venit, mirificè laudatus, adauctum quoque ſtipendium, & non ſine promiſſis ac præmiis dimiſſus eſt. Mox ab Imperatore Salomon interrogatus, an multi milites pari robore corporis & animi apud* Ladiſlaum & Geyſam *forent? At ille magis Hungaricæ gentis, quam propriæ utilitatis charitate correptus, multos conſimiles ac longè meliores apud Geyſam eſſe reſpondit.* Quibus verbis conſternatus Imperator, ſi tales inquit, hoſtes nactus es, mihi crede Salomon, nunquam regnum tuum recuperabis. Et fol. 208. ibidem: *His injuriis Hungarus accenſus Salomonis & Geyſæ ductu auſpiciiſque, Bohemiam tam validus invaſit, ut hoſtibus in aciem prodire non audentibus, univerſam ferè ſpoliarit, vaſtaritque. In quo quidem bello* Opos Báthor, *Martini filius, præclarum facinus præſtitiſſe fertur. Nam cum Bohemo inſanæ magnitudinis,*

qui

qui gigantis inſtar erat , ſingulari certamine dimicavit , cumque mox proſtratum humi , obtruncavit. Qua victoria potitus apud Hungaros ita claruit, ut ſibi ac ſuis perpetuum nomen comparaverit.

* Stephanus Báthori *de Somlyó*, *Comes Regalis Curiæ*, *ſeu* Palatinus *Regni Hung. (quæ dignitas in Hungaria ſuprema eſt , Regiæque proxima in ſecularibus) ſub Rege Vladislao I. Vir ſumma virtute , ac ſingulari fide præditus , cui regia quoque ſigna commiſſa fuerant , quando cum Rege ſuo in acie funeſtiſſima ad* Varnam *A. 1444. fataliter commiſſa interiiſſet , & inter congeſta cæſorum hoſtium cadavera , repertus eſſet. Iſte Báthori fuit pater Stephani , Vaivodæ Tranſylvaniæ , integerrimi , ſapientiſſimi, fortiſſimique Viri , qui regnante poſthac Mathia I. terrore illo Turcico , multò felicius quam pater cum Turcis in Tranſylvania conflixit , ac unà cum* Paulo Kiniſio *collegâ , ut cumulatiſſimis Patris parentaret inferiis , triginta Turcarum millia interfeciſſe ab Hiſtoricis traditur.*

* Nicolaus Báthori *de Somlyó*, *cujus mentionem injicit* Bonfinius Dec. I. Lib. I. Hiſt. ſuæ Hung. fol. 5. hiſcè verbis: *Vacia à Vato Eremita in Danubii eremo degente , ſeu potius à Vatianis ſuperioris Pannoniæ populis , quos Ptolemæus planè commemorat , nominata , ſuo* Antiſtite Nicolao Báthoreo , *Viro nobiliſſimo , Oratore ſummo, Italicis moribus & diſciplinis ornato, nunc maximè (ſcil. cum Hiſtoriam ſuam Hungaricam ſcripſiſſet) gloriatur. Neque ſilentio prætereundum erit , eundem ſuis impenſis , certè maximis , regnante Matthia I. Rege Hung. extrui curaſſe fortalitium illud munitiſſimum , & adverſus Turcarum inſultus propugnaculum validiſſimum* , Neogradi, *h. e. Slavonicæ vocis origine attentâ,* Novæ arcis *ſuſtinens appellationem , cujus rei hiſtoriam perhibet* Petrus de Réva, de Monarchia & S. Corona Regni Hung. fol. 100.

Emeri-

Digitized by Google

* Emericus Báthori *de Smolyó, regnante Matthia Corvino R. H. Quæſtor regni & Dux exercitûs contra Bohemos, de quo* Bonfinius Dec. III. Lib. 10. f. 529. *ibique Emericum Quæſtorem Regni Hung. cum magna poteſtate Matthias Rex reliquit. Nam in Superioribus Hung. partibus* Emericum *è paternis amicis haut dubiè primarium, ſpectatæ virtutis & ſapientiæ virum: In inferioribus verò Hung. partibus Michaelem Szilágyium, ſuum avunculum ritè præfecerat. Quin &* Emerico

* Stephanum Báthori *collegam adjecerat, vetuſtiſſimo Hungarorum genere editum, veluti variis in locis, ex univerſa Hiſtoria noſtra colligi poteſt, Virum profectò impigrum, ad gerenda tantùm bella natum, ab initio ætatis de ſe maxima quæque pollicentem, quando à tyrocinii ſui die, tantam fortitudinem, prudentiam, ſeveritatem, cum inaudita caſtitate conjunctam prætulit, ut ex eo tempore, quanti foret, augurare quiſque facilè potuiſſet.* Stephanus Emerici frater natu minor, *impari quidem adhuc auctoritate, fortitudine tamen & probitate pari, ut cum fraterna laude certaret, in eo bello fuit &c. Poſthac Tranſylvania* Stephano *cum imperio à Matthia Rege demandata, Vaivodæque dignitas collata eſt, utpote qui Vir fuerat indomitæ fortitudinis, magnique conſilii, authoritatis ſummæ, ſpectatæ virtutis, ſapientiæque, cujus geminas Orationes Bonfinius exhibet elegantiſſimas; alteram Diſvaſoriam, habitam in Senatu Procerum Regni, ad Matthiam Regem, quâ diſvadebat bellum, quod Rex contra Fridericum IV. Imperatorem Rom. decernebat* Dec. IV. L. 4. fol. 588. *Hortatoriam alteram* ibid. *f. 613. habitam ad Exercitum Regium, cum à provincia ſibi demandata irruentem Turcam ſibi arcendum eſſe animo perpenderet, quo tandem in prælio feliciter adverſus Alibecum prope Albam Juliam commiſſo, cum Collega ſuo* Paulo Kiniſio, *Temeſvari Præfecto Comiteque regionis, triginta millia Turcarum fudit. Plura hujus heroica facinora, contra Bohemos, Auſtriacos, & demum Turcarum Imperatorem, ſtupenda prorſus legen-*

 da

da exhibentur, *per totam* Decadem III. & IV. *Mortuus eſt hic Báthori A. 1494. Judex Curiæ Regiæ, anno quarto, poſt triſtem M. Matthiæ occaſum, fortiſſimi Hungariæ Herculis, & ſepultus in oppido* Bàthor, *duobus ab* Ecsed *arce ſuâ milliaribus, in clauſtro, quod ipſe ex lucro, pecuniis, & exuviis Turcicis in campo* Kényérmezö *feliciter & heroicè devictis, velut in ſignum cæleſtis victoriæ, ac oblationem ſupremo Numini factam erexerat & adornaverat. Quod ipſum ubi tempeſtate quadam à Valachis demolitum, & omni ornatu ad rudera prope humiliatum fuiſſet: Manes magnificos dignè venerata poſteritas, monumentum ejusdem in templum, aliud recentius non longè ab illo, ſumptibus* Andreæ Bàthori, *ex fundamentis, rarò prealtæ teſtudinis, moleque ſua ſine ullo fulcro conſiſtentis artificio, nec non inſigni ſubſelliorum cælatura, ædificatum tranſtulit. Magna huius Herois virtus verſiculis hiſce, marmori inciſis, ibidem celebratur:*

Qui Curios vitâ vicit, probitate Catones,
Æquavitque Numam religione Dei:
Nam coluit verum priſca pietate Tonantem,
Et nunquam domuit foeda libido virum.
Hic capit Alpinos, Moldavos, protegit idem
Sanguine Sylvanos, & tegit ipſe ſuo.
Egregio Stephanus ſævos qui pectore Turcas
Proſtravit toties, hac requieſcit humo.
At vos ô Bathorûm gens, hunc lugete parentem,
Nam Bathorûm cecidit firma columna Domûs.

* Andreas Báthori *unus ex primis Duumviris cuſtodiendæ S. Coronæ Hung. ab Vladislao II. Rege Hung. primitùs conſtitutis, officio huic ſuo maximâ cum laude, authoritate, ac prudentiâ præfuit: Nimirum inter ceteras leges Monarchiæ S. Coronæ, illa tempeſtate communi Procerum & populi conſenſu renovata eſt, de S. Coronæ* Duumviratu *continuanda ſanctio. Cùm enim hactenus ſæpè unius fidei tantùm & curæ commiſſa eſſet, majusque periculum immineret, ſi unius duntaxat fortunæ ac prudentiæ tot nimirum exem-*

Digitized by Google

exemplis ac periculis, uti Venceſlai Bohemi, Othonis, ac Eliſabethæ temporibus, experientiâ comprobatis, tantus concederetur theſaurus, duos proceres conſtituerunt, quibus Rex Vladislaus Caſtrum Viſſegrad, ab antiquo conſervationi S. Coronæ deſtinatum, ad manus nempe fideles, & gravi Sacramento exacto, cum corona tradidit, nec ullo quæſito colore, arte aut induſtria, Coronam penes ſe retineret, aut Regnicolis adimeret. Illi fuerunt Stephanus Criſpus *Epiſcopus Sirmienſis, &* Andreas iſte Báthori, *qui interiorem arcem* Ecſed *in nominis Báthoreorum memoriam A. C. 1492. erigi curavit, eâ appoſitâ ad Portæ frontem tabulâ lapideâ, cujus inſcriptio ob verborum gravitatem, cùm præclaro gentis Báthorianæ, ad æſtimandam, & amandam virtutem incitamento, optimorumque quorumvis exemplo, digna viſa fuit, quam in hanc chartæ faciem retuliſſem. Legitur autem ſic:*

Magnanimus *Andreas de Báthor*, pater patriæ ſuæ, conſtruxit hoc caſtrum gentilibus ſuis, pro quietudine, & tuitione eorum, cernens atque intelligens, quandoque paci intermiſceri bella & diſcordias, qui rogat ſuos hæredes, ut nominis Bathorei non velint eſſe immemores: primum *inter ſe ſint concordes:* Concordiâ enim res parvæ creſcunt, diſcordiâ verò maximæ dilabuntur. Deinde *ne inventa perdant.* Nam non minor eſt virtus quam quærere, parta tueri. Poſtremò. *Tolerate & Abſtinete.* Nam divertere à malo, & facere bonum, eſt fœlicitas hominis. A. C. 1492.

* Stephanus Báthori *de Somlyó Regni Hung. Comes Palatinus & Judex Cumanorum, ſub Rege Ludovico II. qui prælio luctuosè commiſſo cum Solymanno Turcarum Imperatore in campo oppidi* Mohács *A. 1526. fugam arripiens, in palude periit, creatus Anno 1517. in Comitiis Peſthanis, quibus Rex ipſe intererat, itemque* Johannes de Zapolya, Comes Szepuſienſis, *Vaivoda Tranſylvaniæ. Iſte* Stephanus *paululum ſupra laudati* Stephani Báthori, *ſub Regis Mathiæ I. invictiſſimi auſpiciis, impigrè & magna cum laude Tranſylvaniam gubernantis, atque à crudeli Turcarum immanitate ac pene totius Principatus everſione maſculè defendentis,*

 ex

Digitized by Google

ex fratre Andrea , *nepos fuerat. Prædictus igitur* Johannes de Zapolya , *cùm Gubernatorem Regni ſe fieri non poſſe (contrariorum ſuffragiorum interceſſione, quæ factionem ejus ſuperabant) animadverteret , ad Palatinatum conſequendum tacitè contendebat. Sed cum tam Regis , quam Procerum utriusque Nationis vota , ambitioni potentiæque ſuæ adverſari , pro comperto haberet (quorum maxima pars ad Stephanum Báthori inclinabat) nuncios ſecreto ad illum mittit , multa pollicendo , admonendoque promiſſorum , quæ armis agreſtium in ſummum deductus periculum , obſeſſusque ſibi dediſſet ; nempe Magiſtratum nullum ſe inſcio aut inconſultò petiturum , aut oblatum accepturum : proinde ut memor eorum ſibi æquo animo cedendum exiſtimaret , hortabatur. Verùm Báthorius, ſvaſu Thomæ Cardinalis Strigonienſis , & Bornemiſſæ, qui diſturbandis Vaivodæ conſiliis invigilabant , breviter reſpondit* , ſe eam dignitatem , nec unquam ambiviſſe , neque ſi offeratur , repudiaturum , ne degeneri animo & ignavo, ei ſe imparem fateretur. *Quo reſponſo Vaivoda facilè intellexit , alios quoque eſſe , quibus cum ſibi de ambitione honorumque & dignitatum aviditate , ſimul & dominandi libidine haud mediocriter certandum foret. Igitur Báthorius , præterito Vaivodâ , Palatinus declaratur , uno Regis & Senatus Nobilitatisque conſenſu (exceptis Vaivodæ addictis factioni, qui repulſam ægrè tolerabant) ſimulque in Comitiis Sacramento adigitur , ad Rempublicam ſecundùm leges rectè fortiterque gerendam. Quam rem ægerrimè ferens* Vaivoda , *bile tumidus ac indignabundus , extemplò cum ſuis domum diſceſſit. Hæ fuere cauſæ diſcordiarum inter* Vaivodam & Bathorium , *ac maximarum ærumnarum initia, quibus tandem effectum eſt , ut Regnum Hungariæ, pace & concordiâ diſturbata , miſerabilem in modum quaſſatum ac dilaceratum , peneque everſum videretur. Paulò antequam pax ſtabiliretur* Stephanus Báthorius *Palatinus, in arce* Devia (Deben) *ſupra Poſonium , ubi Danubius & Morava fluvii commiſcentur, quam Ferdinandus I. Imp. & Rex Hung. ei inhabitandam dederat, ſenio & articularibus omnium membrorum doloribus confectus, fato functus eſt , & Poſonii in majori Divi Martini æde tumulatus* 1535.

Filiis

Filiis ex uxore Anna, illuſtri Thelegdiorum *proſapiâ orta, tribus poſt ſe relictis* Stephano *ſcilicet, poſthac Rege Poloniæ*, Chriſtophoro *Tranſyl. Principe, &* Andrea *S. R. E. Cardinale: unicâque filiâ nubili* Clara, *quæ etiam cum ab Anna, Regina Hungar. maxima cum cura educaretur, jamque Carolo, Duci Münſterbergenſi in Sileſia deſponſata eſſet, pari caſu, non ſine ſummo cum ſponſi & Reginæ mœrore, patrem ſecuta eſt.*

Minimè verò heic prætereundum eſſe cenſeo, quod velut cum Rege Ludovico fataliter occumbente, ipſa etiam occubuiſſe videri potuerit felicitas totius populi Hungarici; ita Bathorio quoque iſto Palatino extincto, hæc Coronæ Hung. officialium ſuprema à Rege Palatinalis dignitas ceſſaverit, atque *Locumtenentes* duntaxat *Palatinales* ad annum uſque 1608 iiſdem ſubſtituti fuerint, quo ipſo nempe anno dignitate hac Palatinali à Mathia Imperatore, & Rege Hung. ejus nominis ſecundo, in priſtinum reducta vigorem, eidem præfectus eſt *Stephanus Illyesházi*, qui antehac Magiſtri Curiæ Regiæ, ſupremique Comitis Liptovienſis & Trencſinienſis officium ſuſtinuit.

* Andreas Báthori, *Supremus Comes Comitatûs Szimegienſis, Szakmarienſis, & Szabolcsenſis, Judex Curiæ Regiæ ſub Regibus Ferdinando I. & Maximiliano II. Moritur A. 1566. 4. Octobris, & ſepelitur in monaſterio Thallenſi, RR. Patrum Paulinorum ſupra Poſonium.*

* Chriſtophorus Báthori *de Somlyó, Princeps Tranſylvaniæ, prioris Stephani, ſub Rege Ludovico II. Palatini Hung. filius. Hic à Stephano fratre ſuo ad Regnum Poloniæ evocato, ad Principatum Tranſylvaniæ 1576. evectus erat, cui quia Domus Auſtriaca non admodum favebat, ob fratrem Maximiliano II. in Polonia regno prælatum, Conſtantinopoli ſuppetias quærere è re ſua eſſe duxit. Obiit Arianis è Principatu ſuo pulſis, A. 1581. podagra. Duas habuit in matrimonio uxores, alteram ex præſtantiſſima* Bocskaiorum proſapia, *quæ ipſi* Sigismundum *peperit; al-*

Digitized by Google

teram ex illuſtriſſima Radſiviliorum *Poloniæ Principum familia, nomine* Chriſtianam, *ex qua unicam filiam ſuſcepit, præcoci morte abreptam.*

* Stephanus Báthori *de Báthor*, *Comes, itemque Judex Curiæ Regiæ A.* 1587. *de quo hæc habet* Iſtvánfius Libro 34. Hiſtoriæ ſuæ Hungaricæ: *Reſtabat in partibus Cæſaris* Stephanus Báthorius, *qui Judicatum Curiæ, uti appellant, primam poſt Palatinum, dignitatem obtinebat, in arce ſua* Ecsediâ, *in inſula lacûs cujusdam, munitiſſimo loco ſita. Sed etiam is præter omnium opinionem, ſive aſſiduis bellorum incommodis fractus, ſive Germanorum odio, & ulciſcendis eorum injuriis, quas intolerabiles ab iis ſibi illatas querebatur, ſeu Religionis Calvinianæ aſſerendo ſtudio, cui erat addictiſſimus, ad Bocskaium deſcivit. Quanquam autem à Michaele Bajo., familiari ſuo, ne à Cæſare deficeret, multis rationibus confirmaretur, cujus avum Ferdinandum, Stephanus Bathorius, ipſius Avunculus, qui tum Palatinus erat, ad capeſſendum Hungariæ Regnum omni ope atque armis juviſſet, neque fas eſſe eum à veſtigiis & virtute Majorum levibus de cauſis exorbitare, identidem inculcaret; ipſe tamen in ſententia perſtitit, & ſigillum, quo duplici, in jure dicundo, utebatur, per* Michaelem Acreiterium, *Germanicæ originis famulum ſuum,* Bajo, *ut ad Cæſarem perferendum curaret, miſit. Is verò ne ab Haidonibus Auſtriam & Moraviam hoſtiliter infeſtantibus circumveniretur,* Arcem Deveniam *deferre non auſus ad Martinum Petejum, Jaurinenſem Epiſcopum, ac tunc Proregiâ dignitate fungentem pertulit, à quo ad Matthiam Principem miſſum fuit. Sic vir ille, aliàs nobiliſſimæ ac antiquiſſimæ ſtirpis, paulò ante obitum, rebus novandis animum applicuit, ac quod ſæpè in ore habebat, honeſtum vitæ usque ad funera curſum ſervare non potuit, tantum in animis hominum, inſatiabilis injuriarum ultio, ac vindictæ cupiditas poteſt. Nec multo poſt, nullâ relictâ ſobole, annum agens ætatis 55. A. 1605. extinctus eſt.*

* Si-

Google

* Sigiſmundus Báthori *de Somlyó*, *Chriſtophori filius, mortuo patre in Principatu Tranſylvaniæ* 1581. *ſucceſſit. Hic Auſtriacæ Domui reconciliatus* Balthaſarum Báthori *Avunculum interfici curavit A.* 1595. *Stephanum verò & Andream agnatos reos Majeſtatis pronunciavit ob turbas in patria temerè adverſus ſe & Principalem ſuam dignitatem excitatas. In Matrimonio habuit* Mariam Chriſtianam, Caroli Græcienſis Archiducis Auſtriæ, *filiam, quam tamen brevi interjecto tempore repudiavit. Vir fuit animi vacillantis chamæleonte mutabilior. Ceſſit Principatum agnato ſuo* Andreæ Báthori *S. R. E. Cardinali: mortuus eſt Pragæ in cuſtodia à Rudolpho Imp. detentus* 1613. *die* 20 *Martii.*

* Andreas Báthori *de Somlyó* S. R. E. Cardinalis, *à patruo ſuo* Stephano, Rege Poloniæ 1583. *charactere Legati ſplendidiſſimo inſignitus, Romam ad Gregorium XIII. Pontificem M. contendit, qui illuſtribus ejus virtutibus, ac egregiis animi dotibus accuratius perſpectis, primùm ad Protonotarii Apoſtolici munus, deinde ad eminentiſſimam Cardinalis Diaconi dignitatem A.* 1584. *ac deinceps in patriam reverſus* 1589. *ad vacantem* Varmiæ *Cathedram Epiſcopalem eum provexit. Poſt aliquot autem annorum decurſum, nempe* 1599. *Tranſylvaniæ Principatus* Sigiſmundus *patruus ipſi reſignatum obtulit, qua de Principatum reſignatione ac oblatione Imperator Rudolphus certior factus, ſummum militiæ ſuæ Ducem* Georgium Baſtam, *ſuppetias ferente* Michaele, Valachiæ Principe, *validis cum copiis in Tranſylvaniam miſit, qui prælio ad Cibinium cum Báthoreo commiſſo, eum acie vicit, atque deinceps is ipſe à Valachis in fuga comprehenſus anno ætatis* 33 *trucidatus, & caput ipſius amputatum diſco impoſitum, ad Nuncium Apoſtolicum* Germanicum Malaſpinam, *clanculùm in ipſius internecionem conſpirantem, tranſmiſſum eſt. Quo ipſo facto perpetrato, Tranſylvaniæ Principatus denuo Imperatoris poteſtati ſubjectus, ſed vix annuo ſpatio elapſo* Sigiſmundus *rurſus à Statibus & Ordinibus Tranſylvaniæ ad Principatum illum gubernandum vocatus & evectus eſt.*

Sed

Sed manum de tabula, inſtituto quippe meo adverſatur, Genealogias Magnatum Hungariæ heic contexere ac uberiùs *indagare*. Sufficiant ergo pauci iſti ex illuſtriſſima hac Báthoreorum familia adducti Heroes immortales, innumeros alios ſeu ſupremos Comitatuum Hung. Comites, ſeu Præfectos militum, ſeu Antiſtites Eccleſiarum, datâ operâ præteriens, quibus, eorumque rebus geſtis enarrandis vix quidem vaſtum aliquod volumen ſufficeret, nedum exigua hæc chartarum congeries. Unicus tamen hactenus jam enumerato adhuc ſuperaddendus erit, & quidem ultimum illuſtriſſimæ hujus ac antiquiſſimæ Familiæ Aſtrum, videlicet:

Gabriel Báthori *de Báthor*, *in Principem Tranſylvaniæ A. 1608. electus, poſtquam Bocskai & Franciſcus Rakóczi illum Principatum adminiſtraſſent. Cum verò* Gabriel *Bethlen*, *juſſu Turcarum Imperatoris, ingenti exercitu illum aggrederetur, exoſus ſibi antehac addictis ſubditis redditus, à duobus Nobilibus A. 1613. d. 28. Octobr. trucidatus eſt, cum extra arcem Varadienſem, recreandi animi cauſa carpento vectus eſſet. Atque ſic ultimus iſtæ ſuæ Familiæ, fatali hâc & ignobili vitæ clauſula, inclytæ juxta ac antiquiſſimæ Hungarorum proſapiæ cataſtrophen impoſuit.*

Pleniorem tum hujus ipſius vitæ, tum aliorum Majorum ejusdem res fortiter geſtas, videſis apud Scriptores Hungar. & Tranſylv. rerum, infra in Bibliotheca recenſitos: ſpeciatim verò in *Bonfinii & Iſtvanfii Hiſt. Hung. Nadányi Floro Hung. Toppeltini Orig. atque Occaſ. Tranſyl.* & Joh. Bethlenii Epitom. Rerum in Tranſylvania geſtarum &c.

Bayer Johannes, *Eperieſini in Hungaria* lucem hanc adſpexit publicam, & propter tenuiores facultates, præſtantioresque ingenii dotes à Senatu ejusdem Civitatis in numerum cooptatus alumnorum, cujus ſubſidiis etiam Vitebergæ circa A. 1650. ſtudiis Philoſophicis, Mathematicis ac Theologicis incumbens, eousque ea perduxit, ut Magiſtri obtento maxima cum laude titulo,

Digitized by Google

lo, atque Ordinis Philoſophici Adjuncti munere, tùm collegia Studioſis academicis aperiendo, tùm variis de argumentis publicè diſputando ac præſidendo, egregium meruerit applauſum, quarum *Diſputationum* paucas aliquot duntaxat ad manus meas perlatas, heic libet producere: *De Gnome Sciaterico, Reſpondente, Iſaaco Zabanio, Tranſylvano, Vitteberga 1658. in 4. Diſp. An Angelorum Exiſtentia è ſolo lumine Naturæ poſſit demonſtrari? ibid. 1658. in 4.* Diſp. *De notitia Dei Naturali, ibid. 1659. in 4.* Præter has, *Summariam quoque Deciſionem Controv. Metaphyſicarum XII. Diſputationibus publicis idem ille Viteberga exhibuit, è quibus hanc unicam videre mihi licuit, ſub titulo:* Diſput. *Metaphyſica Secunda: Summariam Deciſionum Controverſiarum de Entis ratione exhibens, quam ſub ejus Præſidio publicæ Philoſophorum limæ, Vitteberga ſubmiſit, Matthias Stürtzer, Neosolienſis Hung. 1658. in 4.* Quibus ipſis editis ſpeciminibus non tantùm inſignem Patronorum favorem ſibi comparavit, ſed officia ſingulari etiam eorundem propenſione, tùm *Eperieſini* in patria ſua, tum *Neoſolii* adeptus eſt ampliſſima. *Eperieſini* quidem Rectoris munere in Gymnaſio celebratiſſimo, magno ſtudentium emolumento, nominisque ſui gloria perfunctus, hinc *Neoſolium* ad ſacrum Eccleſiæ Evangelicæ officium obeundum, legitimâ præviâ vocatione, conceſſit; inde tamen *Varallium*, Dei & Magiſtratûs diſpoſitione ita ferente, delatus, animarum ſibi commiſſarum curam ſummâ cum vigilantiæ atque conſcientiæ laude ſuſcepit, quam etiam ad ultimum uſque vitæ ſuæ ibidem emiſſum halitum, diligenter ac intemeratè ſtuduit conſervare.

Alia quædam à jam antea recenſitis eruditi hujus Viri bono publico in Lucem edita *Scripta*, una cum adjecto ſuo *Judicio*, recenſet *Joh. Franciſ. Buddeus in Introductione ſua ad Hiſtoriam Philoſophiæ Ebræorum p. 256. hoc verborum ambitu:* Obſcurum equidem in Orbe literato eſt *Johannis* Bayeri nomen, aſt ingenio eum haud vulgari fuiſſe, Scripta ejus teſtantur. De ipſo quidem Autore, quod dicam non habeo, niſi quod Lycei Eperieſinenſis eum fuiſſe *Rectorem*, ex titulis librorum conſtet. Duo autem ex ejus Scriptis mihi innotuerunt, quorum unum ad *Phyſicam*, al- *Judicium.*

Digitized by Google

Plura Scripta. terum ad *Logicam* ſpectat. Prioris hic eſt titulus: *Oſtium vel Atrium Naturæ ichnographicè delineatum* i. e. *Fundamenta interpretationis & adminiſtrationis generalia, ex mundo, mente & Scripturis jacta. Caſſoviæ 1662.* Poſterioris autem hic eſt titulus: *Filum Labyrinthi, vel Cynoſura, ſeu Lux mentium univerſalis, cognoſcendis, expendendis, & communicandis univerſis rebus accenſa. ibid. 1663.* In utroque ab uſitata ac trita via multum recedit. In Cynoſura quidem ſua, ſeu Luce mentium, *Verulamii maximè inſiſtit* veſtigiis, Logicamque doctrinam inſtruit, ut non ſpeculationibus inutilibus, ſed rebus præclaris inveniendis inſerviat. In *Oſtio* autem, ſive *Atrio Naturæ* de Rerum naturalium principiis plane aliter philoſophatur, ac ea ætate philoſophari ſolebant. *Tria* enim, ad *Philoſophiæ Moſaicæ* ductum, admittit *principia*, *Materiam*, *Spiritum & Lucem*, eaque in re plane cum Joh. *Amoſo Comenio* conſentit, qua de re deinceps plura dicemus. Ab *Ariſtotelica* autem, ſive *Scholaſtica Philoſophia* plane abhorret. *Quid attinet*, inquit in Præfat. *Hominem Chriſtianum, quid Philoſophum Naturalem, noſſe, quæ ſit vera & genuina Ariſtotelis, de Forma & Materia, de Cælo, de Stellis, de Æternitate mundi, de Elementis, de Loco & Vacuo, opinio & ſententia? Cui bono eſt Veritatis illius inquiſitio? Norit an ignoret, curet an negligat Phyſicus eam, quid tum?* Laudat verò deinceps *Chriſtianam Philoſophiam*, atque cum de hac inter Viros doctos diſputatum ſit, abundanter à *Philoſophis Chriſtianis* recentioribus negotium hoc pacto deciſum ait: *Quod ſi naturam & ſcripturam, miſſis Gentilium Commentariis, Notionibus & Opinionibus, immediatè & preſſè ſequamur, pleraque ex Ethniciſmo ad nos derivata dogmata phyſica, de Materia, de Forma, de Cælo, de Elementis, de Loco, de Motu, ſunt vana, falſa, & inutilia, quod ſi tamen Gentilium libet adhuc inſiſtere veſtigiis magis*, quam Naturæ & Scripturæ, uſurpando *Notiones, Axiomata, Opiniones Ethnicorum, Logicas, Phyſicas & Metaphyſicas, poſſe de ſingulis diſputari in infinitum, palmâ inter partes diſſidentes manente ſemper dubiâ.* Ex quibus ſimul, quodnam Autoris fuerit conſilium, ſatis ſuperque liquet.

Bauſ-

Digitized by Google

Bauſnerus Bartholomæus, *Saxo-Tranſylvanus*, Librum de conſenſu partium humani corporis A. 1656. compoſuit, teſte *G. M. Königio in Bibliotheca Vet. & Nova.*

Behamb Joh. Ferdinand. *Poſonienſis Hungarus* J. U. D. poſt ſtudia humanitatis in patria egregie abſoluta, in Academiam Argentoratenſem ſe conferens, Juris potiſſimum ſtudio operam ſuam addixit, cujus etiam peritiâ inſigniore acquiſitâ, id conſecutus eſt, ut ex Evangelicis ad Pontificia caſtra tranſiens, Lincii, in ſuperiori Auſtria, inclytorum ejusdem Statuum auſpiciis, Juris Utriusque Profeſſionem obtineret. Ejus ſunt: *Sciographia Struviana Juris Privati. Lincii 1672. 8. Inſtitutiones Jurisprudentiæ Publicæ & Univerſalis, Reipublicæ Rom. Germ. ibid. 1673. Tr. de Geſtione pro Herede. Ratisbonæ 1674. 8. Notitia Hungariæ Antiquo-Modernæ Berneggeriana, perpetuis Obſervationibus condecorata, nec non indice, tùm marginali, tùm reali illuſtrata, emendata. Argentorati. 1676. 8.* Roß-Taiſcher Recht / *ſeu de Jure Mangonum, ſive eorum, qui Equos vendunt. Lincii 1678. 8. Argutiæ Juris Civilis Theoreticæ: maximam partem ad uſum practicum directæ, quibus natura Dominii exprimitur. ibid. 1679. 12.* *Scripta.*

Beitheus Stephanus, Hungarus, floruit circa Annum 1582. cujus nomen inclaruit per *Carolum Cluſium*, Atrebatem, indefeſſum illum indagatorem *rariorum aliquot ſtirpium atque plantarum per Pannoniam, Auſtriam, & vicinas quasdam Provincias, quarum Hiſtoria IV. Libris comprehenſa, prodiit Antverpiæ, cum figuris 1583. in 8.* una *cum Nomenclatore ſtirpium Pannonico, ibidem ex officina Chriſtophori Plantini, anno ſubſequente 1584. 8.* in cujus Præfatione de hoc noſtro Beitheo hæc commemorantur. *Conſultius itaque viſum eſt, alias etiam ſtirpes quæ in Pannonia naſcuntur, colligere, earumque vulgaria nomina perſcrutari, ut vobis hac in re, quam maximè poſſem gratificari. Non defuerunt ſanè, qui meum hunc laborem juvarent: ſed omnium maximè doctiſſimus*

Vir, Dn. Stephanus Beithe. *Divini verbi Præco, apud Illuſtrem Heroem Dominum* Balthaſarum, Comitem Hung. de Botyán, *in ipſius urbe Németh-Uivár, qui maximam horum Hungaricorum nominum partem, pro ſuo candore, me edocuit, dum aliquoties ad perquirendas variis locis plantas, ſimul egreſſi ſumus*.

Nomenclator autem ille pannonicus, ſiquidem tempore hoc noſtro jam rariſſimus eſt, operæ precium eſſe duxi, in gratiam Botanicophilorum Hungariæ, eundem, nominibus hungaricis mendosè impreſſis, in melius reductis & germanica interpretatione à me illuſtratis, heîc loci inſerere, ut nempe tali ratione à totali interitu vindicaretur, & Botanicis hujus Seculi Hung. utut pauciſſimis ſaliva moveatur, quo illum *Nomenclatorem* auctiorem reddant, & majori cum cura plantas ſtirpesque in Hungaria naſcentes, perſcrutando deſcribant, vel ſtudeant minimum pluribus quoque plantis in iſto Nomenclatore non contentis, nomina imponere *Hungarica*, ad exemplum aliarum cultiorum gentium, quarum curâ ſtudium Botanicum hac ætate ingens accepit incrementum:

Abies, hungaricè *Lucsfenyöfa*, *melynek à levele egy felöl ál*. Germanis, mas, weiße thanne / fœmina, rothe thanne.

Abrotanum vulgare, *Obruta*, *ſeprö rúta*, *Iſtenfája*, ſtabwurtz / gertwurtz.

Abſinthium vulgare, *üröm*, quâ etiam appellatione reliqua Abſynthii genera plerumque donantur, wermuth.

Acacia, *Kökörniſa*, Aegyptiſcher ſchottendorn.

Acanthum, *Töviskes lapú* welſch beeren klauen / id quod branca urſina.

Acetoſa, *Sóska*, ſaueraimpfer.

Accipitrina, Sophia Dodon: *Kányafü*, habichtkraut.

Acer latifolium, *Javorfa*, vulgò Platanus, ahornbaum.

Acer minus, duriore folio, *Ihárfa*, maaßholder / milch- und freutzbäume.

Adianthi genus illud, Ruta muraria vulgò nuncupatum, *Köfali rúta árva leány haja* / mauer-rauthe / Venus-haar / item ſteinrauthe.

Agrimonia, Eupatorium Græcorum, *Apró buitorján*, oder-meng / leberwurtz / bruch-wurtz.

Allium ſativum, *Foghagyma*, knoblauch. Al-

Digitized by Google

Allium ſylveſtre, *Hagymáncs*, wilder knoblauch.
Alnus, *Egörfa*, *harázifa*, erlenbaum.
Alſine, *Tikhúr*, hüner darm / hünerſalben.
Althæa, *Fejér malva*, *mazola*, ibiſch / eybiſch.
Amaracus, *vadmajoránna*, wilder meyran.
Amigdalus, *Mandolafa*, mandelbaum.
Anagallis, *Tiktará*, *tyúktará*, vogelkraut / gauchheil.
Anemone ſilveſtre, *Kököresén fejérviragú kikeletifű*, wilde anemonen röβlein.
Anethum, *Kapor*, till.
Anguria, Görögdinye, i. e. græcus melo, waſſer-melonen.
Aniſum, *Anis*, aniβ.
Anonis, *Iglicze*, heyhechel.
Aparine, *Ragadvány*, ab adhærendo ſic dicta, bettlerleiſe / kleb kraut.
Arbor Judæ, *Lencsefa*, Judasbaum.
Ariſtolochia clematitis, ſive longa vulgaris, *Farkaſalma*, lange holwurtz / oſtenlucey.
Armerius vulgaris, flore rubro, *Iſten nyila*, heyden-blümlein ſteinnagel / carthenſerblume.
Armeniaca, ſive præcocia mala, *Tengeribaraſzk*, apricoſen.
Armoracia, *Torma*, meer rettig / krän.
Artemiſia vulgaris, *Fekete üröm*, beyfuβ.
Artemiſia tenui folia, *Seprőfű*, weiſſer beyfuβ / Johannis-gürtel.
Arum, *Nadrágulya*, pfaffenbind / teutſcher imber / zehrwurtz / fieberwurtz.
Aſarum, *Kapotnak*, haſelwurtz.
Aſclepias, *Fecskefű*, ſchwantzwurtz.
Aſpargus, *Sparga*, ſpargel / aſparagen.
Atriplex, *Laboda*, melde.
Avena, *Zab*, haber.
Avena ſterilis, ægylops, *Héla*, tauber haber.
Bacheku, radix Indiæ, *Bagolygomba*, bachkres.
Berberis, *üröm borbolya*, *Faiſóska*, weinzäpfflein / weinnegelein.
Beta, *Zöldczékla*, mangolt.
Betonica, *Bacfű*, betonien / wilde ſalbey.
Betula, *Nyirfa*, bürcken.
Blattaria, *Penyizfű*, mottenkraut.
Borrago, *Dinye ſzagufű*, boragen / boretſch.

Digitized by Google

Braſſica, *Káphoſzta*, kappes-kraut / kohl.

Braſſica capitata, *Fejeskáphoſzta*, krauts-köpffe.

Brionia, *Földitök*, ſtickwurtz / teiffelkirſchen / ſcheiswurtz / zaunrüben / rosrüben / ſchmerwurtz.

Buphthalmum, ſive chryſanthemum, *ökörſzem*, Römiſche chamille / gold-blume.

Burſa paſtoris, *Páſztor erſzénye*, *táſkája*. hirten täſchlein.

Buxus, *Buzbam*, buchsbaum.

Calamintha, quam Mathiolus Clinopodium vocat, *Vadménta*, *Mezzëi ménta*, kalaminthen / katzenkraut.

Caltha, ſive Calendula, *Tüzvirág*, todterblume / ringelblume.

Campanula anguſti folia, flore ceruleo, ſive Mathioli phyteuma, *Harangfü*, *Kékvirág*. kleine blaue glockenblume.

Canabis, *Kender*. hanf.

Cardiaca, *Szivfü*. herzgeſpan.

Carduus benedictus, *Pápafüve*, cardobenedikten.

Carduus fullonum, Labrum Veneris, *Bogácsvakaró*, *Takácsvakaró*. weber diſtel / karten dieſtel / weber karten.

Carpinus, aliis Oſtrya, *Gyertyafa*. ſteinbuchen.

Carthamus, *Tótſáfrány*, wilder ſafran.

Caryophyllata, *Vadſzögfü*, benedictenwurtz.

Caryophyllus, flos, *Szögfü virága*. nelcken / negelein.

Caſtanea, *Géſztenye*. kaſtanien / keſten.

Cattaria, nepetæ genus, *Matskafü* kazenkraut.

Centaurium minus, *Kiscentaurea*, *Ezerjófü*, tauſent gülden kraut.

Cepa, *Hagyma*, zwibel.

Ceraſus dulci fructu, *Cſereſnyefa*. kirſchbaum.

Ceraſus nigro & acerbo fructu, quam Hungari latine vocant Meraſum, *Mégyfa*. weixelbaum.

Ceraſus avium, ſive racemoſa, *Zelniczefa*. elßenbaum.

Chamæ ceraſus, *Vadmegy*, wilder kirſchbaum.

Chelidonium majus, Cynadonia, *Fecskefü*. gros ſcheelkraut / ſchwalbenkraut.

Cherefolium vulgare, *Olaſzſaláta*. körbelkraut.

Cicer, *Bagolyborsó*, *Bagolcsaborsó*, ziſererbſen.

Cichorium ſilveſtre, hedipnois, *Cikoria*, wegwart.

Cicuta, *Bövrök*, wüterich / ſchirling.

Ci-

Cinamomum, *Fahej*, zimmet.

Clematis altera, per ſepes repens, *Fejérvenics*, Ungariſche waldreben / eingrim / heckengrim / baumwinde.

Colchicum, *Kökörcsén*, zeitloſen / herbſtblumen / nackichtehuren / hundshoden.

Colutea, *Varjúköröm*, ſennetbaum / Welſcher ſenetbaum.

Conſolida regalis, *Sarkasfü*, ritter-ſporn.

Convolvolus major, *Nagyob fulak*, ut clematis altera, groſſer windich.

Convolvolus minor, *Kiſebfulak*, *Zulak*, kleiner windich.

Cornus fœmina, *Györöfa*, hartriegel.

Corylus, nux avellana, ſive pontica, *Mogyorofa*, haſelſtaude.

Coryli iulus, ſive flos, *Mogyoró-barkócza*, haſelnus-blühe.

Cortula, *Ebkapor*, krotten dill / hunds-till.

Craſſula, *Sulyfü*, knaben-kraut / feiſte henne / wundkraut / bruchwurtz.

Crocus, *Sáfrány*, ſaffran.

Cucumis, *Ugorka*, gurcken / kimmerling.

Crucubita, *Tök*, kürbis.

Cupreſſus, *Ciprösfa*, cypreſſenbaum.

Cuſcuta vulgaris, *Görényfü*, filtzkraut / flachs-ſeide.

Cyanus, flos frumenti, *Kék virág*, blau-kornbluhme.

Cyclaminus, panis porcinus, *Diſznórépa*. erdäpfel / ſäubrod / erdſcheibe.

Cynogloſſum vulgare, *Atratzel*, *Eb-nyelve*, hundszunge.

Cytiſus, in genere *Zanoth*, welſcher klee / geisklee.

Digitalis, *Ujnifü*, *Gizöfü*, fingerhut / wald-glöcklein / ſpitzwund-kraut.

Ebulus, *Földibodza*, niederholder / attich.

Echium, *Köz ökör nyelv*, wilde ochſen-zunge.

Eleoſelinum, *Apiom*, waſſerpeterlein / eppichmarck.

Equiſetum, *Tálmosófü*, roßſchwantz / katzenwedel / tannenkraut.

Erica vulgaris, *Télizöld*. heydekraut.

Eryngium vulgare, *Iſten átkoſzta tövisk*, manstreu / brachendiſtel.

Eſula, *Ebtéje*, teuffels-milch / wolffsmilch.

Euonymus, *Kecske rágófa*, ſpinbaum / hunenhodlein.

Euphra-

Euphraſia, *Effraſia*, augen-troſt.
Faba, *Bab*, bohne.
Fagus, *Bükfa*, buche.
Ficus, *Fügefa*, feigenbaum.
Filix, *Papragy*, farrenkraut / wildfarren / hurenwurtz.
Flos tinctorius, alias geniſta tinctoria, *Feſtöfü*, *avagy virág*, ferber-blume / ferber pfrieme.
Fœniculum, *Kömény*, fenchel.
Fœnum græcum, *Fenögrék*, fönumgräk / bocksborn.
Fraga, *Eperj*. Erdbeer.
Frangula Mathioli, alnus nigra Dodonæi, *Büdösfa*. faulbaum / zapfholtz.
Fraxinella, dictamnus, *Szarvasfü*. weiſſer gemeiner diptam / äſchenwurtz.
Fraxinus, *Körösfa*. äſchbaum.
Frumentum, generaliter acceptum, *Gabonya*. getreide.
Frumentum turcicum, *Törökbúza*. Türkiſch korn. item welſch korn.
Fumus terræ, *Föld epéje*, tauben-körbel / erdrauch / wilde raute / taubenkropf.
Fungus, *Gomba*, ein ſchwam.
Fungus abietis ruber, inferne candicans, *Fenyöfa gombaja*, theilinge / graſſelinge.
Fungus argillaris inquinatus, *Sárga varganya*, wilde piltze.
Fungus aureus, quem Germani Käyſer-ſchwam vocant, auro colore inficiens, *Urgomba*, *Király gomba*.
Fungus barba caprina dictus, *Szárvas gomba*, ziegenbart.
Fungus boletus viridis noxius, *Varganya*, krätzpiltz.
Fungus bufonius, *Bagoly gomba*. krotten-ſchwam.
Fungus ceraſorum, *Cſereſnyefa gombája*.
Fungus dactylites, quem Germ. maurach vocant, *Szömörcsök*.
Fungus in fimo naſcens, *Kigyó-gomba*, miſt-ſchwam.
Fungus magnus flammeus fraxini bileaceus, *Vörös hereng*, rother kräncling.
Fungus nuncupatus Crepitus lupinus, *Pöfing*, puben- weiber-wolfs-fiſt / bofiſt.
Fungus orbicularis albicans piperatus, *Galambicza*, kläubling /
Fungus orbicularis betul. albus maculatus, *Nyirfa gombája*, birckenſchwam.
Fungus orbicularis ex atro rufeſcens noxius, *Boros gomba*. hohenſchwam.

Fun-

Fungus orbicularis ſcutatus tuberoſus, *Keſerögomba*, rothe pfifferling.
Fungus ramoſus caprinus, *Kecske gomba*, geisſchwam.
Fungus ruber rugatus, *vörös vargáncs*, rother frăncking.
Fungus ſylveſtris albus, caule cæruleo, *Fejér varganya*.
Fungus ſylv. angularis, auricula flammea Malchi, *Petritz* poſterniß.
Fungus ſylv. monſtroſus *Bokrosgomba*, ſcheberling.
Fungus ſterquilinius albus, *Ganeigomba*, weiſſer miſtſchwam.
Fungus ſuillus, *Diſznógomba*, ſäu pfifferling.
Fungus tuberoſus, *Csöpörke*, morchel / pfifferling.
Galla, *Buga*. galäpfel.
Gallium, *Tejſugoritófü*, *Szent-Ivány virága*, unſer frauen betſtroh / wald: oder weg: ſtroh.
Geniſta, *Föſtövirág*, pfrimen / geneſter.
Gentiana, *vulgò* Cruciata dicta, *Szent-Láſzlokirály füve*: h. e. S. Ladislai herba, à Ladislao, Hung. Rege, qui *Sancti* agnomen adeptus eſt, propter Tartarorum ex Hungaria expulſionem. Eum autem ferunt primùm tota Hungaria à Tartaris pulſum, in Daciam ſive Tranſylvaniam profugiſſe, in urbem Clandiopolim ſive *Coloſvár*, atque iſtic cum opulento & prædivite quodam lanione amicitiâ & familiaritate concontractâ, ejusdem recens natum filiolum ex S. baptiſmatis fonte ſuſcepiſſe. Illius ergo ſubſidio pecuniario adjutus Tartaros denuò aggreſſus, eis totam Hungariam rurſus eripuit. In hac Tartarorum fuga, nummos aureos ex præda collectos, cum Tartari in campo Aradienſi abjicerent, ut inſequentes Hungaros remorarentur, precibus à Deo contendit Rex, ut aurum in lapides converteret. Votum eventus ſeqvutus eſt. Inde nonnulli factum putant, quod *Aradienſis* ille campus planis adhuc hodie lapillis abundet, qui aliquando aurei numi fuerint. Præterea univerſam Hungariam hujus Regis tempore, peſte quoque graviſſima afflictam fuiſſe perhibent, eundemque precibus à Deo obtinuiſſe, ut quamcunque ſtirpem ſagittâ ab illo in altum emiſsâ decidendo feriret, utile ad hanc luem curandam

dam remedium eſſet, eâ igitur in cruciatam decidente, plantam hancce deinde ſubditos à peſtis contagio liberaſſe. Germanis nuncupatur enzian / creutz: oder bitter-wurtz.

Geraneum vulgare, *Varjúláb*, ſtorchenſchnabel.

Geraneum alterum, pes columbinus vulgò *dictus*, *Gólya köröm*, rabenfus/ſchartenkraut.

Gladiolus, Xiphion, *Mezeidardácska*, ſchwertel / blaue ſchwertel.

Glans, *Mak*, eichel.

Glycyrrhiza, *édesgyükér*, ſüßholz.

Glycyrrhiza ſilveſtris Geſneri, ſive Fœnum græcum ſilveſtre, *Drágapénz levelö édesfü.* wild ſüßholz mit rauhen köpflein.

Goſſipium, Xylon, Bombax, *Gyapot*, *Pamuk*, *Fái gyapju*, baumwolle.

Gramen vulgare, ſcil. *πόα*, herba, quâ pecudes veſcuntur, *Páſit*, *fü.* gras.

Gramen quo officinæ utuntur, *Pörje*.

Gramen cyperoides, *Sás*, ciper-gras.

Hedera, *Folyó boroſtyán*, quoniam videlicet ſerpit, epheu/äppich.

Hedera terreſtris vulgaris, *Földön folyó boroſtyán füve*, quaſi dixeris, in terra ſerpens hedera, gundelreben/gunderman erdepheu/donnerrebe.

Helenium, *örvény grökér*, *örvényfü*, alandwurzel.

Helleborine Mathioli, *Sárgakökörcsén*, frauen ſtul.

Helleborus albus, *Fejér hányor*, weiße nieswurz / wende-wurz.

Hordeum, *árpa.* gerſte.

Hyacinthus comoſus, ſive primus Mathioli, *Kigyó hagyma*, hyacinthen/ merzenblume.

Hyoſcyamus, *Belend*, bilſen vel ſchlafkraut/ ſaubone/ zigeternkraut.

Hypericum, *Csengövirág*, Johanneskraut.

Hyſopus vulgaris, *Izop.* iſopen.

Iberis, *Temondodfü*, wieſen kres.

Intybus ſilv. cæruleo flore, *Napranézü fü*, entivien.

Irio, Eryſimum vulgare, *Keſerüfü*, wegſenf / hederich.

Iris, *Kék liliom*, veilwurz / blaue lilgen.

Iris aquatica, pſeudoacorus, *Sárga liliom*, waſſerſchwefel / gelbſchwertel.

Juncus, *Szithó*, binze.

Juniperus, *Töviſkes fenyö*, *Apró fenyö*, wachholder ſtaude / krammetbaum. Lactu-

Lactuca capitata, *Fejes ſaláta*, lattich.
Lactuca criſpa, *Fodor ſaláta*, krauſer ſalat.
Lapathum, *Lorom*, wilder man-golt / ampferkraut / grind-wurz / lendenkraut / ſtief-wurz.
Lappa major perſonatia, *Szélyes-lapú*, groſſe klette.
Lappa minor, Xanthium, *Buitor-ján*, kleine klette.
Larix, *Vörösfenyö à kiből Therebintina léſzen*, lerchenbaum.
Lathyris, *Nagyob ebtej*, ſpring-kraut.
Lavendula major, *Spikanard*, ſpikanarde.
Lavendula minore ſpica, *Lavendula*, lavendel.
Lens paluſtris, *Béka lencse*, froſch-lauch / meer oder waſſer-linſen.
Levcoium luteum, *Sárga viola*, gelbe lilge.
Leviſticum vulgare, *Leviſztikon*, liebſtekel.
Liguſtrum, *Fagyalfa*, reinweide / hartrigel / rein oder mund-holz.
Liliaſphodelus, luteo flore, *Zöld-liliom*. gelbe lilie.
Lilium album, *Fejér liliom*, weiße lilien.
Lilium convallium, *Szent György-virága*, meyenblümlein.
Linum, *Len*, lein / flax.
Linaria, *Vadlen*, leinkraut / ſchleeskraut / wilder flax / hurenkraut.
Lupulus, *Komló*, hopfen.
Lychnis ſilv, *Vad ſzögfü*, *nyúlſzökfü*, nagelblume.
Malvavulgaris, *Közmalva*, gemeine pappel.
Malus, arbor poma ferens, *Almafa*, apfelbaum.
Malus armeniaca *Tengeribaraſzkfa*, aprikoſenbaum / morellenbaum.
Malus aurantia, *Narántsfa*, pomeranzenbaum.
Malus citri, *Czitronfa*, citronenbaum.
Malus cydonia, *Büzös almafa*, *büſalmáfa*, küttenbaum.
Malus perſica, *Baraſzkfa*, pfür-ſichbaum.
Malus punica, *Granát almafa*, granatápfelbaum.
Mandragora, *Nadrágulya*, al-raun.
Marubium album, *Fejérpözercze*. weißer andorn.
Marubium aquaticum, ſive ſideritis prima Mathioli, *Vizi pözercze*, waſſer andorn.
Matricaria, parthenium, alba

benedicta, *Any améhfü*, mutterkrant/mendkraut/metkrant/meter.

Melanthium, nigella, *Fekete kéményfü*. Römiſcher ſchwarzer koriander / ſchwarzer kimmel.

Melisſophyllum, citrago, meliſſa, *Mezgáncs*. binenkraut/herzkraut/ frauenkraut / pfaffenkraut / türkiſche meliſſe.

Melo, ſive melo pepo, *Dinye*, pfebe.

Melo pepo, duriore alba cute, *Bürhejü dinye*, quaſi coreaceus melo.

Melopepo dura & fuſca cute, *Cserhejü dinye*.

Melopepo, qui ſuprema parte velut coronâ inſignitus eſt, *érvári dinye*, h. e. caſtri Orienſis melo.

Melo pepo hybernus carne viridi albaque cute, *Czapa*.

Melopepo alius viridi carne, *Zöld Czapa*. Germani omnes has ſpecies unico ſolùm nomine inſigniunt, quod eſt pfebe/ melaunen/ pluzer.

Menthaſtrum, *Ló méntha*, h. e. equina mentha, quo nomine omne genus Menthaſtri vocatur, krauſemünze / wilde krausminze.

Mentha græca, vulgò coſtus hortenſis, *Bóldog Aſzſzony méntája*. frauenmünze / Marienmünze.

Meſpilus, *Naſzpulya*, *Miſzpulya*, meſpelbaum.

Milium, *Kölös*. Hirſch.

Millefolium, *Egérfark*. tauſentblat / ſchafgarben/garbenkraut.

Morus, *Szederyfa*, maulberbaum.

Muſcus, *Móh*. moß.

Napus, *Karó répa*, ſteck rube.

Narciſſus, *Narciſſus virága*, Joſephs-ſtab / narciſſe.

Nardus celtica, *Bécsifü*, celtiſcher nardus.

Naſturcium hybernum, *Szent Barbora füve*, winterkres / S. Barbarakraut.

Naſturcium, ſive Thlaſpi parvum, Iberidi ſimile, *Büdösfü*, kleiner brunkres.

Nux juglans, *Dio*, welſche nuß.

Nux myriſtica, ſive moſchata, *Szerecsén dio*, quo nomine etiam nux major Indica appellatur, muſcaten-nuß.

Nymphæa, *Vizitök*, ſeeblumen/ waſſerlilien.

Ocymum, *Boſólicom*. Baſilien/ grünkraut.

Ocymum cereale, *Heidina*, *Tatárka*, heyde.

Olea,

Olea, *Olaifa*, olivenbaum.
Onopordon, vide Acanthium, wegdieſte.
Opulus, quorundam Sambucus aquatica, *Oſtorményfa*, cujus fructus, *molnár cſereſnye*, h. e. molitorum ceraſa appellantur, ſchwelker/ ſchneeballen.
Origanum ſylveſtre, *Fekete gyopar*, wohlgemüth.
Orminum ſilv. vulgò gallitrichum & ſcarlea, *Szent-Jánosfüve*, ſcharlachkraut / wilde ſalben.
Ornithogallum luteum, *Tyúktará*, gelbe feld- oder acker-zwibel.
Orobanche, *Miſségyertya* i. e. miſſalis candela, ſonnenwurzel.
Oryza, *Riſzkáſa*, reis.
Oxalis, *Sóska*, acetoſa, ſauerampfer / ſauerſenf.
Oxiacantha, *Galaginyafü*, adlers-beerbaum.
Pœonia, *Baſiróſa*, gichtroſen/ königsblum/ Peonienroſe.
Palma, *Palmafa*, dattelbaum/ palmbaum.
Paſtinaca, ſive ſtaphilinos radice lutea, *Paſternak*, *merkacz*, *olaſzrépa*, paſterak, welſcher peterlein.
Pentaphillum vulgare *Köz-ötlevelöfü*, fünff finger kraut / fünff-blat.
Pentaphillum minus, *Kiſeb-ötlevelöfü*, fünff fingerkraut / des kleinern Geſchlechts.
Perſica malus, *Baráſzkfa*, pferſiſch baum.
Perſicaria, *Bolhafü*, *Keſerüfü*, flöhkraut / muckenkraut / waſſer-pfeffer.
Pervinca, clematis daphnoides, *Meténg*, ſingrün / immergrün.
Phaſeolus, *Törökborſó*, bone / faſohlein.
Picea, *Kereſztesfenyö*, h. e. cruciformis abies, vel cruciforme juniperi lignum, quoniam folia & ramos in crucis quodammodo formam diſpoſita habeat. *Fenjö* autem vocabulum, (quod propriè *Juniperum* ſignificat) adaptant Hungari omnibus fere arboribus perpetuâ fronde virentibus; quæ folia ſpinæ æmula habent, weiß fichtenbaum.
Piloſella major, *Egérfül*, mauß-öhrlein.
Piloſella minor albo flore, *Drágulob*, mauß öhrlein des kleinern geſchlechts/ von weiſſer blühe.
Piloſella minor purpureo flore, *holgy-*

holgymál, germ. piloſelle von purpur rother blühe.

Pimpinella germanica, Saxifraga *Chaba irje*, i. e. Chabæ emplaſtrum. Ferunt enim Chabam Regem Hung. Attilæ Regis Hung. filium, ex Honorii Cæſaris filia minorem, poſt Parentis mortem, de ſucceſſione in Regno cum fratribus Ellaco & Dincione contendentem, ab Oſtrogothis, Ardarico Gepidarum Regi junctis, prœlio commiſſo victis ac trucidatis, ſolum ex eodem Chabam, cum 15000. viris, iis quidem omnibus aliqua in corporis parte ſauciatis, incolumem evaſiſſe ac ſuperſtitem remanſiſſe, dicta autem illa herba vulneribus forte fortunâ impoſita, medelam allatam fuiſſe, indeque emplaſtrum Chabæ deinceps appellationem ſuam accepiſſe. Germ. ſteinbocks peterlein.

Pimpinella Italica, ſangviſorba, *Pimpinella*, bibernell / ſteinbocks peterlein / pimpinella.

Pinaſter, *Vadfenyö*, *Közfenyö*, fichten-haartz-baum.

Piſum, *Borsó*, Erbſe.

Plantago, *Utifü*, wegerich.

Plantago anguſti folia, lanceola, *Hoſzú útifü*, ſpitzig wegrich.

Plantago aquatica, *Vizíúti fü*, waſſer wegerich.

Polygonatum, *Salomon pöcsétye*, weißwurtz.

Poligonum, centinodia, *Porczogó páſit*, weggras / wegtritt / tanngras / blutkraut.

Polypodium, *Pagray*, quemadmodum filix, ſteinwurtz / engelſüß.

Populus alba, *Jegnyefa*, weiſſer papelbaum / ſarbachbaum.

Populus libyca, *Nyárfa*, eſpen.

Populus nigra, *Fekete jegnye*, *Kibül léſzen à populeum irje*, ſchwartz pappelbaum.

Porrum, *Párhagyma*, lauch / aſchlauch.

Potentilla Fuchſii, *Ludpáſit*, genſerich / ſilberkraut.

Primula veris, *Káſa virág*, *tavaſzi elsö virág*, ſchlüßelblume.

Prunella, *tüzfü*, prunellen / gottheil / S. Antoni kraut.

Prunus, *Szilvafa*, pflaumen-zwetſchen-baum.

Prunus ſylveſtris, *Kökényfa*, ſchlehen dorn.

Pſeudoapios Dodonæi, terræ glandes *földi mogyoró*.

Pſeu-

Digitized by Google

Pſeudodamaſonium, calceolus Mariæ, *Ezerjóſü* frauenſtul.
Pſeudomelanthium inter ſegetes naſcens, lichnidis ſylv. genus, *Könköly*, kornnegelein/korn-röſslein.
Pulegium, *Csombor*, *Köſzvény-méntha*, poley/ flöhkraut.
Pulmonaria, *Tüdü fü*, lungen-kraut.
Pulſatilla ſaturatior ſerotina, *Lé-any kökörcsény*, ſchlottenblume.
Pulſatilla dilutior præcociorque, *Ló kökörcsény*, ſchlottenblume/ kuchenſchälle.
Pyrus, *Körtvély fa*, birnbaum.
Quercus, Cerrus Plinii, *Csérfa*, eichbaum.
Quercus robur, *Kemény csérfa*, das aller härteſte eichen geſchlecht/ hageiche.
Ranunculus, *Békafü*, ſchmaltz-blume/ hanenfuß.
Raphanus, *Retek*, rettig/ Raphanus ruſticanus, ſeu Amoracia, *Torma*, meerrettig.
Rapa, *Répa*, rube/ ſcheibelrube.
Rapiſtrum, *Repcse*, rübſaame/ hederich/ triller.
Rapunculus, *Raponcz*, rapunzel.
Rhamus ſolutivus, *Ebtövisk*, wegdorn/ creutzbeer.
Ribes vulgaris, *Apró tengeri Szü-lö*, Johannis-beer/ Johannes-träublein.
Ricinus, *Sárfü*, wunderbaum.
Roſa, *Róſa*, eine roſe.
Roſa canina, *Ebcsipke*, wilde felt roſen/ hecken-heide roſen.
Roſmarinum, *Roſmarin*, roſ-marin.
Roſa pumila ſylv. magno rubro flore, *Parrágiroſa*, erdroſe/ heydroſe.
Rubus vulgaris, *Csipkefa*, brom-beer.
Rubus campeſtris, nigris & ſub cœruleis baccis, *Vad Szödör*, kratzbeer.
Ruta, *Rutha*, *Szögös rútha*, raute/ weinraute.
Salix amerina, Gallorum Oſier, *Köröſüz*, ſchafmulben/ kreſch lam.
Salix aquatica, Eleagnus Theoph. *Rekottyefa*, palmweide.
Salix vulgaris lutea, *Sárfüz*, gemeine gelbe weide.
Salix vulgaris rubra, *Közfüzfa*, rothe weide.
Salvia, *Sálya*, *bárány üröm*, ſalben.
Sambucus, *Bodzafa*, holder/ hollunder baum.
Sanicula vulgaris, *Szaniczor*, quo

quo nomine etiam donatur ſanicula fœmina Fuchſii, ſeu Elleborus niger Dioſc. Dodonei, ſanikel.

Saponaria, *Szapanozófü*, ſchlißelkraut/ ſeiffenkraut/ſpeichelwurtz.

Satureja vulgaris, *Borsfü*, ſaturey/ ſengerkraut.

Scabioſa major Mathioli, *Nagyob rihfü*, ſkabioſen/ Apoſtem/ grindkraut.

Scabioſa vulgaris, *Söprofü* germ. idem.

Scabioſa ſucciſa, morſus diaboli, *ördögharabtafü*, teufels abbis.

Scrofularia, *Török gyikfü*, *feketebodza*, feigwartzen kraut/ braunwurtz / ſauwurtz / knottenkraut.

Secale, *Ros*, *tavaſzi ros*, rocken.

Sedum majus vulgare, *Földbereſztöfü*, hauswurtz/ hauslach/ tonnerbart.

Sedum minus cauſticum *Sárga gyopar*, mauer pfeffer.

Selinum hortenſe *Peterſelyem*, peterſilien.

Senecio, *Aggófü*, *rontófü*, crätzwurtz / grindkraut.

Serpillum, *Kakukfü*, qwendel / hünerkohl / wilder poley.

Siliquum ſeu cerateum, *Szent-Janos Kényére*, St. Johannisbrot.

Sinapi, *muſtár*, ſenf.

Siſymbrium, *feketeméntha*, rothe bachmüntz / waſſermüntz.

Solanum hortenſe, *Szépſzölö*, nachtſchatten.

Solanum veſicarium, *Papmonya*, judenkirſche.

Sonchus aſper, *Kakics*, gänſediſtel.

Sonchus levis, *Piekék*, haſenkohl.

Sorbus legitima, *Berkinyefa*, ſperberbaum / ſpeierling / ſpührapfel.

Sorbus aucuparia, *Vörös berkinye*, groſſer meelbaum/ eibiſchbaum.

Sorbus torminalis, *Barkoczafa*, adlersbeer / adlers beerbaum.

Sorgi, melica, *Czirok*, ſorg ſamen / indianiſcher hirſch.

Sphondilium, *Medvetalp*, beerenklauen / beerenwurtz.

Staphylodendron, *Halyagfa*, wilde pimpernüſſe.

Syderitis heraclea, *Tiſztesfü*, glidkraut.

Symphitum majus, *Fekete nadály*, wallwurtz / ſchwartzwurtz / ſchmeerwurtz.

Tabacum, *Dohány*, tabacf.

Tamarix, *Tamariska*, tamo=riſchken.

Tanacetum, *Varadics*, weiſſer oder ſpitziger=rein harren/wurmkraut.

Tarco, Dragon. *Tarkony*, draben.

Taxus, *Tizafa*, taxbaum.

Terebinthus *Lezön*, terpentinbaum.

Tilia, *Hásfa*, lindenbaum.

Tormentilla, *Tormentilla*, tormentill/ heitzwurtz/ blatwurtz/ nabelkraut/ rote=ruhr=wurtz.

Tribulus vulgaris, *Szamár tövisk*, *vizidió*, ſtachelwurtz/ waſſernus.

Trichomanes, *Aranyas paprag*, widertod.

Trifolium vulgare, *Lóhére*, gemeine kle.

Trinitatis herba, jacea tricolor, *Szentháromſág ivolya*, *háromſág ſzényü viola*, ſtifmütterlein/ dreyfaltigkeits blume unnütze ſorge/ je länger/ je lieber.

Triticum, *Báza*, weitzen.

Truſſilago, *Földitök*, eodem videlicet nomine: quo Brionia, notata, nonnulli tamen *Lokö-röm* eandem etiam appellant. Hanc, ſi in vinetis naſcatur, vina ſuo odore inficere perhibent, huf lattich/ roßfuß.

Thypha paluſtris, *Gyékén*, ipſa ſcil. planta.

Typhæ paluſtris clava, *Baka* ſeu *haporja*, vocatur, narrenkappen/ narrenkolben=knoſpen/ katzenſchwantz/ waſſerkolben.

Verbaſcum, *ökörfark*, wollenkraut/ brunkraut/ himmelbraun/ fackelblume.

Verbaſcum nigrum, *Fekete ökörfark*, unholden/ königskertzen/ kertzenkraut.

Verbena, *Szaporófü*, eiſen kraut/ reichhart/ taubenkraut.

Viola vulgaris, ſeu martia, *Kék Ivolya*, *viola* blaue mertzenveilgen.

Virga aurea, *Mezzei aranyas veſzö*, heidniſch wundkraut.

Viſcum, *Faigyöngy*, miſpel/ vogellein/ affolter.

Vitia, *Letnok*, wicken.

Vitia ſilv. cujuscunque ſit generis communi nomine dicitur: *Varjú borſó*, allerley wicken.

Vitis vinifera, *Szöldtü*, *ſzölö veſzö*, weinſtock/ weinrebe.

Vitis ſilv. Math. amara dulcis vulgaris, *Erdeiſzölö*, *vadſzölö*, je länger/ je lieber/ hundskraut.

I Vitis

Vitis idæa quorundam, *Fekete-ſzölö*, heidelbeer / bickbeer.
Ulmus, *Szilfa*, ulmenbaum / rüſtbaum.
Urtica major vulgaris, *Csalán*, brenneſſel / groſſe Haus-brenneſſel.
Urtica minor ſive criſpa, *Árva csalán*, henderneſſel.
Urtica labeo, lamium, *Holt csalán*, todte neſſel.
Zea, ſpelta, *Tönköly*, ſpelz / dünckel / emmerkorn.

Beſodnerus Petrus, *Cibinio-Tranſylvanus*. Autorem hunc ſuum agnoſcit: Bibliotheca Theologica, h. e. *Index Bibliorum Præcipuorum, eorundemque Interpretum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, tam Veterum quam Recentium, in certas claſſes ita digeſtorum, ut primo intuitu apparere poſſit, qui in numero Rabbinorum, Patrum, Lutheranorum, Pontificiorum aut Zvinglio-Calvinianorum contineantur. Quem conſilio & ductu Reverendi, Excellentiſſ. & celeberrimi Theologi, Dn. D Chriſtophori Pelargi, Præceptoris ſui venerandi inprimis ex Bibliotheca ejus inſtructiſſima, in gratiam Miniſtrorum Eccleſiæ, concinnavit* Petrus Beſodnerus. Francofurti March. ſumtibus Joh. Thymii 1608. 4. & denuo 1610. 4. *M. Caleb. Trygophorus Prof. Log. Francofurti ad Viadr. in Præfat. ad Lectorem, dictæ illi Bibliotheca Theolog. præfixa, tale Elogium Beſodnero tribuit:* Vir inſigni virtute, eruditione, vitæ ac morum integritate conſpicuus, idemque in literis ſanctis & earum interpretationibus cum laude verſatus Dn. Petrus Beſodnerus.

Elogium.

Bethlen Franciſcus, *Tranſylvano-Hungarus*, Archi-Mareſchallus Principatûs Tranſylvaniæ. Epiſtola ejus ad Mart. Ruarum data in Bethlen, die 7. Aprilis A. 1649. inſerta reperitur ſecundæ Centuriæ Epiſtolarum M. Ruari, impreſſæ Amſterodami 1681. 8. *A Sandio in Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. 145. iſte Bethlen, tanquam Unitarius famoſiſſimus notatur.*

Bethlen

Digitized by Google

Bethlen Johannes, Comes Comitatûs Albenſis, Sedis Siculicalis *Udvarhely* Capitaneus ſupremus, ac Regiminis Tranſylvaniæ ſub auſpiciis *Michaelis Apafi I. Principis Tranſylv.* quondam Cancellarius. Vir megnæ prudentiæ, probatæ fidei, doctrinæ multijugæ. Poſteritati reliquit *Epitomen latine exaratam*, *Rerum in Tranſylvania ab A. 1629. ad annum uſque 1663 geſtarum* *Scriptum*. *Amſterodami 1664. 12.* quæ mox etiam in Germ. translata linguam operâ Joh. Tröſteri, prodiit Noribergæ 1666. in 12. titulo tali præfixo: Bedrengtes Dacia. Das iſt Siebenbürgiſche Geſchichte. &c.

Antiqua non minus atque inclyta eſt Bethlenorum in Tranſylvania proſapia, cujus brevem quidem, ſed fide dignam Genealogiam deſcripſit* Johannes Deika, Aulicus Illuſtriſſimi Principis Tranſylv. Gabrielis Bethlenii quondam Concionator doctiſſimus, *in Epiſtola Reſponſoria ad Davidem Pareum S. Theol. Doct. & Prof. Publ. Heidelbergam 1618. perſcripta, quæ hac verborum ſtructura impreſſa legitur p. 227. in Henrici Altingii Hiſtoria Eccleſ. Palatina ejusque Documentis, una cum Friderici Sylburgii Catalogo Codicum Græcorum MSS. olim in Bibliotheca Palatina, nunc Vaticana aſſervatorum, edita Francofurti A. 1700. 4.*

Salutem IN CHRISTO JESU cum proſperiori novi hujus anni curriculo animitùs precatur, ſuaque debitâ cum ſubmiſſione pollicetur officia.

Binas abs te, venerande D. Doctor Barée, accipio literas, ex quo tibi ne hilum quidem reſpondeo: idque factum non negligentiâ meâ, aut oblivione aliquâ, verùm partim variis occupationibus meis, partim expeditionibus belli, qui-

Digitized by Google

bus & me oportuit intereſſe, quibusve Patriæ fines Illuſtriſſimus Princeps tuetur: maximè verò fidelium tabellionum inopiâ. Ut ut ſit, obviis præſentem occaſionem amplector ulnis. Priores tuæ exhibitæ ſunt in caſtris Moldaviam proficiſcentibus ad campum Bartſa cladibus inſignibus celebrem poſitis, die 14. Auguſti, anni proximè elapſi: ex quibus ut venerandam veſtram pietatem gravi catarrho liberatam, & ordinariis ſuis ſanctis laboribus reſtitutam eſſe gratiſſimè intellexi: ita clariſſimum Dominum Coppenium, piæ memoriæ, tam præmaturâ & repentinâ morte, multorum diſcentium, præſertim Ungarorum detrimento ſublatum eſſe, lacrymantibus legi oculis. Utinam divina providentia non minus idoneum illi in profeſſione iſtâ ſubſtituerit παραςάτην! Literæ ad Illuſtriſſimum Principem, à Veneranda veſtra pietate miſſæ rectè etiam in iisdem caſtris ſunt exhibitæ, ſed ſine Commentariis, quos poſteà demùm Moldavia redux ſua Celſitudo rectè quoque accepit, jucundiſſimè legit, ac quantum per otium licuit, relegit, in ſuamque Bibliothecam, in ſempiternam veſtræ gratitudinis memoriam reponi juſſit. Cum iiſdem Sereniſſimi quoque Electoris veſtri literas debita cum obſervantia ſuſcepit ac legit mirâ alacritate. Quod verò ſuas Sereniſſimus Elector in diæta Heilbrunnenſi Principum Correſpondentium Ordinibus communicarit, Suæque Celſitudinis ſinceritatem ac pietatem erga Orthodoxam Chriſti fidem teſtatam apud præſentes fecerit, maximi beneficii loco ducit. Veſtram autem animi in Suam Celſitudinem propenſionem, quod dedicatione eruditiſſimi veſtri Commentarii Suam Celſitudinem cohoneſtare veſtra dilectio habet in votis, maximi facit, illudque, quo par eſt, amplectitur favore. Pergat igitur, cum bono Deo, & virtutes tanti Principis ad poſteritatem merito tranſmittendas indelebili charactere ab oblivione vindicet. De iis verò, quæ ad decus & commendationem ſuæ Celſitud. pertinent, de quibus ex me cum in prioribus, tum in poſterioribus ſuis, quas 21. Decembr. anni proximè elapſi, accepi literas, cupit edoceri, ſic habeat.

* Fami-

Digitized by Google

* Familia Suæ Celſit. ut eſt antiquiſſima, ita ſemper fuit illuſtriſſima ac florentiſſima. Longum eſſet, & fortè vobis tædioſum, ab ipſis familiæ hujus incunabilis omnia altè repetere, & integram pertexere genealogiam. Ad Atavos ac Proavos uſque duntaxat aſcendam.

Genealogia Proſapiæ Bethlenorum.

Gregorius Bethlen Matthia I. regnante Banus fuit Szözenienſis, & ejusdem comitatûs Comes. Quanta autem fuerit olim officii *Banatûs* dignitas & præeminentia, liquet ex eo, quod ſub Coronâ Ungaricâ ſex fuerunt primarii proceres, ſumma, poſt Regem, authoritate in regno pollentes: Palatinus nimirum, Vaivoda Tranſylvaniæ, Banus Nandor Albenſis, qui & primarius inter Banos, Banus Szözenienſis, qui & ſecundus, Banus Croatiæ, Banus Sclavoniæ. Ex horum igitur numero præfatus quoque *Bethlen*, & quidem non poſtremus. Eodem tempore, aut non multo poſt *Dominicus Bethlen* Vaivoda Tranſylvaniæ extitit, cujus Donationes & Miſſiles etiamnum in grammatophylácio ſeu Capitulo Albenſi extant & leguntur. Hujus Filius jugo matrimoniali copulavit ſibi Pauli Kiniſii ſtrenui Martis filii ſororem minorem natu, ex qua ſuſcepit filium *Gabrielem Bethlen*, avum paternum Illuſtriſſimi Principis noſtri, qui cum Ludovico II. in illo luctuoſiſſimo & nunquam ſatis deplorato conflictu, quem in campo Mohacs, citrà conſenſum Optimatum, infeliciter admodum adverſus Solymannum Turcicum Imperatorem, patriæ & gentis noſtræ primitivam peſtem, commiſit, interfuit, immo ſex millibus haſtatorum equitum præfuit. Tandem poſt ſua præclara facinora in aula Sereniſſimi Johannis I. præfectus, & ſupremus aulicæ militiæ Capitaneus eſt conſtitutus: Ubi in rebus anguſtis & afflictis quanta fidelitatis & magnanimitatis ediderit ſpecimina, adhuc in recenti hominum memoria eſt. Hic reliquit poſt ſe hæredem filium *Wolfgangum Bethlen*, nequaquam ab avita virtute degenerem, qui Gyulæ Ferdinando Regi fidelitatem ſuam conſecrans, Tribunus militaris Ordinis Equeſtris eſt deſignatus, laudabiliterque ſingularem ſuam fortitudinem ac ſummam in rebus bellicis dexteritatem, cum alias, tum maximè in ipſa arcis obſidione & expugnatione teſtatam reliquit, quippe qui à multitudine Turcica obſeſſus viriliter

ter pugnando ſeptendecim vulneribus ſaucius erupit & evaſit. Cujus rei fama ad Johannem II. perlata, in Tranſylvaniam accerſitum, magno ad extremum uſque vitæ ſuæ halitum habuit in pretio. Eo mortuo Stephanus Báthori, ſucceſſor Johannis, qui & Rex Poloniæ, haud minore illum amplexus eſt favore: eam ob cauſam in conflictu cum rebelli Caſparo Bekes commiſſo, Primipilum conſtituit, dum Regiam Dignitatem aſſumturus in Poloniam è Tranſylvania proficiſceretur: cumque paulò poſt Dantiſcum propter rebellionem obſideretur, ſumma cum laude aulicæ militiæ præfectura eſt functus. Nec eſt dubium, quin vivi adhuc teſtes in Polonia reperiantur, qui in expeditione Moſchovitica, ac contra rebelles ſingularem ejus virtutem ac præſtantiam videre potuerint. Unde à Stephano Rege arce boniſque præclariſſimis donatus, tam ab ipſo, quàm poſteris ejusdem in magno ſemper habitus eſt honore.

Reliquit hic poſt ſe liberos duos: GABRIELEM BETLEN, modernum Clementiſſimum noſtrum Principem; & STEPHANUM BETHLEN fratrem hujus minorem natu, nunc in Aula ſuæ Celſitud. pietatis vitæque innocentiæ exquiſitiſſimum exemplar, Aulicæ verò militiæ digniſſimum æquiſſimumque Capitaneum. Uterque adhuc puer, orbatus parente, venit ſub Tutoriam poteſtatem. Ubi autem Illuſtriſſimus Princeps adoleſcere cœpit, naturali quadam propenſione aulicis belliciſque rebus intentus, maturè aulam Sereniſſimi Principis *Sigismundi Báthorei* eſt ingreſſus, ac non multò poſt innumerum intimorum cubiculariorum eſt adſcitus. Eo jam tempore ferax ac crudeliſſimus Mars externis æquè atque inteſtinis motibus patriam hanc noſtram afflictiſſimam miſerrimè vexabat, unde vix ab ephebis ſua Celſitudo excedere potuit, cum belli fortunam alias ſupra vires & ætatem tentare coacta eſt, natura avitæ paternæque virtutis diligentiſſima æmulatrix. Interfuit expeditioni Tranſalpinenſi contra Baſſam Szinan: duplici item obſidioni arcis Tömöſvar. Cum *Stephanus Boçskai* piæ memoriæ, poſt obſidionem Varadienſem ad Rudolphum II. Romanorum Imperatorem à *Sigiſmundo* ſolenni legatione fuiſſet expeditus, ſua quoque Celſitudo eidem ab eodem fuit adjuncta, cum ut legationis fidelitatem obſervaret, tum

ut ex

ut ex majeſtate & ſplendore Cæſareæ aulæ ſumeret experientiæ ſuæ non contemnendum incrementum. Tandem ubi *Sigiſmundus*, neſcio quibus ductus rationibus, cùm Cæſare Romano paciſceretur de Regni ſui per Ducatum aliquem Imperialem permutatione, ortis de Regno Tranſylvaniæ ultrò citroque controverſiis ac contentionibus, quæ non niſi ferro dirimi & ſopiri potuerunt, omnibus ferè pugnis & conflictibus certè cruentiſſimis, interfuit, maſculeque nunc pro hac, nunc pro illa parte pro ut melior Patriæ ſtatus ſvadebat, dimicavit. Per multas clades cum *Georgius Basla*, ſubactâ Tranſylvania, immanem exerceret tyrannidem, patriæque noſtræ libertatem totis convellere viribus intenderet, & poſtmodum horrenda quoque inſtitueretur Religionis perſecutio, mox Stephanus Bocskai ſtrenuus religionis Orthodoxæ vindex exſurgit, cui ſua quoque Celſitudo prima quoque occaſione ſe adjunxit, patriæque libertatis aſſerendæ, ac perſecutores inſequendi egregiam navavit operam. Conſideratis Sereniſſima Bocskai fidelibus ſuis ſervitiis, ſex millibus Equitum Tranſalpinam pro ſuppetiis, ad inſtantiam *Simonis Vaivodæ*, miſſorum, Generalem præfecit. Qvid multis? ſemper et ubique, prout inter infinitos caſus ſors atque fortuna tulit, virtutis & magnanimitatis luculenta edidit ſpecimina. Juſta prælia, quibus interfuit, triginta quatuor numerare, nervorum inciſiones, oſſium fracturas, cicatrices hinc inde, quæ potiſſimùm à Turcis Tartariſque accepit, oſtendere poteſt. Ac multis ejuſmodi exantlatis laboribus gradum atque dignitatem avi Parentiſque, ut aulicæ militiæ Gabrielis Báthori Principis Capitaneus fieret, adæquavit. Sed ex æmulorum quorundam iniqua accuſatione, Principis in ſe commoti acerbitatem ſubolfaciens, coactus eſt inopinata admodum fuga vitæ ſuæ conſulere, in Imperiumque Turcicum (cum ob longinquitatem loci, ac Pontificiorum otium in Hungariam concedere tutum non eſſet) ſe conferre, ut ex proxima vicinitate commodiori occaſione & innocentiam ſuam apud Principem teſtatam facere, & excandeſcentiam ejus, ſi fortè eſſet complacabilis, lenire, aut legitimam de ſe, ſi Principi ita placeret, inquiſitionem impetrare poſſit. Verùmenimverò, cum iratus Princeps juſtis quoque rationibus nec eò adduci,

ut

ut cum Sua Celſitudine ſecundum juris proceſſum ageret, nec ullo modo ad miſericordiam flecti potuiſſet, aliam coactus fuit inire rationem recuperandi ſua, nullâ ſuâ culpâ confiſcata. Paulò ante idem Princeps, cùm alios plerosque ex regni ordinibus, tum maximè Saxones ac liberas eorum civitates, ademto ipſis & depopulato Cibinio, ſibi reddiderat infenſiſſimos: omnem occeperunt movère lapidem, ut illatas ſibi intolerabiles injurias quoquo modo ulciſcantur. Proinde apud Chriſtianos Principes æquè ac apud Turcarum Imperatorem maximis quibusque eum querelis & accuſationibus gravare & exoſum reddere non deſtituerunt, donec arma in illum undique concitarent, ut ſi armis Cæſareanis ad reſtituendum Cibinium, publicamque libertatem adigi non poſſet, armis tandem Turcarum cogeretur. Quorum auxilium cum multis donis ac ſollicitationibus in procinctu tenerent, publicæ horum quærelæ ac cauſæ, privata etiam ſuæ Celſitudinis injuria atque cauſa acceſſit. Turcis ergo jam contra Principem armatis ſeſe adjunxit, hoc potiſſimum propoſito, ut inter Principem & Turcas mediatorem ageret, negotiumque ſine cruore, patriæque periculo ita complanaret, ut & Princeps ſalvus in ſuo Principatu maneret, & Saxones exacerbati, aliquatenus mitigarentur, interim ſua quoque Celſitudo in priſtinum Principis rediret favorem, bonaque ſibi ademta recuperaret, ac patriæ reſtitueretur. Dum in hoc totis ſua Celſitudo incumbit viribus, Princeps non minùs elatum quam obſtinatum gerens pectus, nihilo ſe præbet mitiorem. Interim ſuæne cauſæ, an Procerum Regni fidelitati diffiſus, aut virium ſuarum imparitate territus, regno conceſſit, quod Regnicolæ pro occaſione ſuo Principatui renunciandi habuerunt, renunciaruntque ſolemni proteſtatione in frequenti conventu Claudiopoli, eò quod ſi non omnium, multorum certè (ut nunc quoque dicebam) animi actis ejus factisque incurabiliter erant offenſi. Novum ergo Principem eligendi eò major ipſis incubuit neceſſitas, quod caſtra Turcica & Tartarica Bathoreo adverſa proximè jam ad Tordam fuerunt poſita. Dum jam ſuffragia mittenda ſunt, Illuſtriſſimus Princeps, qui & ipſe ad conventum ex caſtris fuerat à Regnicolis accerſitus, in medio Procerum

aſſi-

Digitized by Google

aſſiſtens, magnâ cum obteſtatione, & longâ verborum ſerie monet quosvis præſentes; ne patriæ liberam electionem, per mille diſcrimina ad hoc uſque tempus inviolabiliter obſervatam & conſervatam hac vice prodant atque proſtituant: neque Seritmirum, neque Turcam Principatum obtinendi gratia veniſſe; nec ſe, conſcientia ſua teſte, illam unquam affectaſſe dignitatem, in hoc præſertim afflictiſſimo patriæ nutantis ſtatu, nec Turcam ullo modo offendi, quisquis tandem eligatur, modò ſit æquitatis ac pacis ſtudioſus: ſe verò lubentiſſimè Dominum ſuum agniturum, modò bona ſua à Bathorio nullo ſuo merito confiſcata ſibi reſtituantur. Turcam verò è veſtigio Regno egreſſurum. His auditis, Proceres, invocato nomine DEI, ſuffragia ſua mittunt liberrimè: diriguntur autem fato quodam & divina diſpoſitione ad Suam Celſitudinem. Proinde uno ore, & more antiquo Proceres, ſtatuum ordinumque Regni liberrimis ſuffragiis electum Principem Tranſylvaniæ proclamant ac pronunciant, & ſic in ſummam privatorum quorundam invidiam & æmulationem ad Principatus dignitatem eſt evectus. Non igitur ab Ottomannico Imperio habuit ſuum Principatum, ſed ab ipſo Regno liberam habente electionem. Quod verò pacem cum Turcis colimus id nobis magna & inevitabilis impoſuit neceſſitas, tunc primum cum Ludovicus II. ad Mohács in conflictu cum Solymanno una cum Proceribus occidit, Johannesque Zapolya, tum Vaivoda Tranſylvaniæ, more Majorum in campo Peſtiano, ex conſenſu partis potioris, in Regiam evectus dignitatem, & coronatus, à Cæſare Ferdinando, ex inſtigatione factioſorum quorundam Procerum transfugarum, bello funeſtiſſimo petitus & afflictus, Turcarum auxilium implorare extrema adactus eſt neceſſitate, quo in ipſo bellorum ardore vitâ functo, Filius & Succeſſores in hoc, quod nunc nos manet jugum, miſſi ſunt. Tentavit quidem aliquoties gens noſtra, præſertim Tranſylvania, jugum illud collo ſuo excutere, confiſa Chriſtiano orbi, maximè verò Romano Imperio; ſed quam infeliciter, magno cum gemitu hodie, quoque ſentimus. A Romano Imperatore longè abſumus, ſumus vero in faucibus leonum, facilè nos leones comminuunt & dilaniant, dum Sacrat. Sua Cæſ. Maj. conſultum nobis vellet. Si Regna, Regiones, Reges, Prin-

cipes longiſſimè à Turcis diſſiti, magnâ etiam ſumma pacem ſibi à Turca redimunt, quid mirum ſi nos multorum annorum bellis attriti & penitus infirmati idem facere cogamur? Eo tamen non ſumus Turcæ, quos in momento perditos & è medio ſublatos cuperemus, quicquid de nobis homines comminiſcantur. Illuſtriſſimum noſtrum Principem, pia & æquiſſima regnandi ratio certe luculenter teſtatur verè Chriſtianum eſſe. Bonus & Chriſtianus Princeps in duobus potiſſimum debet eſſe maximè occupatus: In promotione nimirum gloriæ Dei & augmentandis Reipubl. commodis paceque ac tranquillitate conſervanda. Sua verò Celſitudo quamprimûm Principatus habenas ſibi moderandas accepit, Gloriæ Dei, quam Adverſarii horrendum in modum proculcarant, peſtilentiſſimisque ſuis erroribus obtexerant, ivit conſultum, non promovendo duntaxat bonæ expectationis juvenes in Academias Germanicas, verùm etiam doctiſſimos quosque viros ex Ungaria conquirendo. Quem pium zelum in vindicanda Dei gloria ad hoc uſque tempus à Sua Celſitudine absque ulla diminutione conſervatum & obſervatum eſſe, vel ex eo liquet, quod continuos in veſtra Academia habet alumnos magnis ſumtibus promotos. In audiendis ſacris concionibus, ſive ſit in itinere, ſive in expeditione bellica, ſive curis maximis diſtentus, ſive domi in quiete & otio, ita eſt diligentiſſima, ut nihil hac in parte in Sua Celſitudine deſiderari animadverterim. Fundatiſſima quoque eſt in Religione Orthodoxa, adeo, ut expeditè quibusvis adverſariis, quos non paucos etiam ex Conſiliariis, ex inſtituto Regni, penes ſe habet, de quovis fidei articulo reſpondere poſſit. Et compertum jam habeo, nihil ſuaviùs, nihil gratiùs Suæ Celſitudini eſſe, quam ſi quis doctiſſimè de rebus Theologicis, ſive ad menſam, ſive alio quovis tempore diſſerat. Nuper cum ex antiquata & laudata Eccleſiæ Tranſylvanicæ conſuetudine, Provincialem proximo oppido vulgo Enyed vocato, celebraremus Synodum, in qua de doctrina fidei, nominatim verò de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, mutuò nos, præſertim verò fratres in Eccleſias emittendos examinaremus; noſtrum hoc inſtitutum ubi Suæ Celſitudini innotuit, domi ſuæ ſe continere non potuit, mox ex inſperato, nobis non cogitantibus, in Synodum

nodum advolavit, illuſtrique ſua præſentia integris diebus diſputationem noſtram, vehementis frigoris aſperitatem contemnendo, ornavit, arrectisque auſcultavit auribus. Taceo hîc in templis collapſis inſtaurandis, in ſcholis erigendis, ſalariis miniſtrorum augendis, quàm ſit impigra. Maxima ſua beneficia & præclara de Eccleſia merita nunquam certè hæc noſtra ætas ſatis decantare poteſt.

Nihilo eſt in Reipublicæ quoque commodis provehendis remiſſior. Initio Principatus ſui, quàm confuſa, miſerabilis & afflictiſſima conditio Tranſylvaniæ fuerit, nemo non novit. Internis ſimul ac externis motibus adeò flagrabat, ut furorem fervoremque tot gentium, ferro, igni, rapinis omnia vaſtantium, multi inextingvibilem arbitrarentur. Sed ea omnia labore, induſtriâ, quantâ fieri potuit, indefeſſâ non ſolùm mitigavit, verùm ſua quemque in loca diſcedere coëgit. Mox ferocientes & multum tumultuantes ſubditorum animos à ſe invicem non ſecus, ac ſi naufragium fuiſſent paſſi, disjectos & alienatos, multa lenitate, ſapientia, & prudentia ſacroſanctæ unioni, juſtitiæ ac ſcriptarum legum diſciplinæ jugoque ſalutaris obedientiæ ſubegit: Invidos & tantæ ſortis æmulos, aut rebellionem, cui tot continuis tempeſtatibus quaſi aſſvefacti fuerant, meditantes, ſancta quadam diſſimulatione (quæ ſola & perpetua eſt beati regiminis ſalus) ad meliorem mentem revocavit: obtrectatores ſuos partim patientiâ & ſilentio, partim clementia convicit; atque ſic Regnum turbulentiſſimo ſtatu ad ſe devolutum multorum cum admiratione citiſſime ſedavit, diuque deſideratæ paci reſtituit. Apud exteros quoque cum paribus paritatem, & officioſam vicinitatem coluit. Eorum verò, quos Deus in excelſiores dignitatum gradus evexit, animi qua par eſt, ſubmiſſione & humilitate, favorem, benevolentiam & amicitiam ſibi conciliare intentiſſimè ſtuduit, & etiamnum ſtudet. Præſertim verò in demerenda Sacra Cæſareâ Regiâque Majeſtate quantum laborarit ac ſudarit, atque etiamnum deſudet, nullis parcendo ſumtibus, teſtes eſſe ipſi Cæſariani poſſunt, quippe cum qua non tantùm (ut manibus tenemus) plenam confœderationem, ſed ut in dies ſperamus, melioris ſpei & expectationis intelligentiam Sua Celſitudo fideliter & ſingulari dexteritate colere

K 2 cœpit:

cœpit : cùm interea temporis nihil Pontificius furor quieverit, nunc hinc, nunc inde, occultis ſimul & manifeſtis machinationibus Suam Celſitudinem pacemque Regni, tanto labore & induſtria acquiſitam, turbare & intervertere annitendo : hactenus tamen, Deo propitio, nihil profecit. Singulare eſt, quod in gratiam Regis Poloniæ cum maximo capitis ſui ſuorumque diſcrimine tentavit. Turca maxima vi Poloniam ferro ignique vaſtandam profecturus, caſtra ſua metatus eſt ad ripam fluvii Neſſer, ſubindeque fluvium tranando irruptiones in Podoliam faciebat. Ex adverſo ultra fluvium Poloni quoque ferro Turcæ reſiſtendum machinabantur, ſed viribus fortè impares pacem potiùs petere, quàm fortunam experiri erant paratiores. Conſilia de hoc agitabant, quomodo negotium felicius promoveant, verebantur enim ne metus & terroris ſuſpicione, ſi fiat mentio pacis, hoſti animum dent. At Sua Celſ. collectis undique ſuis viribus Moldaviam citiſſimè proficiſcitur, & antequam ferro fortunam experiatur, ſe ſe maximis athletis interpoſuit & utrâque parte æquis ac juſtis rationibus conditionibusque reconciliata, pacem utrinque conſtituit, & ſic pacificè caſtra utrinque ſunt ſoluta. Quantum fuit periculum in terra exotica, tam potentiſſimis Turcarum Tartarorumque caſtris obviam fieri! Ita eſt ſtudioſiſſima diligentiſſimaque ſua Celſ. in demerendis Chriſtianis Regibus.

Abrumpo ſermonum meorum fila, citius enim tædium vobis mea prolixitas pareret, quam ut dignè Suæ Celſ. virtutes & res præclarè geſtas enarrare poſſim. Ego ea, quorum fui conſcius, conſignavi, & fortè prolixius, quàm cupiebas. Tuum tamen eſt maturum adhibere judicium, quo polles nimium, & diligentiſſimè diſquirere ac diſcernere, quænam ex his ſint in Suæ Celſ. laudem ſervitura : quæ item minus, quæ divulganda, quæve ſubticenda. Communicavi quoque negotium cum quibusdam Dominis Conſiliariis, eruditione & judicio præ cæteris pollentibus, quæ etiam omnia approbarunt & ſuo reliquerunt loco. Unum eſt, quod Colophonis loco additum volo: Quidam ſtudioſi Tranſylvano-Saxones &c.-- Æternus Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti vitam Venerandæ veſtræ Paternitatis diutius ad Eccleſiæ ſuæ, diſcentiumque emolumentum

cle-

clementer prorogare, ſanctisque laboribus benedicere dignetur. Nos quod noſtrum eſt pro vobis quotidianas apud Deum preces fundere non intermittimus. Saluto officioſe clariſſimæ Academiæ veſtræ lumina, præſertim Dominos Doctores Theologiæ & Paſtores Eccleſiæ Symmiſtas in Chriſto honorandos. Dabam Albâ Tranſylvaniæ 28. Januarii Anni jam currentis. 1618. Poſt Scripta.

Si ad Maternam proſapiam tempus me excurrere ſineret, luculenter demonſtrare poſſem, Suam Celſ. eatenus quoque ex Illuſtri oriundam eſſe familia. Nam Korniſiorum familia, ex qua Avia Suæ Celſ. originem duxit, antiquiſſima omnium & præclariſſima eſt, utpote quæ ad Tivatalum inſuper aſcendit, qui Tivatalus (Scyticum adhuc eſt nomen) Scudorum, ſeu Scytarum in prima ex Pannonia emigratione in Tranſylvanicis Alpibus remanſorum (quos nunc vulgo Szekelios ſeu Siculos vocamus) Anteceſſor & ſupremus Capitaneus fuit, qui contra quosvis hoſtes gentis ſuæ reliquias potenter defendit, & per Alpium anfractus ac receſſus conſervavit, quæ loca ad hoc uſque tempus obtinent ac inhabitant, eandem dignitatis ac præeminentiæ gradum poſteri quoque ejus, Korniſii nempe, conſecuti ſunt; nam per ſucceſſionem ſemper generalem Capitaneatum inter Siculos obtinuerunt; ſed hoc ipſo ſermonem meum concludo, Prælustrem eum eſſe magis quàm ullum unquam, meritoque dignis extolli laudibus, quem & generis nobilitas, & inſignium virtutum decus ſimul ad Principatus dignitatem evehit.

Hæc mihi, venerande Domine Parée, exciderunt, quæ poſt ſcripta notare placuit, ne penitus de materna familia Reverenda veſtra Paternitas ſit ignara.

Iterum valeat diutiſſimè.

Reverendam veſtram Paternitatem
obſervanter colens

Johannes Daika Keſervinus:
Aulicus Illuſtriſſimi Principis
Tranſylvaniæ Concionator.

† †

Gabriel Bethlen optimâ indole, memoria admirabili, judicioque accuratiſſimo præditus, facundiâ etiam cum gravitate temperata tanta polluit, ut plerorumque ipſum audientium favorem ac reverentiam ſibi conciliaverit, præcipuè autem Eruditos maxima habuit in æſtimatione, atque Calvinianorum dogmatibus ſtrictius addictus, ſtrenuè eadem quosvis contra oppugnantes defendere laboravit. In juventute ſua maximâ rerum penuriâ presſus cum pauperie quaſi eſt conflictatus, quod ſi non aliunde, ſaltem ex eo collectu eſt facillimum, quod à Mercatore aliquando centum thalerorum ſummam ſibi mutuo dari petens, repulſam tulerit, quapropter optimum fortunæ ſuæ promovendæ remedium amplexurus militiam ſectari ſtatuit, cui etiam decimo ſeptimo ætatis ſuæ anno adſcriptus, præliis 24. quam acerrimè præliatis ſummâ cum fortitudinis laude interfuit: Neque tamen in aulicæ quoque vitæ muniis obeundis ſe deſidem exhibuit, ſiquidem tùm in *Gabrielis Báthorei*, tùm *Imperatoris Turcici* aulis iisdem egregiè perfunctus eſt. Cum autem A. C. 1613. dictus Báthori trucidatus eſſet, à Sender-Baſſa, Commiſſario Turcico, poſt triduum elapſum, Principatui Tranſylvaniæ regendo denominatus eſt, qua ipsâ deinceps electione à Turcarum Imperatore pariter comprobata & confirmata, Báthoreus Palatinum Hungariæ de Principatu Tranſylvaniæ, ſibi à Turcis collato certiorem faciens, confinia Hungariæ hautquaquam ſe turbaturum, aut ullo modo infeſtaturum, ſancte promiſit, dummodo Tranſylvania etiam pace ac quiete frui permitteretur, nec ab incurſionibus hoſtilibus Hungarorum belli gerendi occaſio præberetur. Poſtquam autem Bethlenſus, ob hanc à Turca ſibi collatam dignitatem, in odium Ferdinandi II. Rom. Imp. & Regis Hung. incidiſſet, bellum inter eos exortum eſt graviſſimum, cui fortiter ſuſtinendo, fœdus cum Belgis iniit, atque A. 1618. Bohemis Ferdinandeum detrectantibus imperium, ſe ſacramento adſtringens, Hungariam cum exercitu 18000. militum ingreſſus, Caſſoviam, Poſonium, aliaque Hungariæ loca occupavit, Regisque Hungariæ titulo propria auctoritate aſ-

ſum-

ſumto, Auſtriam hoſtiliter invaſit, cæſis eâ expeditione *Tampirio & Buqvojo*, Cæſareæ militiæ Ducibus. Tandem verò Oppoliæ & Ratiboriæ Ducatibus in Sileſia à Cæſare ipſi oblatis, placatus, diademate Hungarico A. 1622. Regi Ferdinando reddito, à Regis Hungariæ nomine impoſterum utendo prorſus abſtinuit. Haudquaquam tamen pacem conſtanter coluit, quin potius vel denuo irritatus, vel aliunde inſtigatus, armis reſumtis, Turcarum præcipue ope ſubnixus, Moraviam vaſtavit, exercitumque Cæſaris ad *Hodoninum* copiis ſuis circumſidens, Vallenſteinium ſummum Cæſarei exercitus Imperatorem, continuis inſultibus & impeditionibus fatigavit, tandem verò ab auxiliaribus militibus deſertus, denuo A. 1624. cum Cæſare pacem iniit, atque vix quinquennio elapſo, nempe A. 1629. hydrope contractâ ex hac vita emigravit.

NB. Cum autem apud quamplurimos Hiſtoricos, Hungarici idiomatis ignaros, Bethlenii hujus mentione injectâ, viderim hactenus eum nominibus hiſce eſſe expreſſum: *Gabriel Bethlen Gábor*, quaſi nempe Gábor familiæ Bethlenianæ nomen eſſet; monendus heic loci fuerit B. Lector, vocem *Gábor* idem eſſe ac *Gabriel*, hincque vitioſè Gabrielis, utpote prænominis, vocem poſtpoſitam, quæ præponi debuiſſet, neque in fine etiam, niſi priore *Gabrielis* nomine miſſo, adjicienda fuiſſet: Hungaris namque familiare eſt, Prænomina perſonarum, tam in ſcriptione, quam in locutione, aliàs apud alias gentes & nationes, præfigi ſolitas, propriis familiæ nominibus ſuffigere, veluti, ſi vulgato Prænomina & Cognomina collocandi more attento, ſcribendum foret Andreas Báthori, hungaricè ſcribitur *Báthori András*, prænomine ſcilicet in finem rejecto, ſic pariter *Báthori Gábor*, pro Gabriel Báthori, *Apaſi Mihály*, pro Michael Apaſi, *Rákóczi Ferencz*, pro Franciſcus Rákóczi, hungarico modo ſcripta nomina, ut alia jam taceam, licet invenire.

* Stephanus Bethlen *poſt fratris ſui hactenus commemorati obitum, Claudiopoli in Comitiis à Statibus & Ordinibus Tran-*

Digitized by Google

Tranſylvaniæ ad Principatum evectus eſt , *& quidem præter omnem ſuam opinionem* , *quippe qui animo ſuo Rákóczium huic dignitati admovendum deſtinaverat* , *eaque de cauſa filium pariter ſuum ac generum ad eundem illum ablegavit* , *de copiis auxiliaribus ad obtinendum ſuum ſcopum certiorem reddituros. Nulla igitur mora hiſce oblatis ſubſidiis auditis* , *interpoſitâ* , *res eo deduxit* , *ut Segeſvarini (*germ. Schesburg*) nova Diæta celebrata*, Stephano Bethlenio *recens collata Principatûs Tranſylvaniæ dignitas adimeretur* , *atque eâ ipſâ dictus ille* Georgius Rákóczi, *nominis hujus Primus*, *condecoraretur. Interea Bethlenius à Rákóczio pluribus perſecutionibus & bellicis inſultibus acriter exagitatus* , *ad tantas redactus eſt anguſtias* , *ut Budæ apud Turcicum Gubernatorem* , *opem petere atque ſaluti ſuæ conſulere coactus fuerit. Licet autem Bethlenius aliquot millia auxiliarium copiarum à Turca impetraverit*, *præliis tamen cum Rákóczii exercitu non adeo quidem numeroſo aliquoties commiſſis*, *ſemper inferior diſcedens*, *Rákóczio occaſionem ſubminiſtravit*, *in Principatu Tranſylvaniæ ſe firmiter collocandi*, *quem etiam ad annum usque Chriſti 1643. bona cum quiete & optata tranquillitate adminiſtravit.* Ceterum quod ad res geſtas haſce , aliasque Bethlenorum attinet , eas ſciendi cupido ſuggerent , præter plerosque rerum Tranſylvanicarum Scriptores , etiam *Nadányi in Floro Hung.* per totum Lib. IV. & ſupra laudatus Joh. Bethlen in Epitom. Rer. Tranſylvan. *Conf. p. 21. lin. 25.*

Bodoki Stephanus , *Tranſylvano-Siculus* , Franekeræ operas ſtudiorum gnaviter urgens anno hujus ſeculi 7. laudabili induſtriâ & elegantiâ elaboratam Diſp. Phyſicam , *de Exiſtentia Rerum Materialium* , Præſide Excell. Dn. *Ruardo Andala* , Philoſ. Natur. Prof. Publ. ventilavit.

Bonfinius Antonius , Hiſtoricus Latinus , Scriptorque Rerum Hungaricarum non minus graviſſimus ac nitidiſſimus : quem vel ea de cauſa huic opellæ meæ inferendum eſſe cenſui, non

non quod Hungariæ ſobolem Eum fuiſſe autumem, ſed potius ut illorum opinio, qui ob Hiſtoriam de rebus Hungaricis adeò fideliter & nervosè traditam, pro Hungaro nato eum venditarunt, refellatur, partim ut ipſis Hungaris de Hiſtorici hujus excellentiſſimi patria, vitâ actâ & opere Rerum Hungaricarum nitidiſſimo exactius conſtaret. Editus autem eſt in hanc lucem Bonfinius *Aſculi* vulgò *Aſcoli*, ſeculo P. C. N. quinto decimo, quem nativitatis locum conſtat urbem eſſe Italiæ in agro Piceno, hodie *Marchia Anconitana* Pontif. ditionis, colli impoſitam, atque nomine *Aſculi Piceni*, ad differentiam Aſculi Apuliæ, inſignitam. Qui qualesque Parentes ejus fuerint, neſcio an memoriæ alicubi proditum liceat reperire, honeſtiori tamen vitæ generi eos adſcribentem vix credo anſam cuipiam præbiturum contradicendi. Equidem in *literarum ſtudiis*, quos qualesque, quibus in locis, quorumque cura, impenſis, & inſtitutione *Bonfinius* fecerit progreſſus, expreſſum non eſſe animadverto, negari tamen nequit, eum præter lingvarum *Latinæ*, *Græcæ*, *Italicæque* exactam notitiam, humaniorum quoque, ceu communiter vocari ſolent, Artium, *Philoſophiæ* pariter ac *Philologiæ* apprimè fuiſſe gnarum. Ut enim taceam ſoluto non minus ac ligato dicendi genere eum pluribus ætatis ſuæ viris eruditis antecelluiſſe, profectò ſtudiis etiam *Hiſtoricis* æque ac *Politicis* tantùm ſibi nominis decus comparavit, ut ſimul favorem illuſtrium virorum, ſimulque applauſum Reipubl. meruerit Literariæ. In *Græca* ſpeciatim lingva ſi Bonfinium ſupra vulgus ſapuiſſe dixero, in veritatem haut quaquam injurius fuerim. Quemadmodum enim præclarum juxta *R. Juda*, *filii Salomonis*, qui vulgo *Charizi* audit, effatum: *in hoc omnium gentium Sapientes conſpirarùnt, non eſſe idoneum libro alicui transferendo, qui non tria hæc calluerit; Linguæ è qua vertit, Linguæ in qvam vertit, & ſcientiæ cujus notiones explicat, myſteria*, ita trigam hanc myſteriorum in Bonfinio concurriſſe, editiones librorum è græca in latinam lingvam ab eo converſorum, ſatis ſuperque comprobarint. Poſt lingvarum & politioris Literaturæ culturam ſeveriſſimo inſimul *Legum & Juris ſtudio* animum dedit Bonfinius,

L quod

quod ut in ſocietate civili uſum habere egregium haud ignorabat, ita variorum opinionum nebulis hinc inde obfuſcatum mitiore Muſarum favonio identidem temperavit. Num autem ad *Hungaricam* quoque *Jurisprudentiam* mentem ſuam adjunxerit, dictu eſſe video difficilius. Præter peregrinationes, quarum ſtudio incitatus, *Italiam*, *Germaniam*, *Hungariam*, *Bohemiam*, *Moraviam*, aliasque Regiones perluſtravit, caſtrorum quoque ſectator fuit, non tam ſua quidem, quam aliena voluntate. Sanè is ipſe fama de ſingulari *Matthiæ Corvini* Hungariæ Regis favore in Literas atque Literatos paſſim invaleſcente, Italia protenus relicta, cupiditate tamen videndi Regem flagravit: quapropter iter ingreſſus, tandem *Rhetiam* vulgo *Reez* Moraviæ urbem delatus, varia librorum, quæ paulò ante ediderat, volumina, ſecum allata, tum Regi tum Reginæ, tum Regio filio obtulit, quorum lectione uti Rex valde capiebatur, ita Autoris ingenium admiratus, ab aula ſua, recedere licet volentem, dimittere noluit ſed ſequi caſtra juſſum, inſigni ſalario conduxit. Ceterum juvat ea, quæ hac de re in *Bonfinii Decade IV. lib. 7. fol. 463.* tradita ſunt, heic annectere: *Paucis nempe ante diebus* Anton. Bonfinius *civis Aſculanus è Picentino agro, Corvini Regis nomine ſuccenſus, Rhetiam venit, ubi cum Regem & Beatricem adiviſſet, varia librorum, quæ nuper ediderat, volumina detulit. Tria Regi dicaverat, Regina duo, unum Johanni Corvino inſcripſerat. Cum autem in caſtris iſta volumina Rex avidè lectitaſſet, Scriptoris admiratus ingenium, quia nondum hominem noverat, Calend. Januar. accitis omnibus Aulicorum Ordinibus & Legatis, Viennæ orantem Antonium intentius auſcultavit; adductosque in medium libros omnes, cunctis Proceribus & Pontificibus lectitandos dedit: poſtulanti miſſionem abnegavit, nec parvo quidem Picentem Rhetorem ſalario conduxit, fauſtaque* Beatrici *legere, pro arbitratu ſuo ſcribere multa juſſit, nec non caſtra ſequi præceperat, Scriptoribus & Philoſophantibus inimica: quod cum ille invitus facere cogeretur, ne ingrato in caſtrenſi tumultu, moleſtoque otio uteretur, oblatum ſibi* Philoſtratum tribus menſibus in latinum

tran-

Digitized by Google

tranſtulit. Præterea an thori etiam aliquam habuerit Bonfinius ſociam, non memini, vel audiendo vel legendo me unquam percepiſſe: nec quo ſeculi, vel ætatis anno, quove morbi genere & quo loco ex hac vita emigrarit, ubi itidem & quomodo ſepultus fuerit, compertum habeo: Seculo tamen, quinis XV. quo natus eſt, diem etiam ſuum obierit, hiſtoria ejus ad A. C. 1495. perducta conjecturæ locum aperire, haud dubium videtur.

Scripta quæ Bonfinianæ induſtriæ debentur, ſunt ſequentia: *Scripta.*
1. *Hermogenis Rhetorica cum Aphtonii Progymnaſmatibus latinitate à Bonfinio donatis ad Matthiam, Regem Hung. excudit Gryphius Lugduni 1538.* 2. *Sympoſion Trimeron de Virginitate & Pudicitia Conjugali ad Beatricem, Hung. Reginam; ex Bibliotheca Sambuci demum 1572. productum, excudit Baſileæ Joh. Oporinus in 8.* * *Opuſculum iſtud* Robert. Bellarminus *de Script. Eccleſ. p. m. 246. in Indice librorum Expurgatorio interdictum eſſe, nullâ verò interdicti hujus cauſa adductâ, tradidit: Antonius inquiendo Bonfinius vivebat A. 1590. ſcripſit Hiſtoriam Hungaricam & Commentarium de Pudicitia, ſed hoc in indice Romano prohibitum eſt. De quo tamen libro aliàs ipſe Bonfinius Rer. Hung. Dec. IV. lib. 4. qualis ait, Beatrix Aragonica, ſponſa Matthiæ Regis Hung. fuerit, quicunque noſcere ſtudet, librum quem de Virginitate ac matronali pudicitia edidimus, perlegat: totam ibi intus & in cute noſcere licebit.* 3. *Libellus de Hiſtoria Aſculana eidem Reginæ dicatus. Libellus Epigrammaton* Johanni Corvino, *Filio Matthiæ Regis inſcriptum, cum haut injucunda inutilique Præfatione, ubi de inſtituendo novo Principe agebatur.* 4. *Libellus de Corviniana Domûs Origine, pariter Regi Matthiæ dedicatus.* 5. *Commentaria Aulii Gellii Noctium Atticarum per eundem Bonfinium recognita, Venetiis 1518.* * Cur autem Jacob. Oiſelius in noviſſima Gellii editione A. 1666. in enumeratione eorum, qui vel benè vel malè de Gellio meriti ſunt, nullam prorſus mentionem fecerit Bonfinii, penetrare non poſſum, niſi forte opinandum ſit Bonfinianæ, illius Editionis penitus neſcium fuiſſe Oiſelium, virum ceteroquin in literis amœ-

 niori-

amœnioribus verſatiſſimum. *Tranſtuliſſe etiam legitur, in ejusdem Rerum Hung.* Decade IV. lib. 7. fol. 463. 6. *Herodiani Hiſtoriarum Libros Octo: 7. & Libros Philoſtrati de Vitis Sophiſtarum, quos eidem Regi nuncupavit.* 8. *Quædam etiam in Horatium conſcripſiſſe teſtatur Joh. Simlerus in Epit. Bibl. Geſner. fol. 48.* 9. *Ultra Autores hos ex Græco in Latinum converſos, Italicos quoque latine reddidiſſe Bonfinium c. l. fol. 461. legas licet ſeqq.* Addebat animum Architecturæ, quam tribus ſanè menſibus Ant. Bonfinius in Latinam è materna lingua traduxerat. 10. *Imò Hiſtoriam quoque aliquam ſcripſiſſe Genuenſem* Joh. Mich. Dilherrus *Diſp. Acad. Tom. I. p. 583. verbis teſtatum fecit ſeqq.* Bonfinius ſcribit, *Venetos Forojulienſibus quotannis duodenos porcos, totidemque panes tributi loco indixiſſe, Lib. 2. Hiſt. Genuenſ.* 11. *Rerum Hungaricarum Decades*, cujus varias editiones forſan non inutile fuerit heic annotaſſe: Omnium autem prima editio hunc præ ſe fert titulum: *Ant. Bonfinii Rerum Hungaricarum Decades tres ad Vladislaum Regem, demum induſtria Martini Brenneri Biſtricienſis Tranſylvani è Budenſis exemplaris* αὐτογράφω *in lucem edita, unà cum coronide Hiſtoriæ Hungaricæ Michaelis Ritii, P. Callimachi Experientis, & Alexandri Corteſii, apud Robert. Winter. 1543. fol.* II. Altera editio *Antonii Bonfinii Aſculani, de Rebus Hungaricis Decades III. collatione MSti Exemplaris, multis in locis emendatiores, quam antea excuſæ. Quibus acceſſerunt, jam poſtrema editione, libri XV. h. e. Decas IV. integra, cum Quinta dimidia, quantum videlicet à Bonfinio ipſo ejus Hiſtoriæ deſcriptum eſt. Item Appendices Rer. Ungar. uſque ad noſtra tempora, per* Joh. Sambucum *Tirnavienſem. Baſileæ typis Joh. Oporini 1568. fol.* III. Antonii Bonfinii Rerum Hungaricarum Decades quatuor cum dimidia. *His acceſſere Joh. Sambuci aliquot Appendices, & alia: una cum priſcorum Regum Hungariæ Decretis, ſeu Conſtitutionibus, quarum narrationes Bonfinii obiter meminere & quæ pag. 16. indicat. Omnia nunc denuò recognita, emendata & aucta, per Joh. Sambucum Cæſ. Majeſt. Conſiliarium & Hiſtoricum. Cum indice copioſiſſ. Francofurti apud Andream Wechelium 1581. Cum privilegio 10. annorum, in fol.* IV. Ant. Bonfinii Hiſtoria Panno-

Digitized by Google

Pannonica, *ſive Hungaricarum Rerum Decades IV. & dimidia libris 45. comprehenſa, quibus ejuſdem Regni, Populorumque origines & antiquitates, Provinciarum deſcriptiones, mores & conſvetudines, fluminum ortus & tractus, expeditionum & rerum belli domique geſtarum commentaria copioſiſſima ad curioſam Lectoris ſcientiam ediſſeruntur. Accedunt tractatus aliquot, ſeu Appendices variorum Auctorum & Rerum, unà cum priſcorum Regum Hung. Decretis & Conſtitutionibus, Auctore* Joh. Sambuco. *Editio hac poſtrema in commodiores §. diſtincta, clarioribus & marginalibus & illuſtrationibus utrobique locupletata, & copioſiori Indice rerum & verborum exornata.* Coloniæ Agrip. *ſumptibus Haredum Johannis Wiedenfelt & Goteſridi de Berges 1690. fol. Continet 10. Alphabet. eſtque per columnas ſibi mutuò oppoſitas impreſſa mendis laborans qvamplurimis. In hac autem Colonienſi Editione, ſicut quidem & in priori Francofurtenſi, præter tres Bonfinii priores Decades, exhibita quoque ſunt* 1) Ant. Bonfinii 25. libri à Sambuco reperti, 2) Joh. Sambuci appendix *de Ladislao, Ludovico, & Ferdinando Regibus.* 3) *Ejuſdem duæ Orationes funebres, una de Ferdinando I. altera de Maximiliano II.* 4) Ejuſd. Oratio de coronatione Rodolphi II. *Poſonii*, 5) Ejusd. expoſitiones obſidionum *Agriæ, Zigethi, Temeſvari, Tokai, Gyulæ*, 6) Contractus matrimoniorum *inter Ludovicum & Mariam, ac Ferdinandum & Annam*, 7) Concordia Ungarica *inter Fridericum III. Maximilianum I. & Uladislaum Reges.* 8) Clades Mohacsienſis *Broderithii.* 9) Hungariæ *deſcriptio.* 10) Chronologia Pannoniæ, *Joan. Heroldi.* 11) Michaëlis Ritii *de Regibus Ungariæ libb. 2.* 12) P. Callimachi *Experientis, Atila.* 13) T. Corteſii carmen *de laudibus Matthiæ R.* 14) Abrah. Bakſai *Chronologia.* 15) Gnomæ generales Sambuci *de tribus ſummis in Imperatore virtutibus.* 16) Regum Ungariæ priſcorum Conſtitutiones *ſeu Decreta apprimè deſiderata, mox Indici ſubjecta.*

Verſiones librorum à Bonfinio editorum, præter *Decadum de Reb. Ungar. Germanicam*, aliæ mihi non ſunt notæ: ea autem eſt *gemina*, altera enim 30. *librorum* Hieronym. *Bonerum*, altera 45. *librorum* Paulum *Friſium* habet autorem; utriuſque tituli ſunt ſeqq.

I. Deß allermechtigſten Künigreichs inn Ungern / warhafftige Chronick und anzeigung / wie das anfang / auff⸗ und abgang genummen / wie auch das vilfaltig anfechtung und überfall geliten / und andern Nationen ſchwerlich zugefügt / und ſich der Türckiſchen angriff ſo lang biß zu unſern zeytten ſo ritterlich erwert hat / inn dreyßſig büchern beſchryben / mit ihren Figuren lautter anzeygt und erklärt wirt. Zu Baſel bey Ruprecht Winther / im Jar M. D. XLV. Mit K. M. Freyheit inn ſechs Jaren nit nachzutrucken. *in fol.* conſtat 9. alphab. Hæc eadem interpretatio Bonfinii Germanica, etiam Baſileæ excuſa eſt typis Joh. Oporini; hoc. tit. Ant. Bonfinii Ungariſche Chronica, durch Hieronym. Boner verteutſcht / fol. Stylus germanicus hujus editionis valde incultus eſt, in eſſentia non minus ſua, quam orthographia. *Dedicatio* operi præmiſſa inſcriptionem præ ſe fert ſeq. Dem Hochwürdigen Fürſten und Herrn / Herrn Hanſen Rudolff Stör / Abt der Fürſtlichen Gotshüſer / Murbach und Luder ꝛc. meinem gnädigen Herrn / embüt ich Hieronimus Boner / Schultheis zu Colmar mein undertänig allzeyt willig Dienſt. II. Antón. Bonfini Ungeriſcher Chronick 45. Bücher / verteutſcht aus dem Latein durch Paul. Friſium, Nagoldanum. Franckfurth am Mayn / 1581. bey Nicol. Roth / in fol. Eſt autem *Nagoldia* oppidum Ducatus Wirtenberg. ad amnem cognominem, unde Friſius iſte oriundus.

Bonfinium, inquiente *Martino Brennero in Dedic. decad. Bonfin. de Reb. Ung.* aut morte præventum, aut re quapiam gravi impeditum, arbitror tanto operi non potuiſſe extremam limam inducere. Quamvis enim abſolutum opus, quod ad hiſtoriam attinet, undequaque ſit: pleraque tamen conciſa abruptaque ſunt; niſi Librariis indoctis, qui librum deſcripſerunt, id velimus attribuere, quod etiam ipſe ut credam, facile adducor. Multorum enim manus ni Exemplari agnoſcebantur: unde furtivis & ſucciſivis operis, alicujus Epiſcopi juſſu, clam deſcriptum fuiſſe, puto.

Primum itaque fuiſſe *Martinum Brennerum*, qui Bonfinii Decades in lucem protractas typis exſcribi curarit publicis, recepta

non

non minus quam vera eſt ſententia: plures tamen quam tres eum decades edidiſſe, probari nequit: quam ob cauſam recte *Voſſius de H. L. lib. 3. cap. 11.* Tres, ait, decades ex Budenſis Exemplaris *αὐτογράφῳ*, ſed mendosè deſcriptas, multisque in locis à ſe reſtitutas, anno clɔ Iɔ XLIII. in lucem emiſit *Martinus Brennerus*, *Biſtricienſis Tranſylvanus*. Anno autem clɔ Iɔ LXVIII. easdem ex collatione codd. MSorum emendatiores cum decade quarta, & quintæ dimidio publici juris fecit *Joannes Sambucus Tirnavienſis*. Non immerito igitur lege Corneliâ de falſis *Morerium* quis poſtulaverit, quod tum *quatuor cum dimidia Brennero, tum quinque decades* Sambuco adjudicarit, *in Dictionar. voc. Bonfinius*, hac verborum ſerie: *Ce quatre decades & demy* Martin Brenner de Beſtercze ou Nœſenſtadt *en Tranſylvanie fit imprimer l' An 1543. Mais en 1568. Jean Sambuc de Tirnau ou Durn en Hongrie, nous en procura une edition plus raiſonnable, y ajoûtant même V. Livres, qui n'étoient point dans la premiére de Brenner.* Recognitæ verò & auctæ Bonfinii decades, non alium quam *Joh. Sambucum* agnoſcunt authorem, cujus quippe cura ſtudioque, ceu hodie quidem eæ legentium oculis expoſitæ ſunt, ultimo prodiere: qua de re conſ. Præfat. Sambuci Decadibus Bonf. præmiſſa.

An *Codex Decadum*, *ipſius quidem Bonfinii manu exaratus*, adhuc hodie alicubi ſuperſit, aſſerere nequeo: *ille* tamen *MStus Codex*, quo *Brennerus* in ſua Bonfinii editione uſus eſt, Viennæ in Bibliotheca Cæſar. aſſervari dicitur. Atque hunc ipſum codicem furtivis & ſucciſivis operis, alicujus Epiſcopi juſſu, clam deſcriptum fuiſſe, *Brennerus in dedicat. ſua* arbitratur, quippe quod multorum manus in eodem agnoſcebantur. *Qua ratione autem Brennerus Codicem hunc MS.* acceperit, ipſe d. l. verbis expoſuit ſeqq. *In his cum eſſem cogitationibus*, (ſcil. cur neglecta eſſet ſcriptio Hiſtor. Hungar.) *non ſine mente, reor, ac numine Divûm*, Franciſcus Abſtemius &c.

Elogia & Cenſura de Bonfinii plerisque libris atque eruditione prolata:

Joh. Sambucus in præfat. decadib. Bonfin. præfixa: Quantum *Elogia* Bonfi-

Digitized by Google

Bonfinius ingenio, non ad hoc argumentum modo, (ſcil. hiſtoricum) ſed ad omnem omnino philoſophiam excelluerit, *Dialogi ejus de pudicitia conjugali* vulgò teſtantur, *Herodianus*, *Hermogenes Latini:* nec vino huic opus eſt hedera. Præterire tamen nequeo, paucarum eſſe gentium hiſtorias, copia & ſtylo pares: quantivis alii *Jovium* ſuum faciunt, pronunciatorem grandem, neſcio quam ſincerum. *Ac memini. Clariſſ. & Conſultiſſ. D. Seldium*, ſæpe dixiſſe, *nullo ſe in Scriptore, poſt Livium, & æquales ejus, quam ipſo hoc Bonfinio, vacuas horas libentius ponere ſolitum.* Qui vir, ſi hæc reliqua ejus, & quæ noſtris vigiliis acceſſere, vidiſſet, omnibus fortaſſe recentioribus facile hunc antetuliſſet. *Idem Sambucus loc cit.* Ceterum ut Bonfinii laudes non ſunt obſcuræ: ita diſſimulare neqveo, *nonnihil ipſum officii ſui interdum oblitum, in mores privatos & vitam, calumnioſe, impotentiusque effuſum*: ſecus quam Livium, Salluſtium, Tacitum, Svetonium, in Romanos Orbis Dominos genteinque togatam, feciſſe conſtat: *idq; fortaſſe redemto à Matthia judicio, & calamo ejus, quæ rerum ſeriei nihil detrahunt. Nec Matthiæ tamen pepercit:* quem impudentem, voluptuoſum, theatris deditum, ambitioſum, ferum, in adjungendis animis præcipitem, in relinquendis facilem, adulatoribus benignum, immemorem beneficiorum, auſus ſit dicere. Quid gravius in tantum Regem dixeris? ut mihi, ætatum contrariorum vitia exaggerare, more *Philoſophi in ſecundo Rhetoric.* potius, quam eis locis texere hiſtoriam voluiſſe, ſit viſus: quod ἐξ ἠθοποιΐαις cauſæ occaſionesque bellorum facilius lectori patere ſoleant. Ac potuiſſem ſane quædam juſtè liturâ inducere, niſi Ádverſariorum ſtylum & intemperantiam metuiſſem, qui proni quavis de cauſa, *in legem Cornel. de infam.* facile ruunt.

Philipp. Andr. Oldenburg. Theſaur. Rerumpubl. part. IV. pag. 413. §. 32. Inter omnes (Scriptores Rerum Hungar.) *eminent umprimis duo, Antonius Bonfinius*, Italus Aſculanus, qui vixit in Aula Matthiæ Regis Hungariæ, cujus impulſu conſcripſit *quatuor decades & dimidiam*, quarum *tres priores* ſunt editæ *cura Martini Brennert*, reliquæ *duæ à Sambuco.* Eſt hiſtoria Bonfinii

ſinii ſic ſatis doctè conſcripta, *voluit imitari Livium*, & feliciter perſecutus eſt hiſtoriam Hungarorum & Hunnorum usque ad obitum Matthiæ Corvini. Primus omnium edi eam curavit Sambucus Hungarus, Baſileæ A. 1568. fol. Huic hiſtoriæ addidit Sambucus Appendicem, qua res Hungaricas perſecutus eſt usque ad Ferdinand. I. qui ſecundus fuit Rex Hungariæ ex Familia Auſtriaca. Appendix quidem non reſpondet eruditioni Bonfinianæ, meretur tamen ſuam laudem. Poſt Bonfinium eſt *Nicol. Iſtvánfius*, qui præclarè conſcripſit hiſtoriam Hungaricam.

Anton. Reiſer in Epiſtolar. Diſſert. de Atheiſm. p. 165. Bonfinius Hungarorum Livius.

Spondanus ad A. C. 1444. num. 8. Amurathis Turc. Imp. *Cet* verba in prœlio cum Vladislao Hung. Rege prolata cum epicriſi Bonfiniana citans., exiſtimat, hæc *oratoricè magis quam verè* dicta eſſe, voluiſſeque Bonfinium ornatius & copioſius referre, quod *Callimachus*, (ſcil. Hiſtoricus Hung.) à quo ipſe ſua depromſit, breviter dixerat.

Petr. à Reva, Comes Hungar. in Comment. Coron. Hung. Enimverò Rerum Hung. Scriptores, ut in aliis non paucis, ita in denominationibus quoque perſonarum & locorum hallucinantur frequentiſſime, nomina aut cognomina vel intermittunt, vel etiam perperam ponunt. *Bonfinius* facit mentionem *Atha Palatini, Ladislai, Waivoda* Tranſylvaniæ, *Blaſii* Conſervatoris Coronæ, *Emerici* Theſaurarii, *Simeonis* Præfecti Strigonii, ut plura taceam, at non appoſito agnomine, qui illi fuerint, quis intelligat?

Ludov. Morerius in grand Dictionaire Hiſtorique, voc. Bonfinius: Cet Auteur étoit bon homme, qui diſoit les choſes ſimplement & ſans deſſein: Cela luy a pourtant attiré la cenſure de quelques Critiqves, & Raderus, par exemple, trouve bien des choſes a reprendre dans ſon Hiſtorie de Hongrie.

Plura qui de Bonfinio noſſe geſtit, conferat Excellentiſſ. Dn. Prof. Dan. Gvilh. Molleri Diſputat. Circularem de Antonio Bonfinio exhibit. Altdorfi Reſp. Joh. Chriſtoph. Stemlero 1698, ubi hanc ſuam

quoque de Bonſinio ſuperaddit Cenſuram. Ceterum Bonfinius, mea quidem opinione, exterus licet rerum Hung. ſcriptor, judicii tamen non minus gravitate quam ſtyli elegantia multos alios illarum Scriptores antecellit; niſi quod minore fere cum fide vel ſaltem cura, privilegia Hungarorum videri queat deſcripſiſſe, quàm Iſtvánfius, qui præter privilegia Hungarorum egregiè deſcripta, ad Diætas quoque eorum, Conventus, Comitia & Collegia paſſim provocavit.

Braxatoris Johannes, *Banoviciò-Hungarus*, de Vocis Papæ ætatibus Diſſ. Hiſtoricam, ſub Præſidio *Joh. Diecmanni*, Stadenſis, publico examini ſubjecit Wittebergæ 1671.

Brennerus Martinus, *Biſtricienſis Tranſylvanus*, floruit circa A. C. 1540. primus erat, qui Ant. Bonfinii tres priores Decades, ex Budenſis exemplaris ἀυτογράφῳ unà cum coronide Hiſtoriæ Hungaricæ *Mich. Ritii*, *P. Callimachi Experientis & T. Alexandri Corteſii in lucem edidit*, *quas excudit Robertus Winter Baſileæ 1543.* Præterea edidit etiam *Aurelii Brandolini* cognomento *Lippi*, Florentini, Ordinis Auguſtiniani monachi, mortui Romæ 1498. *Dialogum* (præter quem etiam conſignavit Monachus iſte Hiſtoriam eorum, quæ narrantur in Vet. Teſtamento: multasque Sanctorum Hiſtorias teſte J. G. Voſſio p. 611. de Hiſtor. Lat.) ceu ipſe Brennerus id tradidit in Epiſtola rebus notatu dignis refertiſſima ad Franc. de Reva, Decadibus Bonfinii præmiſſa, his verbis: Cum anno abhinc tertio *Lippi Brandolini* ad Matthiam invictiſſimum Hung. Regem Dialogum edidiſſem, Vir ornatiſſime, multaque ibi de Rebus Hung. præclarè geſtis occuriſſent, gentis noſtræ exordia tacitus mecum cœpi perpendere, quibus artibus tam opulentiſſimam regni poſſeſſionem acquiſiviſſent, retinuiſſentque &c. *Plura de iſto Brennero confer, quæ expoſui ſupra voce Bonfinis*, p. 87

Scripta.

Bre-

Digitized by Google

Breverus Johannes *Leutſovienſis Hungarus*, emenſis Vittebergæ ſtudiis academicis, mitrâ tandem doctorali à facultate inſignitus, inauguralem Diſputationem conſcripſit, de *Ictero flavo*, quam ſub Præſidio D. & Prof. Publ. Conr. Vict. Schneideri inſigni Auditorum applauſu A. 1664. maſculè defendit: ſub ejuſdem etiam præſidio Eruditorum cenſuræ eleganter à ſe conſcriptam Diſp. de *Athritide* 1663. expoſuit: nec non *de Vita Hominis*, ſub Præſidio M. Samuelis Hentſchel, Facult. Phil. Adjuncti in eadem Viteberga 1661. ſolenniter propugnavit.

Brodericus Stephanus, *Sclavus*, Præſul Vacienſis, Cancellarius quondam Ludovici II. Reg's Hung. Deſcripſit cladem funeſtiſſimam A. C. 1526. in campis oppidi Mohács commiſſam, in qua ipſe *Ludovicus Rex* maximo omnium cum Hungarorum luctu, occubuit. Prodiit illa Deſcriptio Argentinæ 1588. in 8. quæ inſerta etiam reperitur *Collectioni Scriptorum Rer. Germ. Sim. Schardii Tom. II. fol. 218.* ubi folio ſequente 219. ait: *Scriptum*

Cancellarii munere fungebatur *Stephanus Brodericus*, in ea parte Pannoniæ ſuperioris natus, quæ nunc peculiariter *Sclavonia* nominatur, ad eum Magiſtratum, ex Legatione Romana, quam tunc obibat, paucis ante menſibus accerſitus, majore ad bene agendum animo, quam facultate. *Judicia.*

Paul. Jovius in Hiſtoria ſui temporis Tom. II. Lib. 27. p. 269. Stephanus Brodericus Præſul Vacienſis, qui præter *ingenii eruditi vim & dexteritatem in omni rerum actione ſingularem*, epiſtolarum ſcriniique Regii Hungarici Magiſter effectus eſt.

Búlyovſzki Michael, *ſatus in Hungaria* ex generoſa & perantiqua Bulyovſzkiorum de Dulicz, Comitatûs Turocienſis, proſapia, cognomine hoc feudi titulo univerſæ Bulyovſzkiorum Familiæ perpetuo jure adhærente: Theologus pius, JCtus egregius, Philoſophus acutus, Mathematicus ingenioſus, Poeta expeditus, Muſicus inſtrumentalis incomparabilis. Lingvarum Hebraicæ,

Græcæ, Latinæ, Hungaricæ, Germanicæ & Bohemicæ apprimè gnarus. Iis artibus, quarum capax prima ætas eſſe ſolet, in Patria imbutus, in Germaniam deinde ſtudiorum maximè perficiendorum gratia profectus, primò in Vittebergenſem, dehinc in Tubingenſem, tandem in Argentinenſem Univerſitatem conceſſit, ubi ſtudiis quam ſolertiſſimè pertractatis, eum ſibi crebrioribus exercitiis in propoſito ſtudio habitum comparavit, ut occaſione quacunque oblatâ, haut impar provinciæ docendi ſuſtinendæ videretur. Cum verò ipſi in Patriam motibus undique bellicis ſuperiori ſeculo ob Turcarum invaſionem & Proteſtantium perſecutionem involutam revertendi ſpes omnis eſſet ademta, conſilium cepit de functione aliqua honorabili extra Patriam, & quidem ipſa, in qua tum verſabatur, Germania adipiſcenda. Quapropter Oehringæ primùm in Comitatu Hohenlohico fortunâ affulgente, Rectoratûs ibidem munus, gratioſâ Excellentiſſimi Comitis Hohenlohici, Domini Volfgangi Julii collatione, eximia cum dexteritate adminiſtravit, inde famigeratiſſimi JCti, *Joh. Georg. Kulpiſii*, Conſiliarii Primarii intimi Seren. Ducis Virtembergici commendatione valentiſſima, (commilitonis utpote olim ſui Argentoratenſis & fautoris æſtumatiſſimi) Stutgardiam, urbem primariam ſedemque Ducum Virtembergicorum ſplendidiſſimam evocatus, Gymnaſio ibidem Ducali florentiſſimo Rector praefectus eſt. Mox nobilioribus ingenii ejus dotibus perſpectis, Sereniſſimus Marchio Badenſis lineæ Durlacenſis *Fridericus Magnus*, dignum eum judicavit, qui Gymnaſium Durlacenſe plurimum de antiquo ſuo ſplendore amittens, novo quaſi quodam lumine illato, ad priſtinum fulgorem reduceret, quod ipſum quidem tam feliciter, Dei benedictione, ceſſit, ut inſigni juventutis emolumento, ac non minore nominis ſui famâ Rectoris munus in hunc uſque diem adminiſtret. Inter ceteras ingenii ejus præſtantiſſimi dotes ampliſſimas, excellentior eminet *Muſices peritia*, cujus inſtinctu atque ſuggeſtione, ſingulare quoddam in ea ipſa arte reperit ſubſidium, atque excogitavit inventum, quod accuratiorem Toni convenientiam & diſcrepantiam in Organo pnevmatico, hactenus nondum ſatis obſervatam ac excultam:

Præ-

Præterea egregiam nominis famam conſecutus eſt Inſtrumenti alicujus muſici politoni, in forma alicujus Spineti concinnati confectione, quippe quod pro diverſa Muſici intentione & claviumpulſatione, diverſas muſicorum variorum inſtrumentorũ ſonos ac concentus ſolet exhibere, cumque idipſum Leopoldo glorioſæ memoriæ Auguſto, quam humillime obtuliſſet, atque experimenta illius acutiſſimis & hac in arte judicandi valentiſſimis auribus ejuſdem Sacr. Cæſ. Majeſtatis trutinanda commiſiſſet, non tantum Gratiæ ejus Imperatoriæ particeps factus, ſed muneribus etiam donisque cumulatus gratiosè dimiſſus eſt. Quo quidem ingenioſo & curioſo de invento plura quis noſſe avens, ea in Tractatu quodam germanico, ab ipſo Inventore de hoc eodem Invento elaborato publicèque impreſſo, poteſt reperire, cuius titulus eſt: **Kurze Vorſtellung von Verbeſſerung des Orgel-Wercks.** A Fratre quoque *Johanne*, virtutibus Michaelis noſtri Búlyovſzki (cui & me ipſum, multis nominibus obſtrictum ingenuè profiteor, ob eximium ejus in me favorem & varia collata beneficia, cum A. 1705. Durlaci iteratis vicibus negotiorum quorundam expediendorum cauſa verſatus fuiſſem) plurimum claritatis & excellentiæ accedere, non immeritò quis aſſeruerit; præterquam enim quod Vir ille eruditione juxta ac fortitudine militari maximè eſt conſpicuus, profectò muneris etiam ſplendidiſſimi, cui præeſt, ratione habitâ, Vice-Comitis nempe in Comitatu Neogradienſi (quæ dignitas analoga eſt dignitati **Ritter-Hauptmann** in Germania dictæ) per univerſam ferè Hungariam eſt celeberrimus. Vivunt ambo adhuc feliciſſimè & ſtudent ferventiſſimè utilitati, *Hic* quidem Literariæ, *Ille* Politicæ promovendæ. Faxit ſupremum Numen, ut par hoc nobile fratrum, valetudine inconcuſſa, & virtutibus ſuis debita proſperitate, ad ſeros uſque vitæ annos gaudens, commoda, tum literariæ tum civilis Reipublicæ porrò provehat atque defendat.

Scripta ejus, quæ hactenus publici juris fecit, ſunt: *Hohenloici Gymnaſii Hodegus Calendariographus, cujus ductu, & Veteris & Novi Calendarii conformatio, temporumque, in annos, menſes, hebdomadas, ac dies, feſtaque, mobilia & immobilia, aliaque* *Scripta.*

 id

id genus diſtributio, uſque ad Annum Æra Chriſtiana MMM. CCC. facilimè, ſine ullo alio magiſtro ac duce perficitur. Opuſculum publicè, in Eccleſia, ac Politia, ad exercitationem quoque hujus argumenti ſcholis omnibus utile. Oeringa. 693. in 8. Speciali deinde juſſu Illuſtriſſ. Domini Friderici Magni, Marchionis Durlaco-Badenſis, in Compendium redegit; Juſti Lipſii Libros Politicos, qui hoc ſub titulo Durlaci 1705. prodierunt: *Speculum Librorum Politicorum Juſti Lipſii, in quo illi exteriore quadam ſua ſpecie apparent. in 12.* Kurze Vorſtellung des Orgel-Werks. Straßburg. *1680. 12. Ejuſdem operâ, inſtituto ſanè curioſo ac fructuoſo, etiam prodierunt, IV. Monarchia, qua memoria juvanda gratiâ in 8. areolas figurâ circulari, inſertis ubique pracipuarum hiſtoriarum & Imperantium nominibus, in una philyra patente ſunt diſtincta. Prater hanc tabellam, plures alias etiam Philoſophicas Tabellas ſimili modo adornatas emiſit.* Ceterum mea jubet pietas, & ſingularis generoſiſſimi juxta ac eruditiſſimi hujus Viri ſvadet humanitas, cultum & amorem quo Eum proſequor, tridiſticho teſtatum facere ſequenti:

Búlyovski hungarico generoſo ſanguine cretus,
Ingenio pollens, eloquioque valens:
Muſicus excellens, cumulatus laude Poëta,
Philoſophus præſtans, Thejologusque pius,
Juris item gnarus, qvavis & Doctor in arte,
Clarus apud claros nomine reque Viros.

Burius Johannes, *Hungarus*, Sacerdos quondam Eccleſiæ Carponenſis Evangelicæ in Hungaria, duobus milliaribus ab urbe montana Schemnicio Chriſto collectæ, Vir præter ſolidam eruditionem, pietate etiam ac morum gravitate, valde conſpicuus, temporalem cum æterna vita commutavit A. 1682. *Reliquit poſt ſe inſigne aliquod magnoque ſtudio latine conſcriptum Opus Hiſtoria Eccleſiaſtica Hungarica, quod MStum*, uti à pluribus Eruditis, exteris pariter ac Hungaris expetitum, ita opera filii ejus *Johannis*, Eccleſiæ Evangelicæ Neoſolienſis hoc tempore Paſto-

Scriptum.

ris,

ris, plurimùm adauctum, preloque paratum brevi lucem publicam, uti quidem relatum accepi, adſpiciet. Iſte autem *Burius*, mortuo ſuo patre, Carponâ Patriâ relicta, Vratislaviam Sileſiæ metropolim, ſtudiorum continuandorum gratiâ delatus, exoptatum ſtatim Magiſtratûs Patrocinium, indeque promanantem inſignem munificentiam expertus eſt, quippe cujus adjutus ſtipendiis in Academia Lipſienſi, ſex annis ſubſiſtens, Philoſophicas æque ac Theologicas operas maxima cum contentione urgere ſibi curæ habuit, atque curriculo hoc Academico feliciter ac ex voto abſoluto, Vratislaviam ſe contulit, Nutritoribus ſuis pro tam egregiis acceptis beneficiis gratias debitas relaturus, quibus decenter relatis, ob inſignes in ſtudio literario factos progreſſus, ſtatim ipſi ſpes facta de promotione ad ſpartam, laboribus ſuis exantlatis condignâ, ferente quidem occaſione, nanciſcendâ: Biennio igitur in ſpe officii alicujus obtinendi exacto, cum ego Agnatorum meorum voluntate, ex Gymnaſio, quod Coloniæ ad Spream tum temporis florebat, & cui primùm anno 1696. ex Hungaria in Germaniam ſtudiorum excolendorum causâ mancipatus eram, Vratislaviam, famâ florentiſſimi in eadem urbe Gymnaſii Eliſabethani & Moderatoris ejusdem excellentiſſimi, *Martini Hankii*, præcipuè impulſu, me contuliſſem, ex privata dicti Burii informatione dexterrimâ, integrum per anni ſpatium ampliſſimos ibidem me fructus percepiſſe, ingenuè mihi heic fatendum eſt. Pauco deinceps elapſo tempore, Neoſolium, urbem Hungariæ montanam, ad officium in illius Gymnaſio Rectoris obeundum literis à Magiſtratu miſſis vocatoriis, is ipſe accitus, id laudabili diſcentium in doctrina ſucceſſu, quinque per annos adminiſtravit, cumque ſolidior Theologiæ cognitio, & inſignis veritatis defendendæ evangelicæ παῤῥησία abunde ex eo eluceret, tandem ad venerabile Præconis Verbi Divini munus in ejusdem urbis Eccleſia obeundum promotus, eodem etiam nunc deſideratam in animarum ſibi commiſſarum ſalutem, ſingulari Dei gratiâ adjutus, ſedulò defungitur. Præter vigilantem hanc officii ſui Eccleſiaſtici adminiſtrationem, lucubrationibus inſuper quibusdam eruditis

ditis Orbi literario lucem fœnerari eum ſibi propoſuiſſe, relatum accepi, dummodo ſumtus ad excudendas eas neceſſarios Bibliopola aliquis ſuppeditaverit.

C

CAJVS vel GAJVS I.
PONTIFEX MAXIMVS

NAtione *Dalmata*, patriâ Salonienſis, Vir diſertiſſimus. Patre ſatus Cajo, ex genere Diocletiani, Imperatoris Romani: In Cathedra Pontificia ſedit annos 12. ab A. C. ſcilicet 283. ad annum uſque 296. Decretali Epiſtolâ Ordines inter Clerum diſtinxit & conſtituit, ut per omnes illos gradus Eccleſiaſticos ſit adſcendendum ad Epiſcopatum, ab Oſtiario ſcilicet ad *Lectorem*, ab hoc ad *Exorciſtam*, ad *Acolythum*, *Subdiaconum*, *Diaconum*, *Presbyterum*, ab his demum ad Epiſcopum. Vid. Marianus Scotus lib. II. æt. 6. p. 395. Polid. Vergilius IV. Invent. 7. fol. 325. qui tamen Lib. 2. c. 4. fol. 395. gradualem hanc Ordinum Sacerdotalium diſtinctionem à Sylveſtro I. introductam fuiſſe contendit, ſicut & Platina de Vitis Pontif. diſtinctionem hanc nunc *Gajo* tribuit, nempe in Vita Caji p. 37. nunc ſui immemor p. 85. Donno eam adſcribit. Ita autem Platina in Vita Caji: Cajus Ordines in Eccleſia diſtinxit, quibus tanquam gradibus quibusdam ad Epiſcopatum adſcenderetur: Hi erant Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus Diaconus, Presbyter, Epiſcopus. Idem Cajus (ut quondam Fabianus) Regiones Diaconis diviſit, qui Res geſtas Martyrum conſcriberent. Conſtituit etiam, ne profanus quiſpiam ſacris initiatum in Judicium vocaret, neve Paganus aut Hæreticus accuſandi Chriſtianum hominem poteſtatem habeat. Martyrio coronatum

tum

tum Cajum vult Baronius ad Annum 296 d. 22. April. fol. 693. itemque Platina, inquiens: At verò Cajus orta in Chriſtianos, tempore Diocletiani, tanta perſecutione, quanta nunquam antea, in ſubterraneis locis, quas crypas vocant, diu latuit: captus deinde à perſecutoribus, una cum Gabinio fratre, ejusque filia Suſanna, martyrio coronatur, & via Appia in Cœmeterio Caliſti ſepelitur X. Kalend. Mai. Oſiander autem Hiſt. Eccl. Cent. III lib. 4. cap. 6. mortuum fuiſſe Cajum Pont. putat, priusquam Diocletianus Chriſtianos perſequeretur.

CALIXTUS SIVE CALISTUS III. PONTIFEX ROMANUS.

NAtione fuit *Hungarus*, aliàs *Johannes* dictus, primùm Monachus, deinde Abbas Strumienſis, poſtea Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus à Victore IV. Pontifice Rom. in ſchiſmate factus, & denique poſt obitum Paſchalis III. Pont. Rom. in Schiſmate Romæ Papa creatus, contra Alexandrum III. A. C. 1170. imperante Friderico Barbaroſſa: Pontificatu autem ſe abdicans A. C. 1176. V. Kalend. Aug. Archiepiſcopatum ſuſcepit Beneventanum, quo ipſo ad Annum usque 1178. adminiſtrato, fatis tandem conceſſit. *Vid. Onuphrii Panvinii Chronicon Pontif. Romanor. p. 39.*

Ceterum haud exiguus inde ſplendor in univerſam ſeſe exerit Hungariam, quod ex ea ipſa talis tantusque Vir prodierit, qvi ſummum Pontificatum Romæ ſuſtinuit: præterquam enim quod plures aliæ nationes inveniuntur, ex quibus nullus planè ad Cathedram Summi Pontificis evectus eſt, profectò uti pluribus aliis prærogativis plerasque nationes antecellit Hungaria; ita de hac quoque Summa apud Chriſtianos in ſe derivata dignitate Eccleſiaſtica, non poteſt non quam maximè gloriari.

Calmanchæus Martinus, (aliàs Kalmantzius, Kalmancſehi, item Santa) *gente Hungarus*, ob eruditionem haut proletariam, atque inſigniores quaſdam animi dotes, nominis famam, utut ſordidam, in Hungaria conſecutus. Is primò *Berkhuſii* ſeu Beregſzaſzini in Tranſylv. Sacerdos Eccleſiæ Evangelicæ, à qua degenerans, tandem Debrecinium in Hungariam vocatus, Calvini errores Auditoribus ſuis inculcabat, imagines è templis ejiciendas docebat, & ut erat Vir ferocis, elati, tumidique ſpiritûs, qui multa thraſonicè de ſeſe gloriabatur, & mirum in modum theatricis ſuis declamationibus, auram vulgi captare poterat, maximum applauſum nactus, multos ſecum, maximo cum Eccleſiæ damno in extremam perniciem præcipitabat. Quod cum haut ſine ingenti animi dolore perciperet *Leonhardus Stœckelius*, Rector Gymnaſii Bartphenſis, eundem diſputando aggreſſus, ea felicitate, qua *Stankarum* confuderat, publicè confundebat, & claudum cum Stankaro in Tranſylvaniam etiam abigebat, daß ſie beyde mit ihrem Stanck in Siebenbürgen hupſen muſten. ut *Schæſæus*, *acutiſſimus Poeta in Epigrammate quodam ludit*. Sciebat *Petrovicium*, Nob. Hung. quem antequam in hos errores inciderat, ad ſaniorem mentem deduxerat, ut ejurata Papiſtica Religione, ſeſe Evangelicorum cœtui adjungere non dubitarit, ſibi favere, ejus ergo patrocinio fretus *Calmanchæus*, Claudiopolim divertebat, ibique multis ſeductis, inaudita quædam perpetrabat: Unicum non omittendum puto. *Extrahebat ex immunda hara porcorum lintrem in plateam publicam, infuſaque aqua infantes adductos, peſſimè, aliàs utiliſſima Chriſtianorum phraſi*, HÆC EST LIBERTAS CHRISTIANA, *applicata baptizabat. Plura de eo vide in Hiſtor. Eccleſ. Tranſylvan. Georgii Haneri p. 222. & 226.*

Carolinus Petrus, *Hungarus*, Paſtor Varadienſis Eccleſiæ Evangelicæ, cum quo Andreas Dudithius, crebrum de rebus in Theol. arduis, ſuſtinuit commercium literarum, quarum aliquot reperiuntur inter Epiſtolas Dudithii typis expreſſas. *Conſcripſit eruditam*

ditam & perſpicuam explicationem orthodoxæ fidei de uno vero Deo, Patre, Filio & Spiritu S. adverſus blaſphemos Georgii Blandratæ & Franciſci Davidis errores, libris duobus comprehenſam. Viteberga 1571. 8. Scripſit etiam *Confutationem omnium hæreſium & errorum quæ ſparguntur à novis iſtis Arrianis*, teſte Simlero in Ep. Bibl. Geſn. fol. 555. *Scripta.*

Caſsius Bartholomæ. natione Dalmata, patriâ Curictenſis, P. S. J. & Miſſionarius ad Turcas, Collegii Regnenſis Rector: deinde Pont. Rom. Urbani VIII. ad S. Petrum in Vaticano Pœnitentionarius: Scripſit bono ſuæ patriæ: *Inſtitutiones Linguæ Sclavonicæ* Lib. II. Romæ Typis Zannetti A. 1604. in 8. Et linguâ Sclavonicâ *Chvale Duchovne*, h. e. Laudes ſpirituales, Verſu. *Od molitve koja ſe ciny pametyu*, ſeu, de Meditatione. *Pieſni Duchovne pedeſet Dalmatinski* i. e. Pſalmi quinquaginta. *Nauk karſtyanski kratak*, ſeu Doctrina Chriſtiana brevis, Roberti Bellarmini. *Hiſtorie Loretane Diela dva*, h. e. Hiſtoriæ Lauretanæ Lib. 2. Romæ typis Zannetti 1607. 8. *Xivot S. Ignatia Skrachieni*, ſive Compendium Vitæ S. Ignatii. *Perivoy od Dievſtva*, h. e. Hortus Virginitatis, in quo nimirum deſcribuntur Vitæ 25. Virginum, Typis iisdem 1625 8. *Zarcalo Nauka Karſtyankoga od Iſpovieſti*, y od Priceſtena, i. e. Speculum Confeſſionis, collectum ex variis Auctoribus. Ibidem 1631. 8. *Xivot S. Franceska Saveria Apoſtola od India*, ſive Vita S. Franciſci Xaverii Apoſtoli Indiarum. *Xivot Svanaſcega Iſu Karſta.* Vita Domini noſtri Jeſu Chriſti. Romæ. 1638. 8. *Pieſni od Pokvala Baxyik.* Hymni Breviarii Pii V. & Clementis VIII. *Rituale Romanum, Urbani VIII. Pont. Max. juſſu editum Sclavonicâ linguâ.* Romæ ex Typographia Sacr. Congreg de Propag. Fide A. *1670.* 4. nomine ſuo Præfationi addito. *Evangelia & Epiſtolas Miſſalis Romani, linguâ eadem.* Romæ 1641. fol. Vid. Alegambii Bibliotheca Scriptorum Soc. Jeſu. fol. 56.

Cepio Coriolanus, *Dalmata*, qui Scodræ (ea Albaniæ regionis caput eſt) degebat A. C. 1478. cum illam, ſed irrito conatu

Scriptum Muhamedes obſideret. Deſcripſit Libris III. res geſtas *Petri Mocenici*, Veneti Imperatoris, ejus, qui poſtea ſeptuageſimus Venetorum Princeps fuit, cum anno uno, menſibus duobus Rempublicam gubernaſſet, anno obiit 1475. Meminit operis hujus etiam Cuſpinianus in Auſtria ſua de Imperatoribus. Baſileæ autem prodiit, cum aliis quibusdam 1544. *Vid. Voſſius de Hiſt. Lat. p. 568.*

Chartuitius ſeu Chartuitus, *Epiſcopus Hungarus*, ſeculo P. N. C. undecimo. Hic in literas retulit Vitam S. Stephani, primi *Scriptum* Regis Hungarorum, qui genti ſuæ ad Religionem Chriſtianam præiverat. Eam dicavit octavo Regi Ung. Colomanno, qui imperare cœpit A. C. 1095. atque obiit 1104. Habes hanc Vitam in *Surianis Collectaneis* ad 20. Aug. nec non in Jacobi Bongarſii Collectione Hung. rerum Scriptorum. Mentio item fit illius Vitæ *in Annalibus Eccleſ. Caſ. Baronii ad A. C. 989. 1000. & 1002.*

Chladni Georgius, *Trentſchinio-Hungarus*, prodiit *Scripta.* ipſius operâ libellus hoc cum titulo: Inventarium Templorum, continens Res eas, quæ in Templis, & extra illa ſunt, cum Dedicatione & Encæniis, in hanc formam ex variis Autoribus collectum, ac Approbatione & Permiſſu Maxime Reverendæ Facultatis Theologicæ Acad. Lipſienſis, editum à Georg. Chladni, q. V. D. M. & Paſtor Metallic. ad D. Johan. vulgò Berg. in Agro Aurifero Cremnicienſi in Hungaria, nunc Exule quinquennali, Gorlicii, 1679. 12. Nuptiarum neglectarum Bona, das iſt: Hochzeit-Straffe, oder wie und mit welchen Land-Plagen die Verachtung der Geiſtl. Gnaden-Hochzeit / und derſelben Diener / GOtt in ſeinem Zorn gemeiniglich zu beſtraffen pfleget: Nach Anleitung des Textes Matth. 22. v. 7. im Jahr Chriſti 1675. in der Fürſtl. Sächſiſchen Reſidenz-Stadt Merſeburg / in einer Mittag-Predig erkläret von *Georg Chladni* --- Merſeburg gedruckt 1675. 4.

Chladni Martinus, *Hungarus*, typis ſubjecit Differt. de Eccleſiis Colchicis, earumque ſtatu, doctrina ac ritibus, cum Præfatione Conradi Samuel. Schurzfleiſchii, Vitebergæ, impenſis Chriſt. Theophil. Ludovici 1702. 4. *Item* Epiſtolam de Abuſu Chymiæ in Rebus Sacris, ad D. Theoph. *Wernsdorffium S. Theol. P. P.* quæ ad calcem prioris Diſſertationis adjecta eſt. Item Diſſertationem de Diptychis. Item der Verklärte Jeſus oder 12. Betrachtungen über die Hiſtorie der Verklärung Chriſti. Leipzig 1707. 8. *Scripta.*

Chryſogonus Laurentius, *Dalmata Spalatenſis*, P. S. J. obiit 1650. d. 24. Martii ætatis 60. *Struxit*: Mundum Marianum, ſeu Mariam, ſpeculum Divinitatis, & Mundi cœleſtis, Tomis II. *Vid. Witte in Diario Biogr. A. 1650. d. 24. Martii.* *Scriptum*

Coloſvári Johannes, *Hungarus*, Ord. Prædicat. Epiſcopus olim Csanadienſis, fuit Ablegatus Regni Hungariæ, anno 1562. ad Concilium Tridentinum. Vir præclara eruditione atque doctrina.

Comuleus Alexander, *gente Sclavus* P. S. J. pro ſuæ nationis hominibus ſcripſit, & edidit Romæ typis Zanetti 1606. 12. *Speculum Confeſſionis, linguâ Sclavonicâ, in qua etiam doctrinam Chriſtianam Roberti Bellarmini transtulit.* Obiit Raguſæ d. 11. Julii 1606. Vid. Alegambe Bibl. Script. Soc. Jeſu fol. 11. *Scriptum*

Cordatus Conradus, *Hungarus*, S. Theol. Doctor Evangelicus, Verbi Divini Miniſter, circa annum 1526. Budenſis in Hungaria, deinde cum hinc eſſet pulſus, Stendalienſis in Marchia. Vid. Joh. Molleri Homonymoſcopia p. 848.

Corteſius T. Alexander, *Dalmata*, edidit Orationem in Epiphania Domini: & panxit carmine Epico laudes bellicas Matthiæ Corvini, Hung. Regis A. 1531. quæ leguntur in Hiſtoria Hung. Ant. Bonfinii à folio 892. ad fol. 914. *De eo Janus Duza in* *Scripta.*

Digitized by Google

Præf. altera Annalium Batavicorum, quos carmine reliquit, *ita*
Elogium. *ſcribit* : Poſt quos aliquot Seculis interjectis natus Alexander Corteſius, vel hoc ipſo commendandus, quod intermiſſam res geſtas verſibus ſcribendi conſvetudinem novâ laude reparavit, in illius Regis virtutibus celebrandis, cujus magnitudo maximorum Poëtarum vires facile exhaurire potuerit.

MATTHIAS CORVINVS
Cognomento MAGNVS
Rex Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque: necnon Sileſiæ & Lucenburgenſis Dux, Marchioque Moraviæ & Luſatiæ.

Matthias Corvinus omnis virtutis atque elegantiæ ſtudioſus, bello & pace ſummè clarus, quo nemo à multis ſeculis (judicio quidem J. Lipſii Cent. I. ad Belg. Epiſt. 205) melior, prudentior, militiâ clarior aut felicior, & addam, veterum rerum ex Principum cenſu, doctior fuit, patre prognatus eſt terrore illo Turcico, *Johanne Hunyiade Corvino*, Vaivodâ Tranſylvaniæ, Duce copiarum Ladislai Regis Hung. ingentibus contra Turcas victoriis A. 1442. & 1443. inclyto, poſt Regis autem illius obitum Regni Hungarici Gubernatore feliciſſimo, Turcarum domitore invictiſſimo, quorum Cognominum *primum* accepit ab arce *Hunyad*, in extrema Tranſylvaniæ ora, *alterum* verò à vico, in quo natus eſt, ut communis hactenus opinio tulit. Licet *Auctor Anonymus Sinæ & Europæ cap. 37.* cognomen hoc inditum ei fuiſſe putet à corvo, qui annulum ſponſalitium matri ejus Eliſabethæ, ex antiquiſſima non minus quam generoſiſſimâ *Szilágyiorum ab Horogſzög*, Nobilium Hungariæ proſapia ſatæ, eripuerit, ſagittisque impetitus, iterum dimiſerit, qua velut nota na-

Mat-

Digitized by Google

Matthias poſtmodum à Patre Johanne Hunyiade fuerit agnitus. Cujus rei fidem fecit ipſe, Corvini cognomine adoptato, & nummo aureo cuſo, (quem corvinum, vulgo Rabler Ducat-n vocant) cujus clypeo inſeruit corvum roſtro annulum tenentem. Acceſſit ſuperſtitio popularis, ut in difficillimo niſu laborantibus, per Hungariam hodieque applicentur ducati illi ad crura, vulgoque creduntur opitulari multum. Sed quicquid de eo ſit, Matthias, poſtquam fratri Ladislao caput enſe rotatum, captus, Viennam deductus, & in vincula conjectus fuit, tanquam conſcius inſidiarum, quæ Regi pararentur. Mater vero hujus, heroici certè animi fœmina, & flentibus lamentisque fœmineis haut indulgens, arma contra regem ſumpſit, Turcarum etiam auxilium, niſi res Procerum interventu compoſita fuiſſet, imploratura. Sed priusquam Matthias noſter ex pacto dimitteretur, rex ſubita morte extinctus, anno 1457. noſter Pragam migravit quem Georgius Podiebradius gubernator in cuſtodiam recepit. Interim Hungari avorum Corvini noſtri, optime ſemper de Hungaria meritorum, memores, inſtinctu potiſſimum Michaelis Szylágyi avunculi, regem illum elegerunt: & numeratis Georgio quinquaginta millibus aureorum redimunt, qui etiam filiam ſuam ei deſpondet, qua extincta, aliam thori ac regni ſociam ſibi adjunxit Beatricem Aragoniam, Ferdinandi regis Siciliæ filiam, ex qua nullos liberos ſuſcepit. Itaque noſter ſolenni pompa Albæ Regali anno 1464. coronatus, unctus atque proclamatus, ita ſe regem præſtitit, ut Mahumedes II. ob virtutem felicitatemque bellicam inter Chriſtianos potentes, eum ſolum Principis nomine cenſuerit dignum. Neque enim eo regnante deerat regno conſilium, muſis aſylum, ſtipendia militibus, clementia ſubditis, ſolatium deſertis. Et vero jam ineunte juventa ſtatim pium, bonum, felixque ingenium Hungariæ ſpopondit, ac talem belli & pacis arte clarum futurum regem, qualem antea cognitum habebant. Imo adhuc adoleſcentulus, cùm audiret Muſicos patrios ſonare Poëmata de prætiis & laboribus *Rolandi* vel *Theodorici Veronenſis*, cum gaudio & animi alacritate exſiliit, & geſtus pugnantium,

mani-

manibus ac pedibus expreſſit, in eaque intentione ſæpè magnam partem diei, oblitus cibi potusque, immoratus fuit. Ideoque & Parentes optime de illo ſperabant, *& Johannes, Cardinalis Legatus Pontificius*, qui illâ ætate laudem ſapientiæ habuit, palàm dixit, ſe in hoc puero virtutem & fortunam regiam manifeſtè deprehendere. Præter ſingularem militarem, & legum diſciplinam, Philoſophiæ etiam, & aſtris plurimum operæ navavit Matthias, cœli naturam rimatus eſt, ut nihil ferè niſi conſulto horoſcopo aggrederetur. Doctorum virorum amator & cultor fuit eximius, quos è regionibus diverſis convocabat, æſtimato illo: *Quicquid humani generis floris eſt, habere curiam decet:* & revera conſtat, probatorum virorum judicio, Matthiæ Regis tempore, nullam in toto orbe Chriſtiano Regiam frequentiorem doctis hominibus fuiſſe, quam Hungariam. Sane *Johannis Mülleri*, aliàs *Regiomontani* dicti, Ephemeridas, Matthias tanti fecit, ut ob inſcriptionem illarum, Autorem 800. aureis numis donaverit, eundemque eruditorum colloquiorum cauſa menſæ contubernio adhibuerit. Budæ Bibliothecam ex latinis & græcis voluminibus, ex media Græcia congeſtis, ingenti ſumptu comparatam habuit amplam & bipartitam, à primis rudimentis usque ad caput omnium ſcientiarum, per capſulas, & locos ordine diſtinctam: quæ poſt occiſum quidem ad Mohács *Ludovicum*, majori ex parte rabie Turcarum dilaneata fuit, hodie tamen haud ignobili ejuſdem librorum numero partim Bibliothecæ Vindobonenſi Cæſareæ, partim Gvelferbytanæ illato. Nec ignorabat prudentiſſimus ille Rex, ſplendorem quoque Regem decere, ut fulgeat Majeſtas à ſuperis conſtituta terrenis ornamentis: hinc forum Budæ præcellentium artificum tabernis exornarat, qui ex Italia præſertim certis invitati præmiis Budam confluebant. Regia enim Budæ veræ virtutis domicilium, perpetuique ſplendoris hoſpitale diverſorium cunctis gentibus patebat: quandoquidem vincere hoſtes, & ſcribenda facere, & virtutem liberaliter exornare, Regiæ fortunæ proprium munus eſſe duceret. A. 1459 interceſſit ei bellum cum Friderico Rom. Imperatore, quod deinde

ſub-

Digitized by Google

ſubſeqventibus annis ſubinde ſolitum eſt recrudeſcere. Retinebat enim *Fridericus* coronam Regni Hungariæ, qvam olim unà cum puero miſerat ad eum mater Ladislai, & habebat ſtudia aliqvorum Procerum, qvi ipſi faciebant ſpem de regno: copiæ etiam Cæſaris hoc anno fuerunt victrices. Motus tamen ſedati ſunt & Cæſari multæ factæ promiſſiones. Hâc illuſtri fama Chriſtianorum Regum florentiſſimus cum vigeret, & jam Viennæ qvinqvennium regnaret, ibiqve per Legatos ultro citroqve miſſos, pax inter ipſum & Imperatorem tractaretur, qvam ad certam diem Imperator & Rex præſentes ratam & firmam haberent, ſacramentoqve confirmarent, inter plurimas Legatorum gratulationes, vota, laudesqve victoriarum, ac triumphorum, ex communi fama, Apoplexia A. 1490. correptus, menſe Martio, qvi à Marte ita dictus, ipſo die Martis, ante feſtum Paſchæ, Martialis iſte Rex mortuus eſt. Mortui eo qvoqve die Leones omnes, qvi Budæ detinebantur: poſt Calendas verò Januar. dicti Anni, cœlum in Hungaria intonuit: Danubius inſolenter poſt obitum ejus excrevit, multos pagos & accolas urbes inundavit, ut extincto Regni Propugnatore Hungariam à Turcarum incurſu tueretur: Nulli eo tempore corvi, qvi Corvinæ domûs inſignia referunt, Budæ ſuſpecti ſunt; contra Albæ, ubi Regum Hungariæ monumenta ſunt, tanta corvorum mutuò inter ſe crocitantium multitudo ſpectata, ut omnes hinc mortem Regis facilè hariolarentur. Alii longè ex diverſis cauſis mortuum ſcribunt Matthiam, & titulum mortis illatæ, alii aliis rebus tribuunt. Corpus ipſius Viennâ in Albam Regalem translatum, ibiqve in Regum monumento ſepultum. Proceſſit autem funerationis Matthiæ Regis ceremonia, modo ſeqventi, qvam propter veterem Regum ſepeliendorum ritum breviter attingere placuit. Clerus funale accenſum geſtans ordine præcedebat, qvem ſecuti Regii cubicularii, cum ceteris aulicis funalia portantes, mox & viri ex regiis purpuratis tecti armis, & eqvis cataphractis inſidentes, panno ſericeo ferreum equorum ſpeciem ad terram promiſſo tegente, qvi aurata Regis vexilla per terram trahebant. Poſt hos Proceres circumſtantes

feretrum, purpurâ auro contextâ opertum; poſt qvos Antiſtes qvidam Italus cum Præſulibus. Hoc ordine ad ædem D. Virginis ſolitam Regum ſepulturam progreſſum eſt, ubi corpus Matthiæ ſedecim ante diebus jacuit nudâ humo conditum. Nam Regium ſepulchrum, qvod magnificâ operâ extrui curaverat, nondum erat perfectum. Feretrum in eum locum delatum, ubi teſtudo illa artificioſa inſtructa erat, cum vexillis ibidem affixis. Antiſtes Albenſis officium in templo faciebat: Epiſcopus Noceranus funebrem Orationem habuit, Regis donaria illi Eccleſiæ donata, ſupra qvam viginti millibus aureorum æſtimata ſunt: omnes veſtes ſacerdotales ſericeæ unionibus intertextæ. Ferdinandus Neapolitanus Rex ſocer, & Raguſa Dalmatiæ Civitas qvoqve juſta Matthiæ perſolverunt. *Majeſtatem nominis Magni iſtius Regis tali celebravit poſteritas diſticho:*

Corvini brevis hæc urna eſt, qvem magna fatentur
Facta fuiſſe Deum, fata fuiſſe hominem.

Aliud in ſepulchro ejusdem:

Matthias Regum ſpecimen, & gloria Martis
Hic jaceo fortis, obrutus ante diem.
Qvi domui Reges, populos, fortesqve Bohemos
Invaſi ſolus, qvi timor orbis eram.
Cæſare de gemino fateor duxiſſe triumphum,
Alter Germanus, Turcicus alter erat.

Ex variis Hiſtoricorum monumentis, veluti ex *Petri de Reva Centuriis De Monarchia & S. Corona Regni Hungarici*, *Ex Annalibus Sileſiæ Joach. Curai: ex Elogiis Virorum bellicâ virtute illuſtrium Pauli Jovii.* Huc inſtar omnium tamen facit *Hiſt. Hung. Ant. Bonfinii:* item *Galeottus Martius de Dictis & Factis Matthiæ Regis Hung.* Conferri præterea meretur etiam *Balth. Exneri Valerius Maximus Chriſtianus.* Conſule quoque infra vocem *Szilágyi (Mich.)*

De theſauro verò *Matthiæ* librario inæſtimabili, ſive celeberrima ejuſdem Bibliotheca, notitiam, ſi non plenariam; tamen ſatis fructuoſam præbet elegans eruditaqve Epiſtola *Julii Pflu-*

Pflugii, Eqvitis Saxonici, Jenâ 1688. die 26. Junii ſcripta ad Perilluſtrem atqve Generoſiſſimum *Vitum Ludovicum à Sekendorf*, Eqvitem Franconicum, Dynaſtam in Oberzen & Muſelwitz: Virum de utraqve Republica meritiſſimum, præter fata Bibliothecæ Budenſis, librorum qvoqve in ultima expugnatione repertorum catalogum exhibens, conſtans 5½ phyliris: Item *Joh. Alexandri Braſſicani* JCti, Epiſtola, ad Chriſtophorum à Stadion Epiſcopum Auguſtenſem, de Bibliothecis, cumprimis Regia Budenſi, Viennæ A. 1530. die 1. Martii exarata, conſtans 5. plagulis in forma 4ta. Iſtæ autem Epiſtolæ ambæ nunc inſertæ reperiuntur libro cujus titulus: Joach. Joh. Maderi de Bibliothecis atqve Archivis Virorum clariſſimorum Libelli & Commentationes. Cum Præfatione de Scriptis & Bibliothecis Antediluvianis, cujus ſecundam Editionem curavit J. A. S. D. Helmſtadii 1702. 4.

Anno 1708. menſe Martio, *Jenæ* eruditam Diſſertationem Hiſtoricam, *de Johannis Hunyiadis*, ſive *Corvini*, Hungariæ Gubernatoris feliciſſimi (Patris ſcilicet Magni Matthiæ Regis) *Ortu & Nativitate* publicè defenderunt: Præſes *M. Joh. David Baierus*, Reſpond. *Carolus Chriſtian. Beſſer*, Liſſenâ-Oſterlandus: in cujus Cap. I. exhibet ſcriptores nonnullos, qui Joh. Hunyiadis hiſtoriam pertexuerunt, ſuntqve Ant. Bonfinius in Hiſtoria rerum Hungaricarum, Mich. Ritius in libris 2. de Hungariæ Regibus, T. Alexander Corteſius in carmine de laudibus Matthiæ Corvini, Æneas Silvius, Philippus Callimachus in hiſtoria Vladislai Regis & cladis Varnenſis, *Franciſcus Comes de Nádasd* in *Mauſolæo regni Apoſtolici Hungariæ*, qvo non Ducum ſolum primorum, ſed & Regum, ad Ferdinandum usqve IV. effigies æri inciſas exhibet, vitasque ſimul inſcriptionibus argutis complectitur. II. fabuloſas de Joannis Corvini ortu traditiones recenſet ac refellit. Ajunt nempe, referente Bonfinio, Sigiſmundum Romanorum Imp. in Tranſylvania agentem, cum ingenua venuſtiſſimaqve Valachi cujusdam nobilis puella concubuiſſe, hanc tertio è ſe menſe repetitam, gravidam deprehendiſſe, donaſſe magnificè, ac ſymboli loco annulum reliqviſſe, mandaſſe, ut, qvicqvid pareret, dili-

genter aleret, educaretqve, educatumqve ad ſe cum ſymbolo mitteret. Hanc deinde ample dotatam Valacho haud qvaqvam ignobili, mox detecto facinore nupſiſſe, qvi, ob dotis amplitudinem & ingenui ſtupri gloriam, oblatam a puella conditionem minime recuſavit. Scitum & elegantem hinc puerum in tempore fuiſſe editum, qvem mater Joannem appellavit. Qvum infans in matris gremio jaceret, advolaſſe corvum, & annulum ſymboli loco datum abſtuliſſe. Parentem ingenti dolore correptum virum ſubito exoraſſe, ut corvum inſectaretur, & annulum recuperaret, ne pueri ſpes magna inauſpicatæ avis perderetur. Virum tandem confoſſo ſagittâ corvo annulum recepiſſe. Joannem eximiæ deinde pulcritudinis adoleſcentem, materno iuſſu ad Sigiſmundum veniſſe, & oſtendiſſe annulum: recognito Regem annulo prædiis ac villis eum amplè donaſſe. Sed meras has eſſe traditiones, Autor monſtrat, qvibus referendi, Bonfinius aliiqve, nullam adhibuerint fidem; additqve cum ratione temporum traditionem non congruere, ſiqvidem Hunyiadem anno circiter 1402. natum fuiſſe, ex ſedula annorum connumeratione colligatur; Sigiſmundum verò aliqvot ante & poſt annis Tranſylvaniam non intraſſe, qvem tùm captivum Hungarorum conjurati tenuerint. Contradictionem manifeſtam apparere in Ziegleri Theatro Temporis, qvi fabulam ex Bonfinio repetens primum dicat, Joannem à Sigiſmundo, paucis vero interjectis lineis a Valacho conceptum. Sigismundum procul dubio non tantum prædia ac villas, ſed ampliores provincias puero fuiſſe daturum, ut bene Bonfinius notat: *qvod ſi* inqviens, *vera hac fabula fuiſſet, qvis ambigat, Sigiſmundum, profuſiſſimæ prodigalitatis Imperatorem, non ſolum agro, ſed regno, cum virili prole careret, hunc eſſe donaturum?* Reliqvas ſive dignitates, ſive terrarum poſſeſſiones, qvas adeptus eſt Corvinus, non certe ex Sigiſmundi potuiſſe habere munificentia, utpote qvas, defuncto demum illo, partim benigna ſors adjecerit, partim proprius ipſi labor ac fortitudo conquiſiverit. Autorem verò hujus figmenti facit Ciliæ Comitem, qvi locum Hunyiadis optavit, nec poſt electionem ab eo pro-

promiſſum acceperat aurum &c. qvod Germani, ſuaptè naturâ Hungaris infenſi, ne Corvino ſangvine, ut gentilitia corvi inſignia teſtabantur, natus eſſe videretur, arripuerint, & latius domi foriſqve proſeminaverint. III. in genuinam Hunyiadis originem ac familiam inqvirit. Statuit autem, hanc a Corvinis Romanis, cujus autor Marcus Valerius, Corvi ſeu Corvini nomen adeptus a duello, qvod cum Gallo qvodam procero iniit, in qvo corvus repentè in galea ejus conſedit, & qvotiescunqve certamen initum eſt, levans ſe alis, os oculosqve hoſtis roſtro & ungvibus appetiit, donec Valerius Gallum prodigio territum obtruncaret. Ex hiſce Corvinis ortus fuit Viſpanius Meſſala Corvinus, qvi, Tacito teſte, Pannonios Mœſiosqve ſedavit, atqve ita Corvinorum nomen in provincias Daciæ vicinas tranſtulit. Imo Bonfinius probat, Corvinæ gentis veſtigia inter Pannones Dacasqve jam ante extitiſſe, cum Marcus Valerius Meſſala Corvinus, gentes iſtas, jubente Auguſto, debellarit, indeqve *provincia Valeria, qvæ Danubium inter Dravumqve jacet, ab hoc Valerio Meſſala Corvino nomen acceperit.* Qvin & *regionem qvæ inter Dalmatiam & Pannoniam ſita eſt, a Meſſala Corvino Corvaciam nominari*, idem contendit; præterea prope *Theutoburgium Corvacum oppidum à Corvinis*, fortè per colonias illuc translatis, *ædificatum*, ex fide dignorum lectione annalium affirmat. Succedentibus temporibus nunqvam defuiſſe apud Pannonas, qvi de Corvinorum prognati eſſent ſemine, luculentis teſtimoniis ſtatuminat Bonfinius; qvæ inter non ultimum, qvod ſua adhuc ætate in Tranſylvanis ſuperfuerit pagus, qvem *Corvinum* dixerint. Hoc natum fuiſſe Joannem, & ab hoc qvoqve & antiqvis progenitoribus appellatum fuiſſe Corvinum, teſtatur idem Bonfinius; & patre qvidem *Buthone*, Valacho nobili, ex Romanis ſuperante colonis; matre *Eliſabetha Palæologa*, natione Græca, veteri atqve imperatorio ſanguine creta. Johannes Cuſpinianus autor eſt, Joannem Corvinum natum fuiſſe in oppido ſeu vico Tranſylvaniæ *Hunyad*; cujus tamen autoritatem Noſter illa Bonfinii facile eludit, faſſus interim, vicum illum *Hunyad* inter reliqvias

Digitized by Google

prædiorum referendum eſſe , qvibus à Sigiſmundo Imp. ob præclara facinora donatus fuit Joannes , qvæqve *Hunyiadica* tunc dicta. Et ab his prædiis facilè cognomen Hunyiadis , præter Corvinorum gentilitium , ipſum habere potuiſſe , concedit ; unde verò Hunyiadicorum nomen prædiis illis impoſitum , an ab Hunnis , an aliunde , nihil referre exiſtimat. Corvum in inſignibus qvod attinet , eum , teſte Bonfinio , etiam jam geſtarunt Matthiæ Regis Majores. T. Alexander Corteſius ejus originem refert ad ſomnium *Elyſa Syilágyia* , quæ Joannis Corvini Hunyadis conjux ; & Matthiæ Regis mater fuit , quæ gravida ſub qvercu recubans viderit corvum , elapſum digito annulum ſurripientem , inqve qvercum provolantem , ſed ex arboris cacumine annulum cum gemma in ſinum prægnantis dejicientem. Ge. Andr. Schmidt , fortè ex antiqvo Hungariæ Chronico refert , corvum aliquando Matthiæ Regi abſtuliſſe pulcrum annulum , Regem verò prehenſo arcu furem in medio volantem aëre ſagittâ trajeciſſe , ut una cum annulo deciderit in terram. Noſter interim , qvod aliis haud inſolens eſt Principibus , id à Matthia qvoqve factum eſſe , autumat ; nempe quod augmentum aliqvod inſigni ſuo adjecerit , annulum , corvi gentilitii roſtro contentum , ſingulari qvippe adductus caſu , cujus ita ſervare memoriam voluit ; ſive is ſomnium à Corteſio enarratum , ſive tandem furtiva fuerit annuli ablatio à corvo domeſtico , aut alio , perpetrata. Literis Wertherianis , $3\frac{1}{2}$. pl. in 4.

Coryli Samuel , ex Comitatu Hung. Turocienſi oriundus, Philoſophiæ Magiſter , & Poëta Laur. Cæſ. Officio Eccleſiaſtico in Comitatu Schvarzburgo-Sondershuſano præfectus , in hunc usqve diem eodem , inſigni cum animarum ſalute, vigilanter defungitur. Per id tempus verò , qvod in florentiſſima Thuringiæ Academia Jenenſi literis impendit , ſeqventia eruditionis ſuæ atqve ſolertiæ edidit ſpecimina :

Reginam Auſtri ex I. Reg. c. 10. v. 1. & ſeqq. qvam in forma Diſput. publica , praeunte Joh. Andr. Schmidio , *Philoſophia Prof.*

Digitized by Google

Prof. Publ. Autor & Reſpondens ſtitit Jenæ 169; in 4. Diſſ. Theol. de Impoſſibilitate reditûs in gratiamDei, ſemel :miſſam, ex Hebr. c. 6. v. 4. 5. 6. qvam in Academia Jenenſi Præſide Valentino Velthenio *S. Theol. D. & P. P. publicæ doctorum ventilationi propoſuit A. 1697. in 4. Diſput. Phyſicam de Corylo Jobi ex Geneſ. c. 30. v. 37. 38. 39. qvam benigniſſimo inclytæ Facultatis Philoſ. indultu, is ipſe Præſes, reſpondente Chriſtoph. Henr. Wenzelio, Benkenſteinienſi-Cheruſco, exhibuit, Jenæ 1698. 4.* Præterea Bajerum Erotematicum emiſit, ſub hoc titulo: *Gvil. Bajeri Compendii Theologiæ Poſitivæ Synopſis, per ſuccinctas & intellectu faciles qvæſtiones, ubi omnes termini Philoſophici exterminati, non ſolum ad uſum SS. Theol. Studioſorum, ſed etiam ſcholaſticæ Juventutis ita adornata, ut nihil eorum, qvæ ad fidem & ſalutem creditu ſunt neceſſaria, qvæqve in B. Autoris Compendio proſtant, ſit omiſſum, ſed id paſſim etiam dictis Scripturæ Sacræ confirmatum &c. Lipſiæ 1708. 8.* Scripta.

Csipkés Georgius, *Jaurino-Hungarus*, SS. Theol. in illuſtri olim Gymnaſio Debrecinenſi, Doctor & Profeſſor clariſſimus, atqve Eccleſiæ in eadem urbe Calvinianæ Antiſtes zeloſiſſimus. Condidit: *Scholam Hebraicam in uſum Scholarum Debrecinenſium, Trajecti ad Rhen. 1654. 8. Hungariam illuſtratam, ſive Explicationes lingvæ Hungaricæ, ibid. 1655. 12. Diſputationem de Bis mortuis. Philoſophiam Hungaricam. Et complures Conciones à ſe publicè habitas, in Hungaria impreſſas. Stephanus Eſzeki, in Dedicatione, libello ſuo cui titulus: Prima Veritas defenſa, præmiſſa, ſeqventi modo laudat Csipkéſium:* Scripta. Elogium.
Tu etiam, Clariſſime Doctor Comarine, non contentus apud tuos diu Scholaſticæ Juventuti, ut & hodie Eccleſiæ, *cum laude & gloria, cumqve multorum applauſu præeſſe*, multorum in Academias Belgicas promotionis Auctor fuiſti, & hodie adhuc contendis.

D. Dal-

Google

D

Dalmata Hermannus, *vertit in Latinum ſermonem ex Arabico, de Generatione Mahumedis & nutritura ejus Lib. I. Item Chronica mendoſa & ridiculoſa Saracenorum, de Vita Mahumedis & ſucceſſorum ejus. Joh. Oporinus impreſſit Baſileæ cum Alcorano A. 1546.*

Scripta.

Dalmata Julius, A. 1460. vixit, & Tract. de Animæ potentiis conſcripſit. Vid. G. M. Königii Biblioth. Vet. & Nova.

Dalmata Trypho, ob ſurreptos ſibi qvingentos aureos, mœrore obiit. Erat Philoſophus & Poëta acutus, ingenioſus & terſus. *Pierius Valer. de Inf. Lit. p. 161.* affirmat: ſuam ætatem rariſſimos habuiſſe, qvos Latinarum Græcarumqve cognitione Tryphoni conferre poſſet. Addit, ipſum Timonico fuiſſe ingenio, adeo ut humanum genus omne evitaret, nulliusqve contubernium ultra triduum ferret.

Judicium.

Dalmatinus Georgius, *patriam habuit Slavoniam:* Vir orientalium lingvarum peritiſſimus, S. Biblia ex fontibus in Slavonicam ſeu Vandalicam tranſtulit lingvam, excuſa Vittebergæ, typis latinis A. 1584. in 4. Titulus illorum eſt ſeqvens: *S. Biblia, to geſt, Svetu Piſmu, Stariga, inu Noviga Sakona, Slovanski tolmacena, ſcuſi* Juria Dalmatina. Atqve hæc omnium prima eſt in lingvam Illyricam S. Bibliorum verſio, unde etiam factum eſt, ut religioſiſſimi hujus viri operâ, Verbum Domini ád iſtud usqve tempus qvaſi ſepultum, Genti illi diffuſiſſimæ in lingva ſua vernacula patefactum, majus lumen præberet ac inferret.

Scripta.

Dalmatius vel *Dalmatianus*, Epiſcopus Cyzicenus, interfuit Concilio Epheſino, ſcripſitqve acta Concilii Niceni.

ni. NB. Alius etiam hujus nominis fuit, *Eremita* vulgò dictus, qui cum per 48. annos in cœnobio ſuo delituiſſet, prodiit, ut Neſtorio ſe opponeret, condemnatione ejus auditâ vehementer lætatus A. C. 431.

N. Damaſus, *Hungarus*, in Jure qvædam ſcripſit, qvæ *Brocardicorum nomine inſignivit*, in qvos libros correctiones edidit Barthol. Brixienſis. Simler. in Epit. Bibl. Geſn. fol. 154. *Scripſit etiam pro religionis Catholicæ pace & Concordia ad Germanos A.* 1558. *Scripta.*

Davidis Franciſcus, natione fuit *Hungarus*, munere ac dignitate Superintendens, ſive Epiſcopus Unitariorum in Tranſylvania: Vix crepundiis valedicens, ſtatim literarum rudimentis qvorum capax ætas ea eſſe ſolet, patrio in ludo hauſtis, tam laudabiles deinceps ſub fideli Præceptorum ſuorum ductu fecit progreſſus, ut celeriter non tantùm coætaneos ingenii gloriâ antecelleret, ſed egregiâ qvoqve indole ſuâ plurimorum vota præcurreret. Unde factum etiam eſt, ut, ſubſecuto tempore, ſe & ſtudia ſua ſacræ deſtinans Theologiæ, os prius lingvis neceſſariis, pectusque artium bonarum & philoſophiæ ſanioris præceptis, maximâ qvâ potuit contentione, inſtruere laboraverit, quo ipſo ſubſidio, præter multijugam eruditionem, dialecticæ inſuper ac eloquentiæ adminiculis inſtructus, in Diſputationum variarum palæſtra, non ſine ſingulari Auditorum cum admiratione ac applauſu, ſæpe ſæpius victoriam reportavit: In ſermonibus etiam Eccleſiaſticis Claudiopoli in Tranſylvania ad populum ex ſuggeſtu habitis, tanta dicendi dulcedine animos illius in ſui amorem pellexit, ut ad qvodvis eidem perſvadendum maxime ſenſerit promtum paratumqve. Erat qvidem primò purioris doctrinæ Evangelicæ aſſertor ac propugnator acerrimus, nihil penſius habens, qvam Calviniſmi in Tranſilvania hinc inde ſerpens malum, atqve operâ *Petri Melii* Theologi Calviniani, tacitè diſſeminatum, radicitùs extirpare,

 ſed

ſed temporis tractu, multiplicibus Calvinianorum perſvaſionibus inductus, fervore paulatim in mitius abeunte judicium, Calvinianis ſe jungens, Syncretiſmo facem præferre laboravit, qua tamen ſpe ſua fruſtratus, in Arianiſmum deinceps, Sociniſmum & Semi-Judaismum prolapſus; toxico hoc ſuo peſtilentiſſimo plures Tranſilvaniæ Ecclesias inficere nervis omnibus contendit, tanto minore verò cum ſucceſſu, qvanto plures purioris doctrinæ Evangelicæ propugnatores medicinam ei depellendo attulerunt. Quantum autem ad *Sociniſmi attinet dogmata*, in capitibus qvibusdam Sebaſtianus Caſtellio, Franciſcus Davidis, ut & Chriſtianus Franken, ceu Semi-Judæi, ab ipſo Socino repudiati fuere, qvi & Eraſmum Johannis, ut Arianum, refutare aggreſſus eſt. Ceterum ſcindebantur A. C. 1552. illi in blaſphemanda S. Trinitate & Pædobaptiſmo conſentientes Cadmæi Fratres, Serveti diſcipuli Albejulienſes & Claudiopolitani, flagrante *inter Blandratam & Franciſcum Davidis* controverſia, de Chriſti (qvi natura homo ſit; non Deus) invocatione, *Blandratâ* qvidem invocandum Chriſtum aſſerente, *Franciſco* autem omnem Chriſto cultum denegante. *Georgius* igitur *Blandrata*, Salucienſis Italus, medicum agens in Aula Tranſilvaniæ Principis, favore & opibus pollens, *Fauſtum Socinum* evocavit, hyperaſpiſten futurum certaminis, atqve curavit, ut apud ipſum Franciſcum Davidis, qvi Claudiopoli concionabatur, habitaret: cujus hoſpitio uſus fuit, ab adulto Novembri 1577. uſque Aprilem 1579. impenſas itineris & commorationis ferente Blandrata. Ne autem, ceu ſupra dictum, Calvinismi malum omnes Tranſilvaniæ Eccleſias penitus inficeret, *Franciſcus Davidis*, ex huc uſqve geſtis audacior, variis Diſputationibus *Petrum Melium* ad meliorem ſententiam revocare, concionibus verò populum ad ea, unde receſſerat, reducere adnitebatur, ſed dum non absque rixis & jurgiis, imò tumultu ſæpius, res finiretur, Davidis fractus, & Nobilium favore illectus, ex objectisqve *Philippi Melanchthonis* Scriptis & variata Auguſtana Confeſſione dubius, in maximo fervore remiſſior factus, plus Eccleſiæ ſaniori defuit, qvam profuit. Offerebant enim ei primas Calviniani, & ut

cum

cum *Petro Melio* Reformationis negotium urgeret, petebant, qvas, inito etiam conſilio, non reſpuebat, ita tamen, ne res proderetur. Sperabat enim, qvi noverat, Saxones Tranſylvanos huc usqve magnificè de ſe ſenſiſſe, ſua induſtria futurum, ut utriusqve Religionis aſſeclæ nefando Syncretismi vinculo colligati in unum coirent, & firmâ veraqve concordiâ connecterentur, & copularentur. Ceterum *A. C. 1559. d. 18. Auguſti,* Mediæ (urbe Tranſylvaniæ) *Matthias Heblerus*, Superintendens Generalis in Tranſilvania, Præſidis, & Magiſter *Dionyſius Aleſius*, Eccleſiæ Föneſienſis Paſtor, Eccleſiarumqve reliqvarum Hungaricarum Lutheranis dogmatibus adhuc aſſentientium Superintendens, Reſpondentis officium fi[illegible]ant, atqve in conſeſſu plurimorum, tam Saxonum Tranſilvanorum, qvam Hungarorum, *Franciſci Davidis & Gaſparis Helti* Opponentium Sophiſticationes feliciſſimè eludebant, eoqve adigebant, ut confuſi eò ſe recipere cogerentur, unde cum Sociis tanto faſtu, & tanto apparatu procedentes advenerant, ac ſi cœlum ipſum Gigantea ſua audacia expugnare ſibi propoſuiſſent. Ob rejectam igitur Calvinianorum doctrinam, *Franciſci Davidis* fervor qvidem remiſſior jam erat, odium vero priſtinum, qvod cum Calvini aſſeclis contra Lutheranos conceperat, hoc remedio ſopiri non poterat, imò & viribus ingenii, & amaritudine animi exacerbati, pertinaciſſimè utebatur, ad odia inter Politicos & Eccleſiaſticos, in perniciem Lutheranorum ruitura, ferenda, hæc enim via adhuc ſupererat, qua Miniſtris Eccleſiarum damna inferri, & à variis injuriis laceſſitis, conſenſus in damnatis dogmatibus exprimi poterat: ſed qvantô feliciori in illo, tantô infeliciori in hoc gaudebat ſucceſſu Franciſcus Davidis Apoſtata. Neqve tali ergo conamine is ipſe id, qvod maximè avebat, conſeqvebatur, ſed fine, qvem ex afflictionibus ac preſſuris Eccleſiarum Saxonicarum in Tranſylvania ſe conſecuturum ſperaverat, excidebat: itaqve ad eas redire artes malebat, qvibus coram, aut in ſuas partes traducere Saxones Tranſylvanos poſſet, aut ipſe de falſitate dogmatis convictus, iis ſe adjungere valeret, diſputationes ſcilicet & colloqvia, ad quæ ut eò facilius adſpiraret, in *Georgii Blandrata*, Ar-

 chia-

Digitized by Google

chiatri Aulici gratiam, cujus magna & apud Principem Tranſylvaniæ, & apud Magnates erat autoritas, ſeſe inſinuabat. Nec fallebat ſpes, Princeps namqve *Chriſtoph. Báthoreus Synodum Provincialem* indicebat *Enyedinum*, qvo Blandratam, cujus deteſtabiles de Sacra Triade opiniones nemini huc usqve innotuerant, cum plena autoritate mittebat, ut tanqvam Præſes ac Moderator Colloqvio Enyediniano intereſſet. Licet verò ſpes in cogenda Synodo non falleret *Franciſcum*, fallebat tamen in ſucceſſu; Poſtqvam enim maxima induſtria & contentione res ex utraqve parte agebatur, & *Calviniani*, Calvini ſui placita ex ipſius Scriptis probabant, & *Lutherani* à Scriptura, ſine urgentibus cauſis, non recedendum eſſe, affirmabant, tandem verò poſt varias, easque acerrimas contentiones, & Calviniani & Lutherani diſceſſerunt. Fractus ergo tot contentionibus *Franciſcus Davidis*, novis rebus ſtudebat, qvod cum aperuiſſet familiari ſuo *Blandrata*, hic jam tempus explicandi ſuum de Deitate dogma ratus, cum videret *Franciſcum Davidis* organum fore aptiſſimum, per qvod merces ſuas putridas, ſituqve & carie obductas ac detritas, publicè venum exponeret, animum ſententiamqve ſuam, ea qua poterat facundiâ, *Franciſco* explicabat, variisqve promiſſis *à Calvinianiſmo ad Arianiſmum trahebat*. Qvo obtento, Principi Tranſylvaniæ idem toxicum in qvotidianis collocutionibus porrigebat, remotoqve *M. Dionyſio Aleſio*, Eccleſiaſte Lutherano, & qvi Principi huc usqve à concionibus fuerat ſacris, *Franciſcum* paulò ante commemoratum ſucceſſorem deligebat, qvi callidè & pedetentim *Servetianam hæreſin* in S. Trinitatis negatione conſiſtentem, ex Scriptis *Michaelis Serveti*, Hiſpani, & *Joh. Valentini Gentilis*, Itali, aliorumqve Scriptis concipiebat, poſt deceptum Principem, reliqvis etiam Aulicis inſtillare ſtudebat. Poſtqvam autem *Franciſcus* fatali qvadam exiſtimationis ſuæ clade, ceu ſupra dictum ex Diſputatione illa A. C. 1559. cum *Heblero & Aleſio* Theologis Lutheranis, in urbe Medienſi habitâ, ad rabiem usqve exagitatus, vix mentis compos, novas qvotidie Theſes atqve Hypotheſes ſententiæ ſuæ probandæ cauſa, ſibi effingeret, ſcilicet, Chriſtum eſſe nu-

dum

dum hominem, *non à Patre ab æterno genitum, nec ab initio ante omnes creaturas à Deo creatum, nec ex* ἐπιλέυσει *Spiritûs S. in utero Mariæ conceptum, ſed ex humano Joſephi ſemine prognatum, ut qvilibet homo ex ſemine paterno generatur, mortuum non ut Satisfactorem, collocatum ad dexteram ſine ullo Mediationis officio*, & qvæ vel Judæorum Turcarumqve nugas atqve blaſphemias impietate vincebant; hæcqve vulgò etiam innoteſcerent: Blandrata cum Socino reliqvisqve aſſeclis, metuentes, ne tetri hi errores ſibi qvoqve imputarentur, ſeriem totius diſputationis Principi Tranſylvaniæ *Chriſtophoro Báthoreo* deferebant; ſatius enim putabant, rem ipſam prodere, qvam in apertiſſimum vitæ & fortunarum diſcrimen incidere. Cognitis igitur tam blaſphemis *Franciſci Davidis* aſſertionibus, Princeps cuſtodiæ ſatellitum in ædibus Parochialibus eundem committebat, moxqve coactâ Synodo, Conſeſſui Procerum & Paſtorum commendabat, ut cognitâ cauſa, eundem vel condemnarent, vel abſolverent, vel ſi ad meliorem frugem reduci qviret, informarent. Introductus in Congregationem, interrogabatur; num illarum Aſſertionum autor eſſet, qvas non ſolum vulgus ſuas diceret, ſed & hi, qvi antea ipſi conjunctiſſimi fuiſſent, ſibi adjudicarent, qvo, ab initio moti certaminis, ſe idem qvod alii, qvi in ipſum jam ſolum fabam cuderent, docuiſſe, reſpondebat: Idem aſſerebat *Lucas* qvidam, *Davidis gener*, Claudiopolitanorum Notarius publicus, & *Alexand. Drágetta* complices, ut blaſphemiarum, ſic & vinculorum. Interea uxor qvoqve *Franciſci* à Principe eſt advocata, ut de ſui mariti & vita & doctrina cognitio hauriretur uberior, quod cum fieret, tam horrenda ei objiciebat flagitia Actrix Uxor, teſtibus omni falſitate carentibus, ſignisqve evidentiſſimis, ut omnium conſilio, indignus Uxore, imò ipſo hominum conſortio, judicaretur, mulierqve à tanto carcinomate ſejungeretur. Qva ratione à propria uxore mirum in modum coarctatus, & infamiâ publicè notatus, omnem ſui exiſtimationem, etiam apud aſſeclas ſuos amiſit. Qvamvis autem qvovis Vertumno aut Prometheo volubilior ac mutabilior eſſet, unanimi tamen congregatorum ſententiâ convictus, ad æternos

nos carceres condemnabatur, & triduo poſt, juſſu Principis, *Devam vel Cevam*, in Arcem Tranſylvaniæ deductus, ibidem in ergaſterium conjiciebatur, ubi irreqvietæ conſcientiæ oeſtro excitatus, fractis jam, partim ſenio, partim ſolicitudine, viribus & horribili modo exagitatus, per triduum integrum, ſine ulla reſpiratione, horrendum ululans, communi ſenſu & ratione privatus, inter aſſidua ſpectrorum terriculamenta, viſis etiam nonnunqvam, qvos itineris ſui comites appellabat, diabolis, dum fruſtra latebras qværeret, anxiam *vitam exitu finiit miſerabili*, *A. C. 1579. d. 6 Jun.* Unde paulò poſt acerba *Fauſto Socino* nata exprobratio, qvod ipſe *cum Blandrata* Tranſylvaniæ Principi *Davidicæ iſtius perſecutionis atqve incarcerationis* autor fuiſſet: ad qvam verò exprobrationem depellendam, Fauſtus Socinus ſeqventi *ad Tranſylvanos Franciſci Davidis aſſeclas*, ſcripta uſus eſt apologiâ: Franciſcum Davidis ipſum ſibi calamitatem iſtam acceſſiviſſe; qvod nempe contra datam ipſi Blandratæ, aliisqve, fidem, qvædam conſtitui ac decerni curaſſet in *Synodo Thordana*, Chriſti invocationi planè adverſantia; ac die qvodam Dominico, cum de more in majore Templo ad populum concionaretur, diſertè tantundem eſſe affirmaſſet, Jeſum Chriſtum invocare, atqve Mariam Virginem, & alios Sanctos mortuos. *Poſt mortem autem Franciſci Davidis*, cum judicio Eccleſiarum Polonicarum (quibuſcum antea conſpiraverant, contra S. Trinitatem & Pædobaptiſmum facto ſyncretiſmo,) ſe opponerent libris editis, non ſine iſta Blandratæ & Socini criminatione, unà cum *Davide Franciſci Filio*, *Palæologus*, *Glirius*, *Sommerus*, aliiqve Chriſtum non invocantes Tranſylvani, *Fauſtus Socinus* qvadragenarius, relictâ Tranſylvaniâ, in Poloniæ Regnum ſeceſſit, ibiqve deinceps cœtibus illorum adhæſit, qvi, *Serveti* exemplo, invocant Chriſtum æterni Dei filium, minimè verò æternum Filium, qvi in Polonia & magno Ducatu Lithvaniæ *Ariani & Ebionitæ* vocantur.

Potiſſimum ex Georg. Haneri Hiſtoria Eccleſiarum Tranſyl.

Opuſcula à Franc. Davide conſcripta recenſet C. Sandius in Bibliotheca Antitrinitariorum p. 56. ſeqventia: *Epi-*

Digitized by Google

Epiſtola ad Eccleſias Polonicas, *ſuper* Qvæſtione, *de Regno millenario Jeſu Chriſti hic in terris*. Albæ Juliæ A. 1670. *MS.* de Dualitate Tractatus, *in tria capita diſtinctus. Cui adjunguntur* Tractatus ſecundus; *Qvod unus ſolus Deus Iſraëlis, Pater Chriſti, & nullus alius, invocandus ſit, continens theſes XV. in generali Synodo Thordana propoſitas.* Item Tractatus tertius; *Obſervationes in Theſes Georgii Blandratæ comprehendens.* Præterea Theſes tres: *qvibus firme XXX. Theſes Blandratam oppoſuiſſe, teſtis eſt* Palæologus. *Confer.* Judic. Eccleſ. Polon. pag. 232. Libellus parvus, *XXX. Theſibus Blandratæ oppoſitus, in qvo diſſeritur, Jeſum Chriſtum vocari nunc non poſſe Deum, cùm non ſit verus Deus: Jeſum invocari non poſſe in precibus: Juſtificationem & Prædeſtinationem à Luthero & Calvino malè fuiſſe intellectas: De Regno ejus Meſſiæ, qvem fore Prophetæ divinarunt, qvi eſſet Jeſus Chriſtus A. C. 1578. publicatus.* Theſes ſedecim *tribuit Franciſco Davidis* Poſſevinus Sect. 3. cap. 7. *in qvarum* prima *dicit, eum aſſeverare, Dominum Jeſum ex Joſephi ſemine eſſe conceptum: Porrò in* undecima, *ait, eum ſtatuere, Chriſto nullum cultum deferendum, niſi qvem, ejus præcepta ſervando, ipſi deferimus. Has Theſes (qvas qvidem mihi videre non contigit,) neceſſe eſt illum non longè ante vitæ ſuæ finem exaraſſe: In memoratis enim Obſervationibus ad Blandratæ Theſes, diſertè dixit; Jeſum Chriſtum conceptum de Spiritu Sancto, Obſervatione in Theſin II. de Filio Dei.* Poſtea Theſes IV. *de non invocando Jeſu in precibus ſacris Fauſto Socino propoſitæ.* Confutatio Reſponſionis Fauſtinæ, *i. e. eorum, qvæ Fauſtus Socinus dictis Theſibus oppoſuit: Liber iſte, unà cum proximè præcedenti Opuſculo, impreſſus eſt in* Defenſione Franciſci Davidis, in negotio, de non invocando Jeſu Chriſto in precibus, *operâ ſtudioqve* Jacobi Palæologi, Matthiæ Glirii, & Davidis, Franciſci Davidis filii, *A. 1580. in 8.* Deniqve Qvæſtiones nonnullæ, *qvæ extant editæ cum Fauſti Socini ad eas reſponſione, inter ipſius Fragmenta, Diſputationi* contra Chriſtianum Franken *adjunctæ.* Scripta.

M. Ge-

Elogium. *M. Georg. Haner in Hiſtor. Eccleſiar. Tranſylvanicar. pag. 231.* ſeqvens de *Franciſco Davidis* protulit Elogium: Franciſcus Davidis A. 1557. die ultima Decembr. ad Diſputationem *Stanckarum* provocabat, moxqve argumentorum ab utraqve parte prolatorum ventilatio ſeqvebatur, in qva, cùm tanto zelo eruditionisqve ſpecie Franciſcus Davidis rem ageret, omnium cum admiratione, ut nemo non eum ſupra ætatem, excellentibus ingenii & eloqventiæ donis donatum confiteretur, confuſus *Stankarus*, haud ſine multorum irriſione, ex colloqvio ſe ſubduxit.

Idem loc. cit. pag. 297. Franciſcus Davidis nullis Dialecticorum laqveis vincibilis.

Scripta. *Debrecinus* Johannes, *Hungarus*, Calvinianorum dogmata propugnans. Ejus ſub nomine prodiit: *Exercitationum Scholaſticarum Trias*, de Scientia Dei, *ex probatiſſimis Authoribus ſtudiosè concinnata, accuratiſſimâ methodo hunc in ordinem diſpoſita, publicisque Diſputationibus, exercitii & veritatis indagandæ gratiâ, propoſita, examinata, vindicata. Acceſſit etiam Selectorum Novi Teſtamenti Locorum, à cavillis hoſtium Fidei vindicatio*, Franekeræ, excudit Joh. Welleus 1658. 12. Ejuſdem quoque operâ Conciliatorium Biblicum Thadæi, Ultrajecti 1658. in 12. lucem adſpexit publicam.

Scripta. *Devai* Martinus, *Hungarus*, ſcripſit Diſputationem de ſtatu Animarum poſt hanc vitam: Item de præcipuis articulis Chriſtianæ doctrinæ, perhibente J. Simlero in Ep. Bibl. Geſn. f. 483.

Scripta. *Dominici* Johannes, *Dalmata*, Archi-Epiſcopus Raguſanus, Budæ obiit A. 1418. *Reliqvit Commentarium in Matthæum, & Epiſtolam ad Romanos.* In Libro quem *Luculam noctis* inſcripſit, interpoſito juramento affirmat, ſe in nulla ſcientia Præceptorem habuiſſe, ſed exemplo Auguſtini omnes per ſe ipſum diſciplinas edidiciſſe. *Vid. Sig. Ferrarius in Hungaria p. 443.*

Mar-

Digitized by Google

MARCUS ANTONIUS de DOMINIS ARCHI-EPISCOPUS SPALATENSIS : DALMATIÆ ET CROATIÆ PRIMAS

VIR magnæ eruditionis, inqve Romana Eccleſia egregiæ exiſtimationis, ex librorum Evangelicorum lectione ſolo Jeſu Chriſti nomine devotius conſiderato, ut ipſe de ſe ajebat, Archiepiſcopatu ſe abdicavit, nuncioqve miſſo Romanæ communioni A. 1600. in Angliam ſe recipiens Calvinianæ Eccleſiæ ſe adjunxit. Exinde Libros V. eruditiſſimos de *Republica Eccleſiaſtica* contra Primatum Papæ typis emiſit. Annis aliqvot elapſis, præſertim Legati Hiſpanici, tum temporis Londini commorantis, pollicitationibus ineſcatus, ſed magno ſuo malo Romam regreſſus, & Papæ Gregorio XV. olim condiſcipulo ſuo ſupplex factus, veniam defectionis ſuæ petiit aç impetravit: libellum tandem compoſuit, in qvo Doctrinam Reformatorum deteſtatus eſt. Verum non potuit ei Religio placere Pontificia, qvare fugam adornavit, & denuò ſe ad Reformatos conferre voluit. In fuga autem comprehenſus, Inqviſitorum juſſu, carceri in Caſtello S. Angeli incluſus, in eo poſt aliqvot dies, morbo an veneno incertum, miſerrimè periit. Cadaver tandem Inqviſitionis decreto ad Templum S. Mariæ ſupra Minervam delatum, damnatumqve in campo Floræ, unà cum libris contra S. Pontificem ab eodem ſcriptis A. 1624. die 21. Decemb. rogo impoſitum publicèqve combuſtum eſt, & cineres in Tyberim abjecti ſunt. *Plura de hoc ipſo Archi-Epiſcopo ſcire geſtiens*, conferat Janum Nicium Erythræum P. III. Pinacothec. p. 78. Jacob. Revium in Urbano IIX. Grammondum Lib. 3. Hiſt. Gall. p. 196. Calixtum in Apparat. Theol. p. 195. Andr. Rivetum in Jeſvita vapulante. Bocalinum in Epiſtolis. Joh. Wolfg. Jæger. in Hiſtor. Eccleſ. P. III. Lib. 2. c. 24. Anatomiam Papæ, germanicè editam à Franc. Albano. Theatrum Europæum T. I. f. 711. Joſeph Hallum, Epiſcopum Oxonienſem, in Roma Irreconciliabili, qvam in Univerſitate Gry-

phiswald. academico examini ſubjecit & Syllabum Autorum, qvi *Romam Reconciliabilem* ſtatuerunt, atqve M. A. de Dominis *Conſilium Reditus ex Anglia Romam*, addidit, Joh. Frid. Mayer., SS. Theol. Doct. ejusd. PP. Gryphiswaldiæ 1706. in 8. pag. inqvam 38; pag. verò 41. ibidem occurrit prolixa qvamvis, lectu tamen digniſſima illa Epiſtola, quâ Joſephus ille Hallus M. A. de Dominis reditum ex Anglia ad Rom. Pontificem meditantem, dehortatus fuit. Tragicum ejus exitium Romæ deſcripſit, *Dominus de S. Lazaro* in libro gallico, cui tit: *Hiſtoires Tragiqves de noſtre Temps.*

Scripta M. A. de Dominis qvæ mihi hactenus innotuerunt, ſunt ſeqventia: I. *Opus (duodecim annorum ſpacio elaboratum) de Republica Eccleſiaſtica, Londini 1617. fol. in tria Voll. partitum, qvæ editio optima: prodiit præterea idem Opus multiplici eruditione refertum, etiam Heidelbergæ & Francofurti ad Mœn. 1618. fol. in II. Tomos & X. Libros diſtinctum, ex qvibus tamen octavus & decimus utpote nondum typis excuſi, adhuc deſiderantur.*

Scripta.

Contenta hujus ſui Operis ipſe Autor in limine ejusdem, verbis expreſſit hiſce: In his decem de Republica Eccleſiaſtica libris, verum & proprium regimen, qvale à Chriſto fuit inſtitutum, ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris uſurpatum, à Patribus traditum, à Conciliis Catholicis inculcatum, & ab univerſali Chriſti Eccleſia per plura incorrupta ſecula uſu receptum, ex ipſo ſacrarum Scripturarum fonte, Patrumqve & Conciliorum ac Scriptorum Orthodoxorum monumentis fusè explicantur. Qvanqvam non de ſolo regimine Eccleſiaſtico, ſed de ipſis etiam dogmatibus, ſacramentis, ritibus &c.

Ibidem n. 9. & 10. rationes & cauſas enumerat, qvibus inductus à Rom. Eccleſiæ communione ſeceſſerit, tali adhibitâ verborum texturâ: Vidi planeqve perſpexi, nos (Romano-Catholicos) in noſtris Eccleſiis, ſive doctrinam ſive diſciplinam ſpectes, à recto tramite plurimum deviare. Qvid enim facerem amplius in medio nationis pravæ atqve perverſæ? Si meam Eccleſiam regere, ut oporteat, juxta veterem Eccleſiæ Catholicæ modum, ſi doctrinam veram Catholicam, ut docerem & exercere voluiſſem,

ſem, graviſſimas in caput meum procellas Romanas, fœdiſſimasqve tempeſtates acceleraſſem, contra qvem, jam diu odium conceptum Romæ ſovebatur, qvi meos in ſcribendo adverſus ipſius ſenſum labores jam ſuboleſecerat: Nam & per Nuncium Apoſtolicum Venetiis commorantem non ſemel monitus hac de re & correptus fui. Satius ergo fuit, pennas columbæ aſſumere & avolare, elongare, fugereqve ad ſolitudines, ubi expectare poſſem eum, qvi ſalvum me faciat à puſillanimitate Spiritus, & tempeſtate, qvam me cœcum voluntarium cum cœcis in interitum cæcos ducere. *Et paulo poſt:* Pavit me Chriſtus in ſuo ovili, mutus non amplius eſſe potui, ſicut non omnes Epiſcopi muti ſunt, ſub Romano, qvi hinc ſpe illecti, illinc metu territi ſilent, potiusqve aſſentantes ſimul cum duce ad præcipitium properant. Qvoniam verò obſeqvium amicos, veritas odium parit, cum veritatem deſerere neqve poſſim neqve debeam, odium propinqvum omninò fugiendum mihi fuit, odiiqve effectus jam ordinarii, venena & pugiones fuerunt evitandi. Eo enim noſtris temporibus redacta res eſt, ut Eccleſiaſticæ Controverſiæ non Theologis amplius, non Conciliis, ſed tortoribus, ſed carnificibus, ſed ſicariis, ſed ſangvinariis, ſed parricidis defendendæ Romæ aut Româ committantur. II. *Hiſtorica Diſqviſitio de Prærogativa Allodiorum in provincia Narbonenſi & Aqvitanica, Pariſiis 1654. in 4. digna lectu & eruditionis plena eſt.* III. Cum Joh. Jacob. *Chifletius* contra Gallorum injurias Vindicias, in qvibus Arcana Regia expoſita ſunt, ſcripſiſſet, easdemqve Antverpiæ 1645. imprimi curaſſet in 4. tunc illi oppoſuit *M. A. de Dominis Aſſertorem Gallicum:* cui Chifletius rurſus *Lampades ſuas Hiſpanicas oppoſuit. Antverpiæ 1649. in 4. excuſas.*

Contra M. A. de Dominis qvi ſcripſerunt, ſunt:

Nicolaus Coëffetau, Epiſcopus Maſſilienſis in Tract. ſuo, qvem ſcripſit pro Monarchia Eccleſiæ Catholicæ. Pariſiis 1624. 8. Fidelis Annoſus, vel potius Joh. Floydius, Veremontanus, Antverpiæ 1622. 8. Laurent. Beyerlink, Archi-Presbyter, qvi conſilium Marci Ant. de Dominis examinat ibid. 1617. Joh. Cydonius, 1619. Andreas

 Euda-

Eudæmon. Martinus Becanus , (ambo Jeſvitæ) *qvi de M. A. de Dominis ſeqventi modo judicat Tom. V. Opuſc. 6. p. 666.*

Cenſura Unum eſt, Te neqve Catholicum eſſe, neqve Lutheranum, neqve Calviniſtam, ſed ab omnibus diſſentire, & novum doctrinæ ſymbolum, partim ex aliorum ſcriptis, partim ex tuo cerebro conſarcinaſſe. Alterum, duplici ſpiritu ad ſcribendum impulſum te eſſe, altero odii in Pontificem, altero amoris propriæ excellentiæ & cupiditatis.

Joh. Faës in Lib. I. de Jubileis Rom. Pontif. p. 37. §. 95. Plura apud ſubacti Judicii pacisqve Eccleſiæ longè ſtudioſiſſimum *M. A. de Dominis* lib. VI. de Republ. Eccleſ. f. 52. de Bonifacio IIX. leguntur. Cum qvo ipſo ea congruunt, qvæ à *Joh. Conrad. Schurtzfleiſchio & D. Gotlib. Wernsdorfio ſunt prolata*, qvi ei non tantum præcipuum inter Scriptores Eccleſiaſticos locum aſſignant, *Elogium* ſed inſimul eidem ſubſeqvens attribuunt elogium: Vir erat ſummo ſtudio in antiqvitate verſatus, qvi Baronii rationes in argumento Monarchiæ Siculæ adductas egregiè & feliciter labefactavit, qvem aliqvis ſuperiori ſeculo in Gallia refellere cœpit, ſed perineptè & jejunè.

Dráſkovicz Georgius, Epiſcopus Qvinqve-Eccleſienſis, Legatione ad Concilium Tridentinum celebris, ut qui Anno 1562. fuit in eodem Concilio Orator Cæſareo-Regius pro Regno Hungariæ: poſtea ad Epiſcopatum Jaurinenſem, hinc ad Archi-Epiſcopatum Colocenſem evectus, ſimulque S. R. E Cardinalis à Pontifice Rom. declaratus, tandem A. 1585. factus eſt Locumtenens Regius per Hungariam (illis enim temporibus ceſſaverat Palatinalis dignitas per aliqvot annos, ceu ſupra jam p.45 commemoratum eſt) eodemqve anno 15. Kal. Janu. cum magno Regis & bonorum omnium dolore obiit, ætatis 62. ſepultus Jaurini in choro cathedrali.

* Johannes Dráskovicz, Comes Hungariæ de Trakoſtyán, *ex Bano-Croatiæ, Regni Hungariæ Comes Palatinus & judex*

dex Cumanorum, *electus A. 1647. Poſonii mortuus Anno ſulſeqvente 1648.*

—*Dudithius* Andreas ab Horehovitza, aliqvando etiam *Sbardellatus* à materno genere (mater qvippe illi nobilis eo nomine Veneta) cognominatus, vir natalium claritate, ingenio omni ſcientiarum genere exculto, judicio, rarâ Latinè ſcribendi dicendiqve facultate, in negotiis explicandis prudentiâ ac ſolertiâ præſtans, adhæc totius corporis formâ, geſtu & oris renidentis gravitate conſpicuus, comitate, vitæ innocentiâ omnium, qvi unqvam eum viderunt, gratiam promeritus. Natus eſt anno 1533. Non. Febr. *Budæ in Hungariâ* aut Budæ proximo caſtello. Primum literarum tyrocinium Patavii fecit & in Italiâ P. Manutium, Fr. Robortellum, C. Sigonium, Onuphr. Panvinium, P. Victorium partim audivit, partim amicos & familiares habuit. Tantus verò Tullianæ eloqventiæ ſive admirator ſive ſectator fuit, ut totum Ciceronem ter manu propriâ deſcripſerit. Patavii tunc *Stephanus Bàthorius*, poſtea in Poloniæ Regem electus, erat, cum qvo ſubortæ jam tùm occultæ ſive æmulationes ſive ſimultates, qvæ cum ætate creverunt. Inde in Angliam *Reginaldum Polum*, Cardinalem, abeuntem cum Aloiſio Priulo ſecutus eſt, cujus *& vitam*, à Ludovico Beccatello Italicè ſcriptam, eleganter *Latinè vertit*. Demum ex Anglia Lutetiam venit & illic ſub optimo doctore *Angelo Caninio*, Anglarenſi, non ſolum Græcæ lingvæ & Hebraicæ, ſed & Orientalium peritiſſimo, denuò, intermiſſis per illas peregrinationes ſtudiis, operam dedit. In Pannoniam ſuam reverſus atqve in aulam Cæſaream, qvanqvam admodum juvenis, ob admirabilem eruditionem & morum ſvavitatem Tinnienſis Epiſcopus creatus ac poſtea Qvinqve Eccleſienſis deſignatus fuit, magnasqve legationes ſub Ferdinando I. jam tunc, & poſtea ſub Maximiliano II. atqve etiam Rudolpho II. ſummâ felicitatis & prudentiæ laude obivit. Inter hæc Tridentino Concilio interfuit & Hungariæ ſacri Ordinis nomine varias Orationes ad Patres habuit, qvarum duæ, *altera de communione ſub utra-*

qve ſpecie, altera de ſacerdotum conjugio tunc per Germaniam publicata ſunt. Poſtea Sigismundo Auguſto, Poloniæ Rege, mortuo in electione novi Regis ſedulam operam Maximiliano Cæſari navavit, nullumqve in ea petitione acriorem adverſarium *Joh. Monlucius*, Valentiæ Epiſcopus, ut ex ipſo ſæpius audivi, qvam Dudithium expertus eſt. Tantas tamqve laudabiles animi dotes in religione levitas obſcuravit. Nam ſacris majorum relictis Proteſtantium doctrinam amplexus eſt, atqve ut illi inter ſe per Germaniam ac præcipuè per Sarmatiam ſtudiis & opinionibus diviſi erant, ita nunc ad has, nunc ad illas partes propendens diu fluctuavit, neutris propterea acceptus, cum & à Catholicis qvod primam fidem irritam feciſſet, ubiqve exagitaretur, & inter Proteſtantes quaſi emanſor haberetur. In eo autem fluctuationis ſolo hærens hoc temperamentum ſervabat, ut nemini, qvi viam veritatis ac ſalutis pectore non ficto aut ambitioſè rimaretur, gravius ſuccenſendum putaret, neqve eos, qvi in religionis qvæſtionibus, hodiè tantoperè exagitatis, erroneam opinionem tuerentur, modò turbulenta abeſſet pertinacia, pœnis atrocioribus dignos cenſeret. Qva de re contrariæ exſtant luculentæ *Theodori Bezæ* & ipſius epiſtolæ. Ejeratâ Epiſcopâ in uxorem virginem è Reginæ Polonicæ gynæceo è *Straſſia* familia primum duxit, de qva res non indigna relatu memoratur. Qvum adhuc Epiſcopus eſſet Dudithius, in Poloniam à Maximiliano legatus & ad Infantem Pontificio Ornatu in gynæceum, in qvo pleræqve nobiles virgines erant, admiſſus, uni ex illis non prius ſibi viſæ ruborem expreſſit, tanta circumſtantium admiratione, ut digreſſo Legato Infans ſtatim ab eâ qvæſierit, *qvid cauſa eſſet, cur in Legati ingreſſu tàm apertum commoti animi indicium dediſſet?* Illa vero cùm initio alia atqve alia cauſata ſe excuſaſſet, ad extremum inſtante Infante reſpondit: *heſternâ nocte in ſomnis viſum hominem à patre matreqve virum ſibi deſtinatum totâ oris & corporis ſpecie, excepto ſacerdotali amictu, tàm Legato ſimilem, ut memor ſomnii tàm manifeſtè erubuerit;* qvod pro tempore ab Infante neglectum & ab ipsâ virgine, vanitatem ſomniorum ridenti-

bus

bus, eoqve magis, qvod inter dignitate Epiſcopali virum & virginem illam nuptias coire poſſe, tunc vero ſimile non fiebat. Res nihilominus biennio poſt exitum habuit, cum Dudithio, qvi jam de nuptiis cogitabat, de filia ei in matrimonium danda convenit, qvâ mortuâ alteram ex illuſtri in Polonia familia atqve etiam famoſorum Sboroviorum ſororem, *Johannis Tarnovii* Comitis viduam, duxit, matronam lectiſſimam, ex qva prolem ſuſcepit. Ob id Romam citatus cum non comparuiſſet, ac propterea proſcriptus eſſet, non tamen Maximilianus, qvamvis à Pontifice monitus, ob id ejus colloqvio abſtinuit aut operâ uti deſtitit. Sed cum Stephanum Bàthorium & Sigiſmundum Svecum, á Sboroviis ipſius ſororiis prælatos Auſtriacis, qvibus inſerviebat, mœreret, divenditis qvæ in Pannonia & Polonia habebat, bonis, in Qvados cum bona Rudolphi Cæſaris gratia conceſſit, contractoqve Vratislaviæ domicilio grandem pecuniam Cæſari, qvam felici conſilio incertum, mutuo dedit, modicâ ex ejus uſurâ lautè ſplendideqve victitans, in eoqve otio ad priſtina ſtudia revolutus, præcipuè in Mathematicis ingenium exercuit & artam cum Joh. Prætorio Joachimico, harum ſcientiarum clariſſimo in Altdorfiana Norimbergenſis Reip. Academia Profeſſore, qvem inter domeſticos aliqvando ſtudiorum comitem habuerat, amicitiam renovavit ac per literas totâ vitâ reliqvâ coluit. Placida & qvalem prædixerat ſæpe ac ſibi optarat, morte obiit Vratislaviæ A. 1589. 8. KL. Mart. (amicis liberiſqve circumſtantibus, cum non totis duabus horis decubuiſſet, Medicis, ut fit, de genere morbi diſſidentibus, cum alii pulmonis abſceſſum, alii apoplexiam eſſe differerent) integroſqvè animi ſenſus ad extremum vitæ ſpiritum retinuit, Chriſtum ſalutis noſtræ propitiatorem perpetuò invocans. Biduo antè, qvod multis admiratione dignum videbitur, ad Prætorium, quem compatrem familiari compellatione nominabat, literas dederat, qvarum in imâ clauſulâ poſt pleraſqve non vulgares de rebus Mathematicis qvæſtiones, qvas ei ſolvendas proponebat, propriâ manu hæc verba adſcripſerat: *Eclipſis Lunæ 15.*

hujus

hujus menſis incidit in Aqvarium, qui meus horoſcopus eſt; ſi vera eſt Aſtrologia, mortem mihi adfert aut graviſſimum aliqvem morbum. Tu, qvid cenſes? In omen & proximæ mortis acceptum, qvòd pridie, qvàm moreretur, cùm nondum fatali morbo correptus eſſet, de miſero qvodam, qvem ſæpe ſublevare ſolitus erat, qværendo famulis mandarat. Nam repoſcenti cùm illi hominem non repertum reſpondiſſent, *Cras*, inqvit, *mihi eum ſublevare fortaſſe non erit integrum.*

Ex Thuano Enucleato Gerhardi von *Stöcken.*

† †

ANDREAS DUDITHIUS ab Horehovitza, Sbardellatus, Hungarus: primò Epiſcopus Tinienſis, poſt Cſonadienſis, ac tandem Qvinqve-Eccleſienſis: S. Cæſareæ Maj. Conſiliarius & ad Regem Poloniæ legatus. Qvondam nomine Cleri Regni Hungarici ad Concilium Tridentinum delegatus. Ubi viſis Romanæ Eccleſiæ arcanis, cùm ei religio hæc diſplicuiſſet, Reformatis ſe applicuit, atque in Polonia inter Regni indigenas in Comitiis Petricovienſibus anni 1565. cooptatus, uxorem ex nobili Straſſiorum proſapia duxit. Qvâ mortua Zborovii Caſtellani Cracovienſis filiam, Comitis Tarnovii viduam matrimonii nexu ſibi copulavit, atqve ex ea filiam Reginam nomine, Hieronymi Moſcorovii conjugem, procreavit. Hinc, cùm arbitraretur & Reformatos Calvini ſeqvaces, in multis adhuc reformatione egere: inprimis verò cernens eorum acerbitatem erga cœtum minorem qvi unum profitebatur Deum, ab illis ſe ſejunxit, his autem ſe adjunxit, ſententiamqve horum amplexus, ad obitum uſqve profeſſus eſt ac propugnavit. Immò & in oppido ſuo Smigel in hujus religionis uſum Eccleſiam ac ſcholam erexit, earumqve patronus extitit. Natus eſt Budæ in Pannonia A. 1533. 5. Febr. Denatus Uratiſlaviæ in Sileſia A. 1589. 15. Febr. al. 23. Sententiam Unitariorum de Deo ac Filio ejus Jeſu Chriſto, potiſſimùm ex Tranſylvanorum ſcriptis, à Georgio Blandrata & Franciſco Davidis in lucem emiſſis, hauſiſſe ſe fatetur in Epiſtola ad Theodorum Bezam: in qvâ hæc inter alia ſcribit;

Digitized by Google

ſcribit; Sed ut qvid tamen de duobus clariſſimis illis viris G. Blandrata & Franciſco Davidis dicam, profiteor coram Deo atqve ejus Angelis, non me qvicqvam horum auctoritate permotum fuiſſe, ut è recepta paſſim de Trinitate opinione diſcederem. Illud etiam ſanctè affirmare poſſum, me neutrum horum unqvam vidiſſe. Qvare nulla cum illis tam arcta mihi amicitia intercedere potuit, nullum beneficium ab illis profectum eſt, qvod oculorum mihi aciem perſtringere qveat. Itaqve non potuit illorum mihi gratia atqve auctoritas fucum facere, ut tu falſò conjicis. Neqve ulla omnino ullius hominis auctoritas tanta eſſe poſſit, qvæ me à vera pietate abducat. Hoc tamen tantum abeſt, ut inficiaturus unqvam ſim, ut etiam libenter profitear, totam hanc cœleſtem doctrinam ſecundùm Deum, clariſſimis illis magnaqve doctrinâ, ingenio, judicio, pietate præditis viris potiſſimum deberi: in cujus gloriæ ſocietatem jure ſuo veniunt, & Alciatus, & Gregorius Schomannus, & Krovicius, & Socinus, & alii præſtantiſſimi viri, qvi tum ſcribendo, tum docendo, plurimum operæ ad hanc illuſtrandam doctrinam poſuerunt. Illi primi, qvod ſciam, illi inqvam duo præſtantiſſimi viri Blandrata & Davidis, Latinè editis hac de re libris, Chriſtum è ſepulchro nobis ruerunt; in qvod eum Patres illi veſtri, & Papiſmi conditores architecti, detruſum atqve oppreſſum, circumpoſitis ſatellitius, detinebant. Qvare ingenuè fatebor, qvod hi mihi ad Evanelii doctrinam, ſimpliciter ut ſcripta & tradita eſt intelligendam, am qvaſi digito intendentes, demonſtrarunt. Vid. *Chriſtoph. riſt. Sandii Bibliotheca. Anti-Trinitariorum p. 61. 62.*

Ex his jam allatis, nec non ex Scriptis paulò infra recenſitis, Statorem qvidem atqve fautorem Hareſeos abominabilis Socinismi *Dudithium noſtrum fuiſſe, ſatis ſuperqve patet; aſt num am ad mortem usqve in eadem perſeveraverit, ex loco ſepultu- idem Vratislavia tributo, in templo Evangelicorum Cathedrali S. abetha dicato, dubium mihi ſuboritur, id qvod profectò haut- qvam contigiſſet, niſi ad ſaniorem mentem eum revertiſſe con- ſet.* Epitaphium *autem illius in latere Orientali dicti tem-*

 pli

pli, ad dexteram Altaris ſummi, dum ibidem Vratislaviæ A. 1697 ſtudia mea humaniora tractaſſem, hoc verborum ordine diſpoſitum, legi atque deſcripſi:

D. O. M. S.
ANDREÆ. DUDITH.
AB. HOREHOVICZA.
DNO. IN. SMIGLA.
ANTIQVISS. PROSAPIA. VIRTVTE. SINGULARI. ERUDITIONE. MULTIJUGA.
DIVERSARUM. LINGVARUM. EXCELLENTI.
COGNITIONE. PLURIMORUMQVE. ET. MAXIMARUM. RERUM. USU. VERE. ILLUSTRI.
INCOMPARABILI. VIRO.
III. IMPP. FERDINANDI. I. MAXIMIL. II.
RUDOLPH. II. CONSILIARIO.
ORATORI. PRIMARIO.
SUMMIS. HONORIBUS. TUM. SACRIS. TUM. PROPHANIS.
LEGATIONIBUS. AMPLISS. APUD. EXTEROS.
REGES, ET. DYNASTAS. MAXIMA. CUM.
LAUDE. PERFUNCTO.
CARISSO. OMNIBUS. ADVERSO. NEMINI.
CUNCTIS. ADMIRATIONI.
MARITO. EXOPTATISSO. ATQVE. DESIDERATISSO.
SUO. ET. LIBERORUM. NOMINE. MULTIS.
CUM. LACRIMIS. POSUIT.
ELISABETHA. EX. ILLUSTRI. ET. AMPLISSA.
SBOROVIORUM. FAMILIA. ORIUNDA.
QVÆ. UT. IN. HAC. VITA. CUM. DULCISSO.
CONJUGE. PER. ANNNOS. X. CONJUNCTISSIME.
VIXIT. ITA. NE. MORTUUM.
QVIDEM. DESERERE. SED. CUM.
EODEM. IN. EODEM.
SEPULCHRO. QVIESCERE. VOLUIT.

VIXIT. MARITUS.	ILLA. VIXIT.
A. LVI. D. VII.	A.
OBIIT. BRESLÆ.	M.
XXIII. FEBR.	D.
M. DLXXIX.	OBIIT.

Seqvuntur Scripta, qvæ A. Dudithium habent Autorem:

Scripta. *Commentariolus de Cometarum ſignificatione, & Diſſertationes novæ de Cometis, Baſileæ A. 1579. 4.* & Wratislaviæ 1619. in 8. cum *Thomæ Eraſti* ſententia de Cometarum ſignificatione, adje-

ctis

notis *Eliæ Majoris.* Denuò etiam excuſus eſt hic liber *Traje-* *1665. in 4.* cum Oratione *J. Georgii Grævii*, de Cometis, ıtra vulgi opinionem, eos eſſe malorum nuncios. *Epiſtolæ dicinales in Laur. Scholtzii Epiſtolarum Philoſophicarum*, *Me-inalium ac Chymicarum Volumine. Francofurti 1598. & Hano-: 1610.* *Poëmata*, *quæ habentur in Tomo II. Delic. Germ.* ec omnia in Indice Hiſpanico Expurgatorio permittuntur. Cæ-:a prohibentur. Præterea in Latinam lingvam eleganter con-rtit Dudithius: *Halicarnasſæi ad Q. Aurelium Tuberonem Thucydidis Hiſtoriæ Judicium, qvem librum impreſſit Aldus*, *netiis*, perhibente J. Simlero in Epit. Biblioth. Geſn. f. 36. em, *Cardinalis Reginaldi Poli Vitam*, à Ludovico Beccatello alicè deſcriptam, *quæ Venetiis prodiit 1563. 4.* Item *Hermoge-:m ex Græco in Latinum eum tranſtuliſſe* teſtis eſt Cl. Teiſſerius, vi etiam fertur omnia Opera Dudithii edidiſſe. Andr. Dudithii *Qvæſtio: Ubi vera & Catholica JeſuChriſti Eccleſia invenienda it? Joh. Wolfio & Theod. Bezæ propoſita.* Cum horum Re-ponſionibus edita eſt ſtudio, *Joh. Lavateri*, Tigurini, *Ha-noviæ 1610. 8.* Inſuper *Epiſtolæ* haut paucæ ardui argumenti ıb eodem conſcriptæ hinc inde extant, veluti: in Volumine Epiſtolarum Pauli Manutii, qva de re vid. omninò hujus Epi-ſtola 22. Libri VI. Item in Bibliotheca Fratrum Polonorum Unitariorum, adjunctæ Epiſtolis F. Socini. *Notæ duplices in Fauſti Socini Diſputationem de Baptiſmo aqvæ, Diſputationi huic annexæ ſunt: Epiſtola ad Joh. Wolffium Tigurinæ Eccleſiæ Mi-niſtrum, Cracoviâ A. 1559. die Pentecoſtes ſcripta. Epiſtola ad Theod. Bezam ſcripta Cracoviæ 1570. Cal. Aug. in qva diſputatur an Eccleſiæ nomen ſoli Reformatæ conveniat, Heidelbergæ 1593. in 8. Epiſtola ad Joh. Laſicium, Eqvitem Polonum, in qva de divina Triade diſputatur, ſcripta Cracoviæ 1571. die 9 Junii: im-preſſa ex Bibliotheca Gomari, & poſtea cum Oratione Mareſii.* De qva Epiſtola notatu dignum eſt Judicium, à Beza in adjectis ad Epiſtolam Dedicatoriam Poëmatum editioni A. 1569. præfixam prolatum eſt hocce: *De horrendis in Deum Blaſphemiis. & plus*

qvam Arrianis atheiſmis, *fidem facit Epiſtola ejuſdem* ad Laſicium, Eqvitem Polonum *1590. typis edita*, *cujus exemplar olim habui*, *qvam æternis tenebris ſepultam*, *qvàm recuſam mallem*. Cum qvo conſentit Geverhardus Elmenhorſtius talem de Dudithio cenſuram proferens: *qvod ab Orbe condito ex orci faucibus nullum illo ſcripto Dudithii ad Laſicium*, *prodierit peſtilentius. Eadem Belgicè A. 1668. 4. Epiſtola ad Petrum Melium*, *Sacerdotem Debrecinenſem in Hungaria, Cracoviâ 1571. die 30. Januarii. Epiſtola ad eundem ibidem*, *& eodem anno*, *die 22. Septembris data. Epiſtola ad Joſiam Simlerum & Joh. Wolffium Theologos Tigurinos*, *Cracoviâ 1572. 7. Julii. Epiſtola ad Petrum Karolium Concionatorem Varadienſem. Cracoviâ 1572. Calend. Sextilis. Epiſtola ad Theod. Bezam Vezelium: in qva Confeſſionem fidei ſuæ de Deo Patre*, *Filio & Spiritu S proponit*, *& Athanaſii Symbolum caſtigat.* Finis hujus Epiſtolæ deſideratur, *ſed in dicta Confeſſione mentionem facit*, *Refutationis Joh. Sommeri qva prodiit A. 1582. ad qvam Bezam remittit. Poſtea Epiſtola ad Fauſtum Socinum*, *ſcripta A. 1580. 1582. &c. MS. Epiſtola ad Juſtum Lipſium*, *Wratislaviâ 17. Martii*, *1584. exarata: & eſt prima inter Epiſtolas clarorum Virorum ad Lipſium.* Reſponſionem ad illam Epiſtolam Lipſii habes in p. 163. Sex Decadum Epiſtolar. Lipſii prætermiſſarum Offenbaci excuſarum A. 1610. in 8. *Epiſtola de Hæreticis non perſeqvendis & capitali ſupplicio afficiendis*, *Chriſtlingæ. 1584. 8. Eandem arbitror eſſe*, *qva cum Beza epiſtola conjuncta eſt Mini Celſi Senenſis* (ſub cujus nomine Lælius Socinus Senenſis latere perhibetur) *in libro de eadem materia: Scripta Cal. Aug. 1570. edita 1584. in 8. Epiſtola ad Varios MSS.* Epiſtolas iſtas omnes recenſet *Chriſtin. Chriſtoph. Sandius* p. 63. *Bibliotheca ſuæ Antitrinitariorum*, ubi pergit: Uſus etiam ſum Dialogis *Bernhardini Ochini*, qvi è Bibliotheca Ampliſſ. Viri Johannis Peſſeri, Roterodamenſium Conſulis (qvi talium librorum amator fuit) prodierunt, in qvos *Dudithius* manu ſua notas ſcripſerat. Qvod idem ante eum fecerant, in eodem Codice, Valenti-

lentinus Gentilis & Georgius Blandrata: qvorum ſcripturas ipſe Dudithius (nomine ſuo initio libri, ceu poſſeſſoris, adſcripto) notas fecit, ſubſcribendo iis; *manus V. Gentilis Bernæ decollati:* item, *Blandratæ manus.*

Qvibus addas licet A. Dudithii Orationes, *qvas in Concilio Tridentino, nomine Epiſcoporum Hungariæ recitavit, De Calice puta Laicis permittendo, & complures alias: item Monita Politica. Epiſtolam Apologeticam ad Maximilianum II. Imperatorem: Commentarium pro Conjugii Sacerdotum libertate; cum Appendice Epiſtolarum & Scriptorum aliqvot ejusqve Vitæ uberioris deſcriptionem, junctim in uno Volumine forma 4. editam eſſe à* Qvirino Reitero, Theologo Palatino, Offenbachii A, 1610. non uno ab Autore traditum memini me legiſſe.

Elogia & Cenſura ex ipsa Biographia Dudithii Thuanea depromi qveunt, qvibus adjicere haut incongruum fuerit hæc ſeqventia:

Andr. Dudithius fuit Vir præſtanti ingenio & judicio, valuit *Cenſura.* Ciceronianâ dicendi facultate & lingvæ Græcæ peritia. Fuit Theologus, Politicus, Philoſophus eximius & Artis Medicæ non imperitus, ut ejus Epiſtolæ oſtendunt. Hiſtoriarum peritia nemini ceſſit, ſed in Religionis negotio inconſtans, qvi ex *Catholico* factus primum eſt *Calvinianus*, deinde penè aſſecla Socini, niſi qvod nonnulli eum volunt excuſare: qvicqvid ſit, in eam ſectam fuit admodum pronus. *Conringius in Diſſ. MSS. qvas Oldenburgerus ſuo ſub nomine edidit, titulo:* Theſauri Rerumpublicarum P. IV. *de Hungaria p. 465.*

A. Dudithius vir magnus & Sapiens: *J. Lipſius Ep. 78. Cent. 2. Nicol. Taurellus Phyſ. & Medic. in Acad. Altdorfina P. P. inter Carmina Funebria Emblematibus Phyſico-Ethicis ad calcem adjecta Carmen qvoqve de* Andr. Dudithio *imprimi curavit ſeqvens:*

Improba Dudithium mors eſt etiam auſa Baronem
Tollere: qvi reliqvos inter ſpectabilis omnes
Et fuit ingenio ſolers, & acumine mentis
Linceus. In variis præclara ſcientia rebus
Parta per aſſiduos noctu diuqve labores,

Qvem paſſim doctis propè prætulit omnibus unum. &c.

Neqve penitus prætereundum erit egregium *Judicium*, celeberrimi multæqve lectionis Theologi, *Gisberti Voetii*, de Andrea noſtro Dudithio, qvod prolixum habetur, *Exercitatione de Prognoſticis Cometarum p. 21. edit. Amſterodamenſis A. 1665. 4. Superſedeo plura alia Judicia & Elogia*, de Vita, Doctrina & Scriptis ejuſdem non ubivis facilè occurrentia, & egregiè qvis, qvalis qvantusqve idem fuerit adumbrantia, heic adducere, qvæ legi imprimis merentur in Excellentiſſ. Dn. *Thomæ Crenii Animadverſionum Philologicarum & Hiſtoricarum P. II. c. 4. à p. 138. ad p. usqve 155.* Cui addi poteſt *Joh. Hornbek in Apparatu ad Socinianiſmum confutatum p. 61. & ſeqq.*

De *Filio* famoſiſſimi hujus *Dudithii homonymo* plura non habeo qvod in præſenti addam, præterqvam qvod Opuſculum ediderit *de Divinitate Jeſu Chriſti*, ex qva inſcriptione qvodammodo colligi poteſt, eum in Chriſtiana fidei ſuæ profeſſione qvam longiſſime abſuiſſe à ſcandaloſis & impiis Patris ſui dogmatibus. *Idem Dn. Crenius l. c. P. III. p. 236.* mentionem injicit duarum Epiſtolarum, ab eodem filio, ad D. Polycarpum Lyſerum SS. Theol. P. P. Wittebergam exaratarum, qvarum avtographa hodienum in eadem Polyc. Lyſeri Bibliotheca inſtructiſſima aſſervari idem *Crenius* perhibet, atqve in utraqve de loco Paulino Phil. 2. v. 6, 7. & imprimis de genuino ſenſu phraſium Paulinarum, *forma Dei & forma Servi*, prolixius mentem ſuam exponere Dudithium, aſſerit.

E

Ember Paulus, *Hungarus*, Eccleſiæ Szakmarienſis, ſecundùm Helveticam Confeſſionem reformatæ, in Hungaria Miniſter A. 1703. ſub titulo *Garrizim & Ebal*, ſua publicavit Meletemata ſermone Hungarico, de Electione & Reprobatione. Libellum

bellum hunc promptâ fideliqve operâ ex Hungarico in Latinum ſermonem tranſtulit, *Martinus Regis*, *Nagy-Bobrovitzena Liptov. Hung.* eumqve *Dn. D.* Wernſdorfio ad examinandum obtulit, qvod ipſum etiam in forma publicæ Diſputationis præſtitit, tali ſub titulo: *Pauli Emberi de Prædeſtinatione & Reprobatione Sententia, qvam Præſide Gottliebo Wernſdorfio SS. Theol. Doct. & P. P. in illuſtri ad Albim Academia d. 8. Aug. 1707. ad purum Dei Verbum examinatam, rejecit Mart. Regis in 4.* *Scriptum*

Enyedi (aliàs *Enjedinus*) Georgius, *Tranſylvanô-Hungarus* à Patria *Enyed*, urbe Tranſylvaniæ ad fluvium *Maruſium* vulgò *Maros*, in planitie ſita, ita nuncupatus, Superintendens Eccleſiarum Unitariorum in Tranſylvania & Gymnaſii Claudiopolitani moderator. Innotuit A. 1587. Obiit A. 1597. die 28. Novembr. in ipſo ætatis flore. Ejus ſunt: *Explicatio locorum Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti, ex qvibus Trinitatis dogma ſtabiliri ſolet: excuſa primum in Tranſylvania in* 4. *ac ibidem prohibita, multaqve ejus exemplaria publicè combuſta; poſtea denuò impreſſa in Belgio, in* 4. *neutri editioni locus tempusve addita ſunt. De Divinitate Chriſti opus qvoddam ei tribuit* Joh. Adam. Scherzerus. Eidem qvoqve adſcribuntur *Explicatio locorum Catecheſis Racovienſis:* item *Præfatio in Novum Teſtamentum verſionis Racovianæ.* Verùm mortuus eſt *Enyedinus* anteqvam *Catecheſis Racoviana* qvæ nunc extat, *Valentini Smalcii* & *Hieronymi Moſcorovii* potiſſimùm operâ concinnata, in lucem prodiret; niſi fortè intelligatur prima illa Catecheſis Racovienſium, de qva ſub Gregorio Pauli & Fauſto Socino agimus. Porrò verſionem Novi Teſtamenti Racovianam, præter *Smalcii* Polonicam, & *Crellii* ac *Stegmanni* Germanicam, qvorum utraqve poſt *Enyedini* obitum facta eſt, aliam extitiſſe, me prorſus latet. Dubito igitur valdè, an memoratorum ſcriptorum, inprimis verò poſterioris, jure auctor eſſe aſſeratur *Verba ſunt Chriſtoph. Chriſtiani Sandii p. 93. Bibliotheca Anti-Trinitariorum.* *Scripta.*

Eſcan-

Eſcandelinus Matthæus, *natione Hungarus*, patriâ Budenſis, ejuſdemqve Urbis Civis. Hunc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tradunt deſiderio propagandi Fidem Chriſtianam, inter peregrinas gentes accenſum, ad *Chinas* usqve penetraſſe, ibiqve jam circa A. C. 1009. vitæ ſanctitate, prædicationis efficaciâ innumerisqve miraculis, plurimos Chinarum ad fidem Catholicam convertiſſe, ac tandem Bonziorum, ob fidem qvam prædicabat, inſidiis circumventum, illuſtri Martyrio vitæ mortalis finem feciſſe, ſed hoc Evangelii ſemen, inter ſpinas cadens, brevi apud eosdem Chinas ſuffocatum eſt, donec illud poſt aliqvot deinde annos rurſus aliarum gentium Viri pii, ſuſcitarunt, de qvibus *vide Athanaſ. Kircherum, in Deſcriptione Chinæ.*

Eſzeki Stephanus, Patre natus eſt Theologo & Miniſtro Eccleſiæ Calvinianæ, urbis *Szakmarienſis in Hungaria.* Prodire fecit lucubrationes ſuas ſub hoc titulo: *Prima Veritas defenſa: ſive, Neceſſaria Reſponſio, in qva Exercitationes & argumenta* cujuſdam Clariſſ. & Doctiſſ. Viri, *contra communem ac veram omnium, tam Reformatorum, qvam Antiqvorum, Theol. & Philoſ.* Exiſtentiam Dei, cognitionemqve ejus naturalem probandi Methodum: *Et pro nuper confictâ Ideâ Dei innatâ, probataqve ex eâ, aut non ſine eâ Dei exiſtentiâ ad Veritatis & Pietatis normam accuratè examinantur, diſtinctè reſolvuntur & placidè refutantur. Rheno-Trajecti 1666. 12. Daniel Georg. Morhof. Tomo II. Lib. 2. c. 10. §. 1. p. m. 272. Polyhiſtoris ſui*, de hoc Eſzekio *ſeqventem ſtruxit cenſuram:* Unde non deſunt, qvi expreſſis verbis afferant: Ariſtotelem ſtatuiſſe, animam hominis eſſe mortalem. Magis fortè pius eſt *Carteſius*, qvam illi, qvi Carteſianam Dei in nobis Ideam ſcriptis impugnarunt. Qvorſum ſpectat liber ejusdem *Stephani Eſzeki*, qvi primâ ſuâ Veritate defenſa (Trajecti A. 1666. in 12.) acerbè iſthoc nomine Carteſium ejusqve Aſſeclas perſtringit.

Scripta.

Cenſura.

NICO-

NICOLAVS ESTERHAZI
COMES PALATINVS REGNI HVNGARIÆ AVREI VELLERIS EQVES

NAtus eſt *Galantæ*, arce trans Danubium munitiſſima, Domo totius Comitum horum Proſapiæ antiquiſſimæ originariâ, A. 1583. die 8. Aprilis, *Patre* quidem *Franciſco Eſterházio*, Vice-Comite Comitatûs Poſonienſis; *Matre* verò *Sophia Illesházià*, Sorore germana Stephani Illesházi Hungariæ quondam Palatini: Utroqve Parente ſemper acatholico. *Et qvamvis ob ingenitas bona indolis dotes*, vel in ipſa tenella ætate, grandium virtutum facinorum præſaga, utriqve parenti, præ ceteris liberis, fuerit ſemper mirè charus; ob ſuſceptam tamen Anno 1618. Catholicam fidem, à Patre profeſſioni contrariæ tenacius inhærente, non modò ſæpius malè habitus, ſed & domo, & hereditate exturbatus, hæſit aliquamdiu in Aula *Stephani Illesházi*, avunculi ſui, cùm qvo variis, & in Hungaria & vicinâ Polonia jactatus fortunæ caſibus; atqve ab eodem *Illesházio*, ut ab orthodoxa religione, qvam ſuſceperat, deſciſceret, miris artibus & circumventionibus, Dominii etiam Trencſinienſis pollicitatione, identidem ſolicitatus, maluit inops exul herum mutare, qvàm opulentus hæres Fidem abjurare. Ad Aulam itaque *Franciſci Magócsii*, tum Generalis Caſſovienſis, profectus, atqve ante omnia vino ac omni inebriante potu, ne in eo ætatis ardore oleum, uti ajunt, igni affunderet, ſibi abſtinendum ratus, (qvam conſvetudinem à 16. ætatis anno ad uſqve 28. mordicus retinuerat,) & Generali ipſi, & ceteris Aulicis, ita ſemper erat in oculis, ita in amoribus, ut & Aulam univerſam ipſe moderaretur; & copias militares egregia cum laude ductitaret. Neque prius *Magócsio Nicolaus*, quàm ipſe *Magócsius* vitæ, fortunis, conjugi, Nicolaoque ipſi valediceret. Unde *Magócsio fatis functo*, rem bono Deo ita diſponente, *Nicolaus* non modo fortunarum *Magócsianarum* hæres, ſed & *Magócsiana Vidua Urſula*

ſula Dersfia maritus effectus, ob deſertam, amore fidei, paternam hæreditatem, ceteraſqve æternæ ſaluti minime proficuas ſpes, ea demum ſortitus erat latifundia, eos honorum apices, qvos & vicina regna, & tota vix dum ſatis mirata eſt Hungaria. Et primùm quidem A. 1611. à *Matthia, Cæſare & Rege Hung. Magnas*, uti vocant, ſeu *Baro* creatus, ad eundem dignitatis gradum etiam ceteris fratribus, *Gabrieli*, *Danieli & Paulo*, eorumqve poſteris aditum patefecit. Qvos qvidem ille Fratres qvantum ſemper dilexerit, qvantum coluerit, is ſolus neſciat, qui vel *nomen Eſterházziorum* ignorârit. Eodem anno primas cum *Urſula Dersfia* peregerat nuptias. *Anno deinde* 1614. primam in Regno Apoſtolico auſpicatus Legationem, de qua quidem Legatione in Literis *Ferdinandi II.* Anno 1626. d. 10. Auguſti, *Viennâ ad Nicolaum* exaratis, ita ſcribentem reperio *Ferdinandum*: *Ubi primùm palæſtram moderandi & gubernandi Statûs Publici aggreſſus, à totius Regni iſtius Hungariæ univerſis Statibus & Ordinibus, ad publicum & generalem Conventum Principum, aliorumqve Regnorum & Provinciarum, per prælibatum Matthiam Imperatorem, Lincium in Anno* 1614. *indictum, ubi non niſi de arduis & graviſſimis Reip. Chriſtianæ negotiis, Saluteqve publicâ aſſerendâ pertractabatur, unà cum aliis Collegis tuis, pro ſolemni Legatione perfungendâ dimiſſus fuiſti*, &c.

Tertio poſtmodum Anno 1617. ab Imperatore *Matthia* ſupremus *Comitatûs de Bedeg* Comes conſtitutus. Altero viciſſim abhinc anno, ab eodem Imperatore factus Conſiliarius, Magiſter Curiæ Regiæ, & Comes Zólienſis. Poſtmodum A. 1619. *in Tractatu Caroliano cum Gabriele Betlenio*, per *Ferdinand. II* ſupremus delegatus erat pacis conciliandæ Commiſſarius. *Anno verò* 1620. Menſe Septembri, in Lakompack, ab Exercitu Betleniano arctè obſeſſus, at non multo poſt, auxiliante Deo, & Duce Dampiero, inſigni hoſtium editâ ſtrage, & ab obſidione, & à certiſſimo ſimul, qvod imminebat, vitæ fortunarumqve periculo liberatus. In Tractatu deinceps *Nickelſpurgico* A. 1622. per dictum *Ferdinand. II.* juſſus Collega ceterorum Ablegatorum, ubi primùm Imperatori concluſam cum Betlenio pacem perſcripſiſſet, *Cæſaris Camerarius*

pro-

omulgatus eſt, In eodem Anno, ab eodem Imperatore creatus
*udex Curia Regia, & Nova Arcis, atque confiniorum Antemon-
norum Generalis Capitaneus;* etiam *munus Palatini* eodem ipſo
nno, niſi ipſemet reſtitiſſet, indepturus. Quâ autem laude, quâ
tisfactione partes Supremi Ducis *in Arce Nova* obierit *Nicolaus,*
ſi nemini rerum perito obſcurum eſſe putem; quia tamen non
mnibus idem ſenſus eſt, quid *Ferdinandus II.* Cæſar Maximus,
e Militari illo *Nicolai* Magiſtratu ſenſerit, quid ſcripſerit, hic, ex
isdem, quarum ſupra mentionem feci, ejusdem Ferdinandi Cæ-
ſaris literis excerptum, omni exceptione majus attexo teſtimo-
nium: *In qua,* inquit, *functione, ſtrenuè, nec laboribus fracto
animo deſudans, præſtans exemplum virtutis, & ingenui erga
Patriam & Chriſtianam Remp. affectûs tui ſymbolum exhibuiſti;
dum jam fato Principe Tranſilvaniæ pervagatâ cum Turcis Hun-
gariâ, etiam in Marchionatum noſtrum Moraviæ penetrando, ferro,
flammaque in obvia quæque ſæviens, ingenti præda onuſti reverten-
tes, multa animarum millia, abſque diſcrimine ſexûs, in diram bar-
barorum ſervitutem abduci feciſſet: Tu, contractis aliquibus Præ-
ſidiariorum in confiniis ſtipendia noſtra merentium, exiguis, quas
brevitas temporis patiebatur, turmis, innumeris pene hoſtium tur-
mis audacter te opponendo, aperto in campo, ſemel atque iterum
manus conſeruiſti, factâque in illis inſigni ſtrage, vim & auda-
ciam vindicaſti & compeſcuiſti, ac non ſolùm, haudquaquam con-
temnendis ſpoliis & exuviis ab hoſtibus obtentis, vexillis primariis
& præcipuis Turcis captis, plurimisque cæſis, victoriâ non exiguâ
potitus, triumphum reportaſti, verùm etiam magno numero man-
cipiorum (dicuntur fuiſſe 1396. Chriſtianorum, qui peracto prælio in
Arcem Novam inducti; his plures è loco pugnæ in varia dilapſi,
atque ad ſuos reverſi,) in libertatem aſſerenda, Viennam, in Au-
guſtam Aulam noſtram, invexiſti. Quo quidem heroico tuo facto,
nihil omnino contingere potuit, aut ad dignitatem honeſtius, aut
ad celebritatem illuſtrius.* Ita *Ferdinandus* ad *Nicolaum.* Quem
& *Philippus Hiſpaniarum Rex*, non in unis ad eundem Nicolaum
datis literis, ſuum Cognatum Amicumque vocitabat. *Victoria porrò
hæc memoratur contigiſſe A. 1623. d. 27. Novembris.* Poſt

Poſt hæc A. 1624. cum *Chriſtiana Nyári*, Comitis *Emerici Turzonis* relictâ Viduâ *idem Nicolaus* ſecundum iniit matrimonium, & vixit cum hac Conjuge, numeroſâ per eam elegantiqve prole fœcundus, ad uſqve Kalend. Februar. A. 1641. cùm antea A. 1625. d. 25. Novemb. Sopronii, in publicis & generalibus Regni Comitiis, omnium Statuum ac Ordinum unanimi conſenſu nominatus fuiſſet per *Ferdinandum II.* Palatinus, ac Regius per Regnum Hungariæ Locumtenens, nec non ſupremus Comitatûs Sopronienſis Comes. Anno eodem die 10. Aug. ab eodem Ferdinando conſtitutus eſt *Perpetuus de Frakno, cum univerſis linea recta poſteris Comes*. Deniqve à *Philippo IV.* Rege Hiſpaniarum donatus eſt *vellere aureo*, ac per eundem Ferdinandum II. Viennæ ritu ſolemni exornatus A. 1628. die ultima Decembris.

Præter hæc, aliaqve quamplurima, per *Nicolaum*, non minus glorioſè, qvam feliciter geſta, *bis* minimùm *toti Exercitui Cæſareo* in Hungariam, ad ſopiendos Regni motus expedito præpoſitus cum poteſtate *Nicolaus*, Anno ſcil. 1630. & 1644. quâ fide, quâ ſedulitate eam provinciam adminiſtraverit, cùm toti Regno propalam ſit, nihil attinet ulterius inveſtigare. *Tandem hoc*, & præcedente Anno, juſſus Tirnaviæ *pacem inter Cæſarem atqve Georg. Rakózium*, Tranſilvaniæ Principem concludere; prius illa *in Heſſlain*, loco ditionis ſuæ, thermarum valore non omnino ignobili, poſtremum vitæ, qvàm Tirnaviæ, multum deſideratæ pacis, concluſit periodum. *Dum die 11. Menſis Septembris A. 1645.* ultimum, ante medium noctis, urgente qvadrantem; & ipſe *Nicolaus* tot ærumnis, tot curis, tot laboribus, pro dulci Patria, Bonoqve communi exantlatis, penè fractus, *ſexageſimum tertium agens ætatis annum*, omnibus ante Sacramentis ad iter æternitatis ritè refocillatus, ultimum reſpiravit. Sat amplam quidem ille Poſteris ſuis latifundiorum, ſed ampliorem, tam ipſis, quam ceteris omnibus relinquens priſcæ fidei, pietatis, virtutumqve Viro principe dignarum hereditatem. *Vid. Caſp. Jogelini de Lambertinis Catalogum Palatinorum Hungariæ.*

PAV-

PAVLVS ESTERHAZI
S. ROMAN. GERM. IMPERII PRINCEPS, REGNI HVNGARIÆ COMES PALATINVS, AUREI VELLERIS EQVES

PAtriæ ſuæ inſigni bono hanc in lucem editus eſt A. 1635. Patre illuſtriſſimo antea commemorato *Nicolao Eſterházio;* Matre *Chriſtiana Nyária de Bedeg*; Avo *Franciſco Eſterházio*, Avia verò *Sophia Illyesházia*. In matrimonium primum duxit Urſulam filiam fratris ſui natu majoris Stephani, ſecundis deinde nuptiis A. 1682. Sororem Comitis Hung. *Emerici Tökelii.* Pro pleniore autem notitiâ Eſterháziorum Genealogiæ adipiſcenda, *videri poteſt Spicilegii Rittershuſiani Pars poſterior*, & qvæ inde hoc circa argumentum tranſſumta reperiuntur, apud *Jacob Wilhelm. Jmhof. in Notitia Procerum S. R. Germ. Imperii fol. 653.* E priore qvidem matrimonio Celſiſſimus iſte Princeps numeroſam ſuſcepit prolem, atqve è virili *Michael & Gabriel* uno eodemqve anno 1694. matrimonium inierunt; *Prior* cum *Anna Margareta de Blandrat*, filia Comitis Deſſanæ & Marchionis de Radin Pedemontio, cujus mater Eleonora Franciſca de S. Martino ſecundis nuptiis Comiti Königseckio, Vice-Cancellario S. Rom. Imp. in manum convenit; *Alter* ſcilicet *Gabriel*, fœdus pepigit conjugale cum *Margarita Chriſtina*, Comitis de Abensberg & Traun, Ottonis Emerici gnata. Qvod ſpeciatim ad excellentes Principis ejus animi dotes indeqve promanantes dignitates ſplendidiſſimas attinet, Jurium, Philoſophiæ, elegantiorum etiam qvarumvis aliarum Artium & Scientiarum, nec non variarum Lingvarum exterarum cognitione qvam cumulatiſſimè inſtructus, Mœcenas & Promotor literarum Literatorumqve in hunc uſqve diem eſt Opt. Maximus: qvibus ipſis virtutibus uti decus Nominis antea jam Illuſtriſſimi magis magisqve adauxit, ita fortitudinis inſuper bellicæ, aliisqve virtutum præſtantiorum ac civilis prudentiæ editis ſpeciminibus,

ad ſupremum excellentiſſimi *Palatini Regni Hungariæ* cacumen, unanimi Procerum Regisqve applauſu, evaſit, qvo munere, in Politicis ſanè ibidem ſummo, hodie ſalutariter fungens, uti commoda Regni indefeſſo annititur ſtudio promovere; ita ſingulari, eaque intemerata & perſeveranti in Cæſarem totamqve Domum Auſtriacam Sereniſſimam fide eò magis eminet, qvò luculentiora & freqventiora ejusdem hactenus exhibuit teſtimonia: Cujus etiam haut procul dubio intuitu, ſingulari glorioſæ memoriæ Auguſti Leopoldi Gratiâ, ex illuſtri, quâ antea jam effulſit dignitate, ad Celſiſſimum *Principis S. Imperii Romani* faſtigium evectus eſt. Eqvidem ad debitas abundeqve promeritas hujus Principis pariter ac univerſæ *Gentis Eſterbázianæ* Majorum imaginibus fulgentiſſimæ laudes ebuccinandas tantò magis me imparem ſentiens, qvantò ampliores illuſtriora iſtius facinora poſtulant, ſicco eas pede præterire malo, qvàm non ſatis dignè, comtè & concinnè explicare, qvin tamen id in volumine illo exaſciatiſſimo, circa vetuſtiſſimam & illuſtriſſimam hanc Eſterháziorum Progeniem occupato, typisqve publicis excuſo abunde præſtitum ſit, dubitare me non ſinit inclytiſſima argumenti nobiliſſimi dignitas: Titulus autem ejusdem verbis conceptus eſt ſeqventibus: *Trophæum Nobiliſſimæ ac Antiquiſſimæ Domûs Eſtoraſianæ. In tres diviſum Partes, quarum I. exhibet pervetuſtam Illuſtriſſimæ Familiæ Genealogiam*, ab ipſomet Nimrodo arceſſitam, *itemqve Imagines Perſonarum ad eandem pertinentium, cum adjecto ad qvamlibet rerum ab iiſdem præclarè geſtarum elogio. II. Continet Commentarium Partis prioris. III. Complectitur Donationes, Officiorum Honorumqve Collationes ac Privilegia à variis Hungariæ Regibus, ac poſtmodum Romanis Imperatoribus conceſſa, qvibus ea, qvæ in prioribus circa Vetuſtatem ac Nobilitatem inclytæ hujus Domûs dicta ſunt, inſigniter approbantur, confirmanturqve.* Prodiit Viennæ Auſtriæ A. 1700. fol.

F.

Fabricius Baſilius, *Szikſzoviâ-Hungarus*, Calvinianus, Rector qvondam Gymnaſii florentiſſimi Patakienſis in Hungaria. *Scripſit*

ipſit Refutationem Argumentorum Lucæ Agrienſis A. 1568. teſte Simlero in Epitom. Bibl. Geſneri. f. 91. *Scriptum.*

Fegyverneki Iſaacus *Hungarus*, compoſuit Enchiridion *Scriptum.* locorum Communium Theologicorum, rerum, exemplorum que phraſium ſacrarum, ordine alphabetico. Baſileæ 1586. 8.

Filitzki Johannes, *de Filefalva*, *Hungarus*, nobili enere prognatus, natalium ſplendorem carminis dignitate velut peravit. A teneris enim ungviculis pietati, & bonarum artim ſtudiis utiliter imbutus, cum omnia in *Hungaria* arderent ellis inteſtinis, ex hac *Turcis*, ex illa parte *Botskaianis* eam invadenibus, *Pragam* maturè ſe ſe contulit, ut eo in *Gymnaſio* profectus orro haud pœnitendos faceret, multisqve bonis & claris viris in iculis haberetur. Qvandoqvidem igitur is maturo judicio rectiſſine arbitraretur, DEVM bona ſua prece & labore mortalibus venlere, optime ſtatuit, ignavia, ac deſidia artium nobiliorum periiam minime comparari, diligentia contra & lucubrationibus difficilem qvoqve alias aditu Helicona ſuperari. Interim non omnia, nec ſemper, nec ſine diſcrimine qvælibet avide haurienda eſſe, ſed ut rerum, ita verborum delectum non tantum in materia, ſed & loco, ſed & tempore eſſe interponendum idem apprime intellexit. Qvibus factum, ut inter probatos maxime autores (prout iiſdem pene verbis *Filitzkius* diſcipulis ſuis diligenter inculcat,) optimæ notæ alioqvin *Poetas* retulerit. Eos ſiqvidem magiſtros eſſe cenſuit artium humaniorum, è qvibus uberrima ſermonis copia comparari, ex qvorum ceu favis & floſculis pulcherrimis delicatiſſimum mellificium componi poſſit. Quid? quod & *Poeticam* facultatem ipſe edixerit, gratiam longè majorem non tantum in auribus intelligentium, ſed & in animis percipientium relinqvere, adeoqve longe magis ad laudes inprimis DEI Opt. Max. tum Heroum decantandas, qvam ſermo, aut ſtylus alioqvin commendare ſuſtineat. Huc adde magnam partem non infimæ tantum, ſed & ſupremæ conditionis mortalium, eidem ſtudio ab omni pene ætate, atqve

atqve antiqvitate litaſſe, tum ea occaſione poſteris innotuiſſe. Qvos inter cultores, promotoresqve divinæ *Poetices* haut inconcinnum fuerit, ſanctiſſimum illum JEHOVÆ *Heroa Davidem*, *Prophetam ac Pſalmiſtam regium*, *Salomonem* item *Regem*, ejusdem filium, mortalium ſapientiſſimum, enumerare; qvi qvidem divini *Principes* qvantum ea in facultate, moderante cœlitùs gratia *Spiritûs* S. præſtiterint, è ſacris paginis notiſſimum eſt. Hiſce divinis *Regibus* adde, ſi placet, è Gentilium turba *Macedonem* illum, totius orbis *Herculem*, *Alexandrum Magnum*: qvi qvantum ſuo judicio *Poeſi* tribuerit, vel ex eo ſuperfluè liquet, qvod juxta *Qv. Curtium*, & *Plutarchum*, *Homeri poemata* in medio graviſſimornm bellorum æſtu non tantum in deliciis habuit, ſed inſtar theſauri omnium cariſſimi noctu capiti, & pulvino ſuppoſuit. Eodem affectu *D. Auguſtus Imp.* nobile illud *Poëtarnm* par, *Virgilium*, inqvam, atqve *Horatium*, proſecutus eſt, eosdemqve tum muneribus, tum honoribus ampliſſimis abunde cumulavit, *Poeta* ipſe, qvantumvis *Imperator*, inter optimos *Poetas* auguſtus, & optimus. Qvibus præclaris adeoqve divinis exemplis magis confirmatus *Filitzkius* tantum abeſſe demonſtravit, ut *Poetica* facultas Illuſtres viros ac Magnates minus concedere cenſenda veniat, ut potius conſectarium inde emergat, neminem magnum, neminem ſapientem, aut excellenter eruditum evaſiſſe ex omni *hiſtoriarum ac philoſophia* ſerie, qvi divinæ hujus artis præſtantia facundiaqve non inſigniter promotum, adjutumqve ſe ſe ſenſerit. Qvo fine *Philoſophorum* magiſter, ipſe *Plato*, *Poetam* parentem ac ducem ſapientiæ audacter nominat. *Strabo* etiam hanc in rem, præter autores alios graviſſimos, arguit antiqviores primæ cuidam *Philoſophia* vivendi mores, affectionesqve acceptas tuliſſe, poſteriores vero ſolum *Poetam* ſapientem dixiſſe, & judicaſſe. Eandem facultatem recenti nuper teſtimonio *literarum Princeps Scaliger* mactavit, ut homines nullis *Philoſophorum* præceptis aut meliores, aut civiliores evadere poſſe, qvam ex lectione vel unici *Maronis Poeta*, diſertiſſime enunciarit. His atqve aliis plurimis, iiſqve ſpecioſiſſimis, veriſſimisqve argumentis *Filitzkius* haud temere

ere perſvaſus *Poeticam* facultatem unicè intra præcordia ſua & ſcera recepit, unicè diſſvaviatus, unicè etiam diſcipulis ſuis inſtil-re pro virili anniſus eſt. Ea igitur ſpe, & literarum muſicarum nore plenus, acceptis, ut videtur, *Praga*, in fidem ſuam illu-ribus diſcipulis, generoſis adoleſcentibus, *Baronibus ab Hoddie-nva*, &c. in *Germaniam*, tanqvam communium artium litera-umqve nutriculam famoſiſſimam, porrò, ad uberiorem ingenii ulturam, conceſſurus, initio, habita ratione cum ætatis, tum aptûs diſcipulorum ſuorum, *Herbornam*, *Naſſoviorum Gymna-ſium* celebre, *Anno M. DC. V. Menſe Junio* ſeſe contulit. Eo loci, bono tempore, magno ſatis ſuorum ſuiqve ipſius cum fructu, collo-cato, viris inprimis hinc inde clariſſimis in amicitiam pellectis, ad *Athenas* deinceps *Haſſiacas*, qvæ *Marpurgi* ſunt, perrexit, ubi primitias ſuas *Poeticas* cum almæ *Univerſitatis* applauſu publi-cavit. In quod opus leguntur excellentiſſimor. ejus *Acad.* tum Vi-rorum, *Rod. Goclenii* ſenioris, *Herman. Kirchneri*, *Caſp. Sturmii*, *Joan. Pincierii* &c. acclamationes: qvorum illud *Goclenii Philo-ſophi*, ut breve, ſic accuratum, *Filitzkio* datum nimis ex merito elogium iſthic nobis, in gratiam amici lectoris, interſeratur.

Sic autem ad *Emptorem libelli Philoſophus*:

Quæris JOHANNIS carmen ſit qvale FILITZKI?
Et nitidum verbis, & grave rebus, habes.

In ejuſdem eadem *Poetica* ſpecimina leguntur qvoqve *Simonis Sthenii*, *Heydelbergenſis Acad.* & *Ludovici Lucii Profeſſoris Acad. Baſileenſis*, euphemiæ, ut *Filitzkium*, dubio omni procul, non minus *Heidelbergæ*, qvam *Baſileæ* ſtudiis humanioribus præclaram operam dediſſe veriſimile ſit. Idem ferè evincere videtur amiciſſi-ma illa neceſſitudo, qvæ *Filitzkio* cum celeberrimis viris *Georg. Remo*, & *Conr. Rittershuſio* interceſſit, ut eundem ſimul etiam in *Academia Noricorum Altdorfina* ſtetiſſe nobis perſvadeamus. Cæte-rum is præter humaniorum literarum, *Poetices* inprimis ſtudia, haud ſuperficialiter deguſtata, ætate provectior adjecit porro ani-mum ad cognoſcenda SS. *Theologiæ* myſteria. In qva qvidem divina ſcientia eo eruditionis perrexit, ut ad gradum, & honores ſummos

Metaphyſica illius facultatis graviſſimæ (qvales qvidem in *Academiis* conferuntur) haud ſegniter aſpirare viſus ſit. Ejus deniqve in pietatem Chriſtianam, ſtudia humanitatis, & poetices, inprimis amor atqve animus, conſtantia verò, fides, & obſervantia erga patriam, atqve amicos, ſatis ex poëmatibus autoris, ceu vivis teſtibus, tum prolegomenis, precibusqve annexis luculentiſſimè cuivis apparent.

Scripta. Libellos poeticos, qvos tum qvidem evulgavit, partitus eſt in carmina 1. *Genethalica.* 2. *Gratulatoria.* 3. *Propemptica.* 4. *Philotheſia.* 5. *Symbola.* 6. *Proſphoneſes.* 7. *Epithalamia.* 8. *Paramythetica.* 9. *Funebria.* 10. *Epigrammata* denique miſcella, tam *Latina* qvam *Græca.* *Poëmata* qvoqve ejusdem *varia*, varii argumenti in *Joh. Philip. Parei Deliciis Poetarum Hungarorum*, circa finem adducta comparent.

Ex Joh. Petri Lotichii Bibliotheca Poetica Parte IV. ubi p.142. de hoc Joh. Filitzkio ſeqventes leguntur verſus encomiaſtici:

Commendas patriam non vana laude, tuosqve
Impariter ſcriptis, ô FILEFALVA, modis.
Legimus ingenuæ, Vates, monumenta juventæ,
Qvanta ſenex olim carmina, quæſo, dabis?

Flacius Illyricus, vid. voc. *Francovitz* Matth.

Fleiſcherus Chriſtianus, *origine Hungarus*, Golnicio, qvod aliis Gilnicium, aliis Gelnicium dicitur, inter montanas urbes ſito oppido primordia vitæ ſuæ ducens, in Germaniam digreſſus, poſitis ſtudiorum liberalium fundamentis, adſtrueabat Proteſtantium Theologiam ſcientiam. Ea, potiſſimum Homiletica, diſertus, A 1527. in Vratislavienſium templo, unde Chriſtoph. Flaſchnerus, apud Taurinos in agris Eccleſiæ Paſtorem acturus, diſceſſerat, Diaconis adjungebatur. Inter hos Evangelicam Doctrinam fideliter populo explicare ſolitis bis aſcendbat: deniqve locum Archi-Diacono proximum poſſidebat. Muneris ſui partes jam per 20. annos impleverat, cum ætatis 49. annum ingreſſus, Deo ſpiritum Vratislaviæ reddebat A. 1547.

- 1547. die Junii 15. Vid. Mart. Hankius de Sileſiis Alienigenis ·uditis c. 13. p. 370.

Joh. Henric. Cunradi *in Sileſia Togata, edita, à Caſp. Theo- ·ilo Schindlero, p. 75. de hoc Fleiſchero ita canit.*

Symmyſtam vidit me ſplendida Bresla Sacrorum;
E tripode hæc ſacri Codicis hauſta tuli.

Forgács Franciſcus, Comes Hung. in Gimes, ex Antiſtite Varadienſi tandem Archi-Epiſcopus Strigonienſis, S. R. E. Cardinalis natus, ſummus Cancellarius & Primas Regni Hungariæ. Sui temporis Hiſtoriarum Commentarium eum ſcripſiſſe refert *Nicol. Reiſnerus in Syndromo* ſuo, Rerum Turcico-Pannonicarum; ſed de illis hactenus, præter Sigethi deſcriptionem & obſidionem nihil mihi videre contigit. Prædicti autem Commentarii *Sambucus qvoqve meminit in Præfat. Hiſtor. Hung. Bonfinianæ à ſe continuata verbis ſeqq. Nam XV. Libros adjeci, qvorum X. è Bibliotheca Dominorum de Révа cum aliis* (credo) *communicati ad me pervenere: V. poſteriores nobiliſſimus ac doctiſſimus Antiſtes Varadienſis, Franciſcus Forgács &c. ante paucos annos* Oporino *Typographo Baſilienſi, à Chriſtoph. Trecio primùm communicatos liberaliter mihi detulit.* Cui adſtipulatur Petrus de Réva in Tract. de Monarchia & S. Corona Regni Hung. fol. 73. *Aliter, inqviens, ferè Vir ætate ea ſummus genere & eloqventia,* Franciſcus Forgács Epiſc. Varad. & Cancell. Regni in ſuis Commentariis *memoriæ tradidit.* Et ibid. f. 95. Franciſcus Forgács Scriptor nobiliſſimus *de Theſauro Johannis de Zapolya, Regis Hung. ſcribit verbis &c.*

Ad ipſam qvod attinet Forgácsiorum Comitum proſapiam, ea certè uti inter antiqviſſimas & illuſtriſſimas Hungariæ, meritò referenda eſt; ita *Sigismundus Forgács* ſplendidum Judicis Curiæ Regiæ munus A. 1613. egregiè exornans, ingens Familiæ decus denuò intulit; nonniſi ſanè cum omni hominum memoria periturum.

Foris Franciſcus, SS. Theol. Juris Utr. nec non Philoſ. Doctor, à loco nativitatis Hungariæ *Ottrokocs* dicto, cognomina-

tus *Ottrokocsi*, (à loco enim nativitatis cognomen adipiſcendi mos in Hungaria admodum eſt familiaris: ita namqve cum Stephano *Kis* comparatum eſt, ut non tam familiæ *Kis*, qvam *Szegedini*, nativitatis ſcilicet nomine citatus & allegatus ubiqve reperiatur: ſic etiam cum Nicolao *Kis*, *Tótfaluſio;* cum Andrea *Katona Uifalvino*, aliisqve à patria cognomen adeptis Viris ſe res habet) parentibus prognatus eſt Calvinianis, in ea etiam religione educatus, virili poſtea ætate *Rimmaſzécsii* Verbi-Divini ſecundùm dogmata fratrum Calvinianorum, Miniſtri munere aliqvot annis vigilantiſſimè functus eſt. Eandem perſecutione Proteſtantium religionum Hungarica circa A. 1678. ingruente, unà cum pluribus aliis Miniſtris Eccleſiarum Proteſtantium, ex patria in exilium pulſus & variis fatis agitatus, Holandiæ Univerſitates adivit, in qvibus qvantum mihi conſtat, docendæ juventuti Academicæ operam navavit, ſimulqve editis aliqvot ingenii ſui elegantioris fœtibus Orbi Litterario innoteſcere cœpit: Poſt aliqvot in hiſce provinciis exactum tempus, in patriam ſecum conſtituit reverti, ne autem iter per Germaniam rurſus inſtitueret, Galliam prius, atqve Italiam ſibi adeundam eſſe cenſuit, profectuum non minus uberiorem in ſtudiis acqvirendorum, qvam Literatorum celebriorum notitiæ comparandæ ſtudio inflammatus. Romam tandem delatus, Sacra Romano-Catholicorum ſponte ſua amplexus eſt, eum forſan in finem, ut aliorum in Germania doctiſſimorum virorum exemplo Unionem duarum Proteſtantium, cum Romano-Catholica Religione meditantium, ſe ipſo pariter Deus, tanqvam inſtrumento aliqvo, ad ſimile qvid in Hungaria tentandum aliqvando uteretur, qvi ejus ſcopus atqve conatus ex aliqvot qvoqve opuſculis publicè impreſſis atqve ex relationibus qvibusdam epiſtolicis è patria à nonnemine ad me exaratis, ſatis ſuperqve eluxit. Ceterum Polyhiſtoris nomine ob exactam omnigenæ literaturæ peritiam, qvin ille etiam inſigniendus ſit nullum ſanè eſt dubium, præterqvam enim qvod illius intuitu Romæ Theologicâ æqve ac Juris utriusqve mitrâ donatus eſt, profectò tam varia diffuſaqve illius eruditione in Hungariam qvoqve rumo-

re

: nuncio penetrante, à venerabili Strigonienſis Archi-Epiſcopatûs apitulo, in Academiam Tirnavienſem ad munus Jurium aliarumve ſubtiliorum Scientiarum præcepta profitendi vocatus, hodie ıaximo cum ſtudioſorum fructu ac applauſu eidem ibidem præeſt; rimarium & ferè unicum ſibi præfixum habens ſcopum, ut pietatis eræ atqve dilectionis ſinceræ cultor, aliis qvoqve humilitate, conitate, patientiâ, concordiâ, tolerantiâ, moderamine facem qvaſi præferret, ſicqve pacis & unionis ſtudio flagrans, metam tandem ıujus voti ſui non prorſus contemnendi, conſeqveretur. Cui propoſito ſi æther annueret, certè inter reliqva Europæ Regna Hungaria triumpharet.

Opuſcula, qvæ hactenus Excellentiſſ. Dn. *Fr. Foris Ottrokocsi* publici juris fecit, ſeqventia ſunt:

Preces matutinæ & veſpertinæ idiomate hungarico editæ, *Claudiopoli A. 1683. in 12.* *Conciones aliqvot, hungaricè editæ partim Claudiopoli, partim Caſſoviæ 1689.* *Origines Hungaricæ, ſeu Liber, qvô vera Nationis Hungaricæ Origo & Antiqvitas è veterum monumentis & lingvis præcipuis panduntur. Indicato hunc in finem fonte tum vulgarium aliqvot vocum Hungaricarum, tum aliorum multorum nominum in qvibus ſunt Scytha, Hunnus, Hungarus, Magyar, Jáſz, Attila, Hercules, Iſter, Amazon &c. Franekeræ 1693. 8.* Eccleſiaſticam inſuper Hungarorum Hiſtoriam ſe compoſuiſſe in Præfatione ad Lectorem hujus libri, indicat, qvæ ut libro huic jamjam comes adjungatur Eruditi avidè optant. ΕΙΡΗΝΙΚΟΝ, *ſeu Pacis Conſilium pro Unione & Concordia ad fratres Proteſtantes, profectum à charitate & labore Fr. Foris Ottrokocsi. Franekeræ 1692. 8.* *Concio Hungarica ex Pſalmo 118. (al. 119.) v. 176. coram confertiſſima multitudine A. 1694. d. 29. Auguſt. habita & recitata Tyrnaviæ.* *Quæſtio decantata ubi fuerit Eccleſia Reformata ante Lutherum, Zwinglium, & Calvinum, Amſterodami 1695. 8.* *Latum ad Lugentes Sion Nuncium, qvo ex Jſaiæ cap. 30. v. 26. oſtenditur; inſtare tempus* ampliſſimæ lucis ſpiritualis in Eccleſia Chriſtiana, *nec non* Converſionis Turcarum, *& tot vulnerum ſciſſionumqve*

Scripta.

Eccleſiæ ſanationis, per Chriſtianorum unionem futuræ, Tyrnaviæ 1696. 8. *Examen Reformationis Lutheri & Sociorum ejus, juſtum, modeſtum, pacificum, animæqve in ſalutem neceſſarium. Tyrnaviæ 1696. 8.* In hujus defenſionem dudum parata eſt *ab* Ottrokocsio; *Modeſta Reſponſio, adverſus virulentum qvendam conviciatorem transmarinum, ſed nondum (ceu relatum qvidem habeo) typis edita, eo qvod optatus modus edendi hactenus Ottrokocsio defuit.* *Roma Civitas Dei Sancta, juxta ductum Pſalmi 47. (al. 48.) tam latino, quam hungarico idiomate, edita Tyrnaviæ 1698. 8.* *Breve ſpecimen Introductionis in Jurisprudentiam Methodicam, Tyrnaviæ 1699. 12.* *Aſceticum Opus hungaricum ibidem 1699. 12.* Cujus titulus ex hungarico latinè *verſus eſt iſte: Ambulantium coram DEO perfectio, ſeu vera Pietatis & Sanctitatis Via ex Geneſ. 17. v. 1. Col. ult.* Hoc opus Aſceticum, ex hungarico in latinum ipſe Autor vertit, ſed nondum hæc Verſio typis eſt excuſa. *Theologia Prophetica, ſeu Clavis Prophetiarum & Typorum Scripturæ S. ex ipſa Scriptura S. & SS. Patribus, aliisqve eximiis Doctoribus, ita adornata, ut ea rectè utentes, Scopulos Novitatum, Paci & Unitati S. Eccleſiæ adverſantium, evitare, pedes in via Veritatis figere, magnaque, de futuris S. Eccleſiæ & Mundi Nationum rebus, Arcana, in dies intelligere, & in vera quoqve pietate proficere poſſint. Stylo ſanctæ Paci & Unitati Chriſtianorum accomodato, Tyrnaviæ. 1705. 4.* *Antiqva Hungarorum Religio verè Chriſtiana & Catholica, temporibus S. Stephani, primi eorum Regis Chriſtiani ab ipſis ſuſcepta &c.* *Promeditanda & maturanda ſancta Chriſtianorum in Fide Unione, D. D. Hungaris, ac præſertim D. D. Paſtoribus utriusqve partis modeſto, & cum ſincero Salutis eorum deſiderio propoſita. Tyrnaviæ A. 1706. 8.*

Cenſoria virgula *F. Foris Ottrokocsium* notavit *Joh. Georg. Eccardus*, Hiſtoriarum in Academia Julia PP. in Diſſ. Inaugurali *de Uſu & Præſtantia Studii Etymologici*, habita Helmſtadii A. 1706. in 4. 13. plagul. in eadem demonſtrare ſatagens: Fr. Foris Ottrokocsium in *Originibus ſuis Hungaricis* Hunnos & Hungaros diverſas planè olim Nationes confudiſſe, easqve pro una eademqve

ve natione falsò venditaſſe. *Ejus verò Diſſertationis ſummaria* *mprehenſio, circa hanc qvidem materiam, eſt ſeqvens:*

Hunnos & Hungaros diverſas olim fuiſſe nationes, & primos videm generis Sclavonici, adverſus *Franciſcum Foris Otrokocsium*, vi in *Originibus ſuis Hungaricis* eas nuper confudit, demonſtraur. Hungaros contra cum longe diſſitis Finnis unam olim gentem uiſſe aſſeritur, qvam cognationem jam agnoviſſe dicitur Comeius & Stiernhelmius, qvi in Gothicorum Evangeliorum præfaione miratur, qvod in *Lexico Ungarico Molnari* bene multa vocaula Ungarica invenerit Finnis communia. Noſtro etiam ævo peregrinantes curioſi poſt Siberiam in magna illa Tartaria, unde ortum trahunt Ungari, invenere, qui Finnicæ cognatam lingvam adhuc loqverentur. Ex qvo concluditur, Finnicam lingvam olim longe lateqve vno tractu ſe extendiſſe per extimas & ſeptentrionales Europæ Aſiæqve partes, & a Slavicis demum populis, ſeptentrioni ſe infundentibus, interruptam fuiſſe disjunctamqve. Ha occaſione nomina qvædam Hunnica in veteribus autoribus occurrentia, mere Slavonica eſſe docentur. E. g. *Jornandes de Reb. Get. c. 49.* Attilæ mortem recenſens ſcribit: *Poſtqvam talibus lamentis eſt defletus*, Stravam *ſuper tumulum ejus qvam appellant ipſi*, ingenti commeſſatione *concelebrant, & contraria invicem copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuqve ſecreto cadaver eſt terra reconditum.* Ubi Bonaventura Vulcanius qvidem in Notis ad h. l. ex Statii commentatore vetere, *ſtravam*, per *exuviarum hoſtilium molem*, aut etiam per *ſupplicium* à captis ad tumulum Attilæ ſumtum, explicare tentat; ſed tandem incertus lectorum judicium implorat. Noſter, cum *ſtrava* ante ſepulturam atqve etiam ante cædem ſepelientium, à Jornande memoratas, dicatur celebrata, & qvidem *ingenti commeſſatione & gaudio*, ſtatuit hanc vocem eſſe eandem cum Slavorum *ſtrauva*, qva *res cibaria, victus, commeatus, ſitarchia, edulitas* denotatur. *Strauva hydleca* iisdem eſt *pabulum; ſtrauvnik, alumnus, convictor; ſtrauvny, eſculentus* &c qvæ omnia deſcendant à *travvie, conſumo*, ich zehre; unde nobis ſimili modo die Zehrung eſt *convivium:*

vivium : ut adeo ſenſus verborum Jornandis ſit , eos *convivium* (das Leichmahl) *ingenti commeſſatione concelebraſſe.* Ipſum Hunnorum, ſive, ut ab optimis autoribus ſcribebatur olim, *Chunorum* nomen a Slavico *kun*, *kon*, *kony*, *chogn*, *eqvus*, Autori derivatur, ut *equites* notet. *Saxones* non à longis quos geſſere cultris, (*ſax* & *ſex* enim cultrum ſeu ſiconem denotat,) qvicqvid etiam medii temporis ſcriptores dicant , ſed à Scandinavia diſcedentes nomen accepiſſe credit à *ſagen*, *ſecando*, *dividendo*, unde & *ſachs*, *culter*, derivatur, ut *patria diviſos* ſeu *colonos* eos eſſe intelligeres, & vox *ſaghſe*, *ſaxe*, hoc modo ejusdem cum Germanico *ſchar* & Gallico *detachement* naturæ eſſet. *Slavorum*, aut veluti ipſi ſe appellant, *Slovakorum* vocabulum idem ipſi eſt cum Slavonico *czlovek* , qvo *homo* ſimpliciter denotatur, qvod Sarmaticarum rerum Scriptores non animadvertiſſe miratur. Idem porro nomen etiam ſervilis generis homini, ſive qvi non alia re , qvam qvod *homo* eſt, reſpectu ſui ſuperioris gloriari poteſt, tribuitur, eodem modo, qvo Latinis poſterioribus vox *homo* , nobis *litus* (*liti* ſunt *coloni* in diplomatibus monaſticis paſſim obvii. *Leute* nobis *homines*, *vulgus*, *plebs*) & *man* olim de qvovis alterius dominio., qvalibet ratione , ſubjecto uſurpabatur. Unde Eccardus falli pronunciat, qvi ſervos per omnes gentes tum demum Slavos dici cœpiſſe crediderunt , cum ab Henrico Aucupe Slavorum in Germania pars qvædam devicta ſubactaqve eſſet &c.

Præter *Joh. Georg. illum Eccardum* calamum etiam ſtrinxit adverſus *Franciſcum Foris Ottrokocsium* , *Samuel Matthaides* in Diſputat. Theologica : *Roma & Geneva irreconciliabilis*, habita Gryphisvaldiæ A. 1708 die 9. Febr. ſub Præſidio Reverendiſſimi Viri Dn. Joh. Frid. Mayeri SS. Theol. Doct. ejusdemqve Profeſſ. Prim. &c.

Forró Georgius, *Tranſylvanô-Hungarus*, illuſtri ſangvine cretus : Societatem Jeſu A. 1588. ætatis 16. amplexus eſt. Philoſophiam Græcii docuit. Rexit Collegia Zagrabienſe & Tyrnavienſe, & Provinciam Auſtriæ , annis aliqvot. Denuò nunc Collegii Tyrnavienſis, & Academiæ , qvam Eminentiſſimus Princeps

Petrus

Petrus Cardinalis *Pazmannus* ibi inſtituit, primus Rector. Paratos habet *Concionum Tomos aliqvot*, lingvâ hungaricâ, magno Patriæ bono daturus eos propediem in lucem, Obiit *Tyrnaviæ* 18 Octobr. A. 1641. ætatis 72. Societatis aditæ 54. *Vid. Philip. Alegambii Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſu fol. 155.*

Forró Paulus nonniſi ex *Hungarica Q. Curtii verſione* hactenus mihi innotuit, qvæ ſanè, præter ſummam elegantiam perſpicuitatis etiam laudem qvam maximè meretur. *Prodiit Debrecini A. 1619. 8.* Uti autem Viri hujus eruditiſſimi opera ejusmodi ſtudiorum generi impenſa non poteſt non laudari; ita votis omnibus expetendum foret, ut plures alii *Hungari* exemplum hoc ſecuti ceteros qvoqve *Latinos* melioris notæ *Scriptores* in Hungaricum idioma converſos, juventutis commodo, luci publicæ exponere ſatagerent. *Scriptum*

Fortunatus Matthæus *Hungarus*, in naturalibus Senecæ Qvæſtionibus Librorum VII. emendandis laboravit & annotationes adjecit. Liber impreſſus Venetiis in officina Aldi. Claruit temporibus Caroli IV. Francorum Regis. *Simler. in Epit. Biblioth. C. Geſneri f. 492.* *Scriptum*

Franciſci Paulus, *Coronâ-Tranſylvanus*, Medic. Doct. hodie Poliater Vunſidelenſis. Diſputationem Inauguralem habuit Altdorfii, *de Paralyſi ex Colica* A. 1678. in 4. *Scriptum*

Francovitz Matthias, cognomento Flacius Illyricus, natus eſt *Albonæ* Illyrici, (hodie Sclavonia dictæ provinciæ) oppido A. 1520. die 3. Martii, è familia veteri & numeroſâ. Pater ſcilicet ei fuit *Andreas Flacius*, vir honeſtus & eruditus, Mater *Jacoba*, ex nobili *Luciorum* familiâ. Puer hic *Matthias*, parente, (qvi & ipſe filio prima lingvarum rudimenta inſtillavit,) mortuo, *Franciſco Aſcerio Mediolanenſi*, Viro doctiſſimo, operam

aliqvandiu dedit. *Venetias* deinde miſſus, *Johannem Baptiſtam Egnatium* juxta forum *S. Marci* literas humaniores celebri famâ profitentem audivit. A. 1537. verò pietatis & Theologici ſtudii deſiderio Monachiſmum ſuſcipere cogitavit, communicato conſilio cum *Baldo Lupatino*, *Franciſcanorum* Provinciali, poſtea qvod hæreſeos ſuſpectus eſſet, poſt carcerem 20. annorum, mari ſubmerſo, qvi cum monachatum ipſi diſſvaſiſſet, & Theologiæ diſcendi gratiâ in Germaniam proficiſci ipſi conſuleret, hujus conſilium ſecutus, omni penè viatico deſtitutus *Baſileam* venit A. 1539. Ibi à *Simone Gryneo* hoſpitio exceptus, eo etiam Præceptore uſus eſt. Indè, ſub exitum anni, *Tubingam* venit, hoſpitio uſus *Matthiæ Garbitii*, popularis ſui, lingvæ Græcæ Profeſſoris. A. 1541. *Wittenbergam* profectus, *Lutherum* & *Melanchthonem* audivit, vixitqve in hoſpitio *Friderici Bachovii* Miniſtri Eccleſiæ, lingvam Hebræam privatim docendo, & Græcam. Magiſter deinde ſalutatus ibi, & uxore ductâ, Profeſſor Publicus conſtitutus eſt A. 1544. *Wittenbergæ* cum literis operam daret A. 1541. graves tentationes ſuſtinuit de peccato, de irâ DEI, de prædeſtinatione &c. à quibus tandem, poſt preces etiam publicè pro ipſo habitas, Literarum Sacrarum auditis conſolationibus liberatus eſt. Ibidem qvoqve *Melanchthoni* ſingulariter acceptus fuit, qvem tamen poſtea ſcriptis ſuis exagitavit. A. 1546. orto in Germaniâ bello, *Brunſvigam* à *Medlero* invitatus abiit, ibique docendo famam nominis ſui diſſeminavit. A. 1547. *Wittenbergam* ad munus docendi rediit, ubi paulò poſt divulgato libro *Interimiſtico* cum aliis Theologis ſe illi oppoſuit. A. C. 1548. *Wittenbergâ Magdeburgum* abiit, ubi Officinæ typographicæ præfectus *Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, *Centurias* vulgò *Magedeburgenſes* adornare incœpit, unà cum *Nicolao Amsdorffio*, *Nicolao Gallo*, *Martino Copo* Medicinæ D. *Johanne Wigando*, *Ebelingo Alemanno*, & *Matthæo Judice*. Papatum inſuper ibi, *Oſiandri* etiam & *Schwenckfeldii* dogmata oppugnavit. Hinc A. 1557. *Jenam* ad Scholam novam excolendam vocatus venit, ſed qvinqvennio ibi exacto, cum inter ipſum & *Victorinum Strigelium* contentio de Libero Arbitrio eſſet orta, *Ratiſbonam* conceſſit, ubi varia Scripta edidit. A. 1567.

1567. *Antverpiam* ad Eccleſias ibi conſtituendas cum *Cyriaco Spangenbergio* venit, ſed paulò poſt indè dimiſſus, *Argentoratum*, & tandem *Francofurtum ad Mœnum* venit. A.1568. *In Colloqvio Altenburgenſi*, qvod inter Theologos *Miſnicos* ac *Thuringicos* inchoatum 21. Octobr. & finitum 9. Martii Anni ſeqventis, cum de *Juſtificatione* diſputaretur, *Flacius* contendit, *peccatum eſſe ſubſtantiam, non accidens*. Abinde flacceſcere & ſuis fratribus ſordere cœpit, ac idem paſſus eſt à ſuis, qvod *Philippus Melanchthon* ab ipſo A. 1548. Fatis tandem *Francofurti* conceſſit 11. Martii A. 1575. æt. 55. Concionem funebrem ipſi habente *Caſp. Heldelino Cronbergenſi*. Qvanqvam verò *Matthias* cum aliis tum inprimis paradoxo illo de peccati ſubſtantia non exiguas in Eccleſia Chriſti turbas dederit, laude tamen ſuâ defraudandus non eſt ob egregia reliqva ſcripta, ex qvibus commendantur ſeqq.

Argumenta in Pſalmos 60. Davidicos, excuſa Francofurti A. 1550. Regula & Tractatus de ſermone ſacrarum literarum, Magdeburgi 1551. De Materiis & metis ſcientiarum atque erroribus Philoſophiæ in rebus divinis, Jenæ. 1550. Refutatio mendacii de Logo. ibid 1558. Clavis S. Scripturæ, ſeu de ſermone ſacrarum literarum, Baſileæ 1567. De re ac Controverſia Sacramentaria Libelli complures editi Francofurti 1567. Tabula de IV. Regnis ſpiritualibus. Refutatio erroris Oſiandri. Tabula trium methodorum Theologiæ, Jenæ 1558. Proteſtatio contra Concilium Tridentinum cum norma Synodi & Scripta quædam Monarch. de eo Concilio. Gloſſa compendiaria ſuper totum Novum Teſtamentum, Baſileæ, 1570. Catalogus teſtium veritatis, qvi ante Lutherum Antichriſto reclamarunt. Confeſſio Chriſtiana de Peccato Originali & libero Arbitrio. Defenſio ſanæ doctrinæ de originali Juſtitia aut Injuſtitia aut Peccato, Baſileæ 1570. Demonſtrationes evidentiſſimæ doctrinæ de Eſſentia imaginis Dei, & Diaboli, Juſtitiæ & Injuſtitiæ originalis, ibidem. De Auguſtini & Manichæorum ſententia, in controverſia peccati, Urſellis 1571. Omnia Latina ſcripta Illyrici contra Interim & Adiaphora edita, uno volumine comprehenſa prodierunt Magdeburgi 1550. Hiſtoria certaminum inter Ro- *Scripta.*

manos Epiſcopos, & ſextam Carthaginenſem Synodum, Africanasqve Eccleſias, de Primatu ſeu poteſtate Papæ, *bona fide ex authenticis monumentis collecta, excuſa Baſileæ ab Oporino. Hiſtoria Carthaginenſis VI. Synodi ibid. Turonenſis Hiſtoria ab eodem continuata. Urſpergenſis Chronica ab eodem emendata. Liber de translatione Imperii ad Germanos, & de electione Epiſcoporum. Cauſa cur Status Imperii in conſtituenda pace religionis tam aliorum piorum, quam ſuorum ſubditorum rationem habere teneantur &c.* Præterea complura alia Flacii Illyrici tum Latina tum Germ. Opera, contra Papam nempe, Interim, Oſiandrum, Schvenkfeldium, Sacramentarios, Anabaptiſtas, & alios, variis in locis atqve temporibus iteratis vicibus ſunt impreſſa. *Conf. omninò Joh. Simleri Epitom. Biblioth. Geſneri fol. 194. & ſeq. Vitæ ejusdem deſcriptio compendioſè transſumta eſt ex Melch. Adami Vitis Germ. Theol.*

Elogia & Cenſuras, qvas de Slavo *iſto famigeratiſſimo hinc inde connotare mihi in præſenti licuit, accipe ſeqventia:*

Judicia. *Flacius* Theologus, ſuperioris ſeculi *Origenes*, qvi non mediocres turbas in Republicâ Chriſtianâ dedit abſurdiſſimo ſuo effato; *peccatum originis eſſe ipſam hominis ſubſtantiam.* Qvod dogma cum præcipuis fidei noſtræ Articulis, de Creatione, Filii Dei Incarnatione, Redemptione, Sanctificatione, & Reſurrectione pugnat. Nec tamen propterea adſentiri poſſum *Gulielmo Budæo*, qvi *Centur.* XVI. θανατολογίας ad annum 1575. ait; *Flacium* neqvidqvam recti feciſſe, niſi cùm moreretur. Tempore enim, *Interimiſtico* Eccleſiæ *Chriſti* bonam & fidelem operam contra *Papatum* pugnando navavit. Ipſi etiam, utpote in Scriptis veteribus Eccleſiaſticis & ad Hiſtoriam facientibus verſatiſſimo, inſigne illud opus, & qvale priſtina ætas nunqvam viderat, *Centuriarum Magdeburgicarum* maximam partem debemus. Liber etiam, qvem *Clavem Scripturæ*, inſcripſit, non caret ſuâ utilitate. *Qvenſted.* De Vitis & Patriis Viror. Illuſtr.

Homo vehemens, & qvocunqve loco pedem figeret, acerrimus turbarum incentor. *Thuan.* Hiſt. lib. 38.

Sum-

Summus inter Proteſtantes *Pontificiæ* auctoritatis oppugnator, & ob eandem vehementiam *Philippo Melanchthoni* præceptori olim ſuo non ſatis æquus. *Thuan.* ibid l. 61.

Matthias Flacius Illyricus, hæreſi infamis, alioqvi non malè de Eccleſia meritus, edito *Catalogo Teſtium Veritatis*, & adornatis ſuâ ipſius, *Johannis Wigandi*, & *Matthæi* Judicis operâ *Centuriis Eccleſiaſticis Magdeburgenſibus*. *Pezel.* in Mellific. Hiſtoric.

Flacius Illyricus Centuriarum Magdeburgenſium, ἐργοδιώκτης fuit, qvod opus non tam ex nævis, qvi à nonnullis jam ſunt obſervati, qvàm inexpugnabili æſtimari debet labore, & inaudito antea conatu. *Hottinger.* Biblioth. Qvadrip. lib. 3. cap. 3.

Scio unum ex *Centuriatorib. Magdeburg.* Operis & abſoluti principem authorem præcipuum & primarium, virum certè induſtriæ prodigioſæ, Librorum immanem helluonem, & Bibliothecarum obliguritorem, furioſum tamen Theologum & inſanum *Flacium Illyricum*, novarum qvarundam & monſtroſarum Opinionum extitiſſe adinventorem, *Rich. Montacut.* Præf. ad Eccleſiaſt. Exercitat.

Impia dogmata, impiamqve vitam *Rom. Antichriſti* deſcribens, multis editis libris celebris factus eſt. Multa recondita ex Bibliothecis eruit, aliorumqve Autorum ſcripta in lucem protulit, qvæ nobis regni *Tenebrarum* Regis artes, mores, ſtudia, tyrannidem atqve ſcelera non ſine ſtupore proponunt. Qvæ latuiſſent fortè malè, ſuisqve tenebris ſepulta fuiſſent, niſi abditos Bibliothecarum receſſus atqve ſinus penetraſſet *Illyricus*. *Jac. Verheid.* in Elog. Theol.

Flacius iſte, qvamvis ab alia qvadam eruditionis parte deſtitueretur, in Scriptis tamen veteribus Eccleſiaſticis & ad Hiſtoriam facientibus fuit verſatiſſimus. *G. Calixt. in Apparat. Theolog.* pag. 184.

Multas excitavit turbas in Eccleſiis Proteſtantibus erroneis qvibus implicatus erat opinionibus; cumprimis autem ſententia ſua, qvòd *peccatum originale* ſit propria hominis ſubſtantia: tamqve acerbe tantaqve animi impotentia ſcripſit adverſus *Melanchtonem*, Præceptorem ſuum, ut vir ille magnus, qvantumvis lenis & moderatus ingenio, non potuerit ſibi temperare qvin ipſum *Echidnam Illyricam* appellaret. Magnam ſcriptis ſuis famam ſibi paravit, eo-

qve præſertim qvod *Clavis Scripturæ* inſcribitur, nam ille liber *Proteſtantibus*, & Catholicis æquè utilis eſt, ut affirmat Rich. *Simon.* Hiſt. Crit. V. T. *Ant. Theiſſier.* Elog. Virorum Eruditorum. Gallicè.

Si Author ille *Lutheraniſmi* præjudicatis opinionibus adeò imbutus non fuiſſet, qvæ ipſum qvadantenus adegerunt ad falſas earum applicationes faciendas, multò clariorem famam ſibi conciliasſet. Orat. Presbyter. *Rich. Simon.* Hiſt. Crit. V. T. lib. 3. cap. 13. Gall.

Denegarunt ei cœnam Miniſtri propter doctrinam *De peccato originali*: Ita ſine viatico, qvia aberrarat è viâ, abiit ex hac vitâ. Utinam pius & bonus. *Hieron. Zanch.* Epiſt. l. 2. in Epiſt. ad *Lavaterum.*

In hunc Auctorem hoc diſtichon compoſuit *Jacobus Boiſſardus.*

Qvòd ſcelus & totus ſis culpa, diſerte Mathia;
Incuſare alios deſine, culpa tua eſt.

NB. Hic Author inter Hæreticos primæ Claſſis rejicitur in Romano indice Expurg.

Frank Valentinus, *Nobilis Tranſylvanus à Frankenſtein*, Evangelicæ religioni addictus, virtutum ſplendore atqve munerum amplitudine conſpicuus. Erat Illuſtriſſ. Tranſylvaniæ Principis Conſiliarius qvondam intimus feliciſſimus: Judex Regius Civitatis Cibinienſis, & totius in Tranſylv. nationis Saxonicæ Comes longè meritiſſimus; Literarum Literatorumqve Moecenas munificentiſſimus. In Univerſitate Reipublicæ Noribergenſis, quæ hic Altdorfii floret, elegantioribus literis atqve ſcientiis incumbens, eruditam Differta-
Scripta. tionem Moralem de *Æqvitate*, ſub Præſidio Joh. Conr. Dürri SS. Theol. ac Moral. P. P. A. 1666. publicæ Eruditorum diſqviſitioni exhibuit. Præter hanc Diſſ. inter plura alia ab eodem edita Opuſcula, meam in notitiam pervenere: *Origines Nationum & præcipue Saxonicæ in Tranſylvania, quæ Helmſtadii A. 1697. in 4. juxta exemplar Cibinii in forma 12. impreſſum, prodiere.* Imprimi etiam curavit *A. 1673. librum quendam Pyrotechnicum.* Laudes & merita circa utramqve Rempublicam Generoſiſſimi hujus atqve Eruditiſſimi Viri, juſto Opuſculo comprehenſa, Clientes, Amici & Cultores nonnulli Frankiani, Viennæ imprimi curarunt, apud *Mattha.*

Coſ.

Coſmerovium A. 1692. in 12. qvod hunc præ ſe fert titulum: *Roſetum Frankianum, quod ſpinoſo, at innoxio livore cinctum, columbarum concordi amore vinctum, pracioſo gemmarum virtutum ſplendore diſtinctum: Roſis gentiliciis Spectabilis, Generoſi, Ampliſſimi, ac Doctiſſimi Domini* Valentini Frank à Frankenſtein, *Illuſtris Gubernii Tranſylvaniæ Regii Conſiliarii intimi: Nationis Saxonicæ Comitis confirmati, nec non Civitatis Cibinienſis Judicis Regii meritiſſimi, ſacrum eſſe voluerunt.* Superſedeo præter egregia eidem in dicto Opuſculo tributa, plura alia de hoc Viro abs me hinc inde collecta Elogia atqve Judicia, hêic producere, neqveo tamen mihi temperare, qvin ea, quæ *Joh. Krempes Phil. & LL. AA. Mag. in Carmine qvodam Gratulatorio paucis his verſibus comprehendit; benevolo lectori exhibeam:*

Non Franki, *Themidos ſplendida gloria,* *Elogia.*
Sunt ignota Tibi myſtica dogmata
Divina Euſebies*: non monita ardua*
Subtilis Sophies, *dictaqve ſobria:*
Non mores hominum, fataqve Principum,
Fortunaq́ Virûm, geſtaqve Seculi:
Non moris patrii firma Scientia,
Nec Juris gemini docta volumina.
Polles conſilio, ac ubere copiâ
Fandi: Caſtalii nectare fluminis
Demulces Clarii culminis incolas.
Solers melliflui carminis artifex,
Hæc laudis tamen eſt infima pars Tua,
Plus Virtus meritis adjicit enthea.

Qvibus ſuperaddi qveunt, qvæ Georg Franciſc. Lanik P. S. J. in Epiſtola Genethliaca ad Val. Frankium exarata, tridiſtido complexus eſt hocce:

M nemoſine *fuerit Muſarum*, Mater *amorum,*
Nempe Poetarum tu ſuper orbe Pater.
Carmen amas, & amaris ab hoc Celeberrime Vatum
Saxonico celebri doctus Apollo choro.

Non

Digitized by Google

Non ego: Fama tuum vulgavit nomen ubique,
Attigit Auguſtas Cæſaris usque Domos.

Frölichius David, natus eſt *Cæſareopoli,(*Hung. *Keſmark)* urbe Hungariæ ſuperioris, in Comitatu Sepuſienſi ſitâ, ceu patet ex ipſius *Viatorii Parte Poſter. p. 295. n. 384.* ubi ait: *Cæſareopolis*, Kanſeremarck patria mea dulciſſima (in qva hæc conſcribere licuit*)* ad radices Carpathi, in finibus Hungariæ & Poloniæ; intra *Popradum* fluvium, *Leibicenſem* rivum & *Albulam* amnem (das weiſze Waſſer) in ſolo frumenti & lini feraci ſita eſt. Is indefeſſo ſuo ſtudio & labore eum honorem promeruit, ut Sacr. Cæſ. Regiæque Majeſt. per Regnum Hungariæ Mathematicus evaderet. Ad *Parentem* ejus qvod attinet, de eo ipſe noſter p. ibid. 297. n. 306. tradidit ſeqventia. Schola Leibicii, moderante ſcil. eam Ptrente meo piæ memoriæ *Johanne Frölichio*, Philologo & Aſtrophilo haut poſtremo, longè florentior fuit (ut & alibi in ſimilibus Sepuſii oppidis, ſub ſeveriſſima qvidem diſciplina*)* atqve nunc eſt. Præter alia, quæ mihi qvidem nunc non ſuccurrunt opuſcula ab ipſo edita literaria, orbem etiam ſibi obligavit eruditum, egregio utiqve illo *Viatorii* libro, cui titulus præfixus eſt iſte: *Bibliotheca*, ſeu *Cynoſura Peregrinan-*
Scripta. *tium, h. e. Viatorium, omnium hactenus editorum abſolutiſſimum, jucundiſſimum, utiliſſimumqve in duas Partes digeſtum*: qvarum Prior, *Quatuor libris conſtans, complectitur I Centuriam cum Decuria Problematum Apodemicorum. II. Multiplicia Peregrinationis Præcepta. III. Methodum rerum explorandarum. IV. Indicem Viarum duplicem, Vulgarem & Mathematicum, cum Nundinarum & Monetarum conſignatione.* Poſterior pars *totidem libris exhibet. I. Geographiam Apodemicam, II. Hiſtoriographiam Apodemicam. III. Diarium Apodemicum perpetuum, nec non ejusdem applicationis Prognoſticon qvadruplex, ſcilicet Meteorologicum, Phyſiognomicum, Chiromanticum, & Oneirocriticum. IV. Precationes & Hymnos Apodemicos. Lectione varia, converſatione curioſâ, & experientiâ laborioſâ ſumtuoſâqve conſcriptum*, à Davide Frölichio Sacr. Cæſ. Maj. per Regnum Hungariæ Mathematico *Ulmæ, A. 1644. in* 12.

Voll.

Sunt 2. Voll. Ejusdem qvoqve operâ *Chronologiam* aliqvam *Pannoniæ* conſcriptam eſſe, ipſe memoriæ prodidit hiſce cit. loc. productis verbis: *Fuſiorem & accuratiorem hujus Regni (Hungariæ) deſcriptionem mea Chronologia Pannoniæ (quæ ex defectu Patroni hactenus cum blattis & tineis rixas movit, nec in lucem prodire valuit) ſuppeditabit.* Qvod tamen opus an Patroni alicujus munificentia typis publicis excuſum fuerit, nondum ad notitiam meam pervenit.

Juxta Viri Clariſſ. Abdiæ Trew Mathemat. Prof. Publ. Altdorfini, judicium ac Elogium, David Frölichius fuit in omni ſcibili verſatiſſimus, ceu qvidem id colligi poteſt, ex Hecaſticho illius Viatorio Frölichiano præfixo hocce. In Viatorium multiplici eruditione refertum Præclariſſimi Mathematici Dn. Davidis Frölichii: *Judicium.*

Poſſe Mathematicum non artibus eſſe peritum
In reliqvis, Momo credula turba putat.
Tu vero, Lector, præſentem hunc adſpice librum,
Nam te longè aliud littera qvæqve docet.
Thejologum, Hiſtoricum, Lingvis catum & Arte Sophorum.
Cernes, & Medicum, deniqve Juridicum.
Mutua nempe ſibi conjungunt brachia Muſæ,
Nec niſi junctæ aliis advenit una viro.
At tu nunc reliqvis etiam artibus eſſe politum
Poſſe Mathematicum livida turba nega.

Fronius Matthias, *Saxo-Tranſylvanus, ICtus,* Notarii publici officium in Civitate Tranſylvaniæ Coronenſi circumſpectè non minus qvam fructuoſè ſuſtinuit: Primus enimis *Statuta Saxonum* Tranſylvaniam incolentium in ordinem redegit, ac in unum corpus ſive volumen congeſta *Principi Stephano Báthori* perluſtranda & dijudicanda propoſuit, qvæ ipſa deinceps non tantum ab eodem *Báthoreo* approbata, ſed ab ipſo qvoqve Rege Hung. glorioſiſſimo *Leopoldo I.* confirmata ſunt. Ante iſtam autem Codicis hujus promulgationem, *Saxones Tranſylvani* ad decidendas civiles æquè ac privatas controverſias, *Codice* aliqvo *Legum MSto Noribergenſi* fuerunt uſi, qvi hodie adhuc Cibinii Tranſylvaniæ urbe, diligenter aſſervatus, recens

 electis

electis Reipublicæ ſuæ Senatoribus normam qvaſi regiminis futuri præbiturus ad perlegendum ſolet exhiberi.

G.

Garbitius Matthias, *Slavus*, popularis *Flacii Illyrici* Græcarum Literarum Profeſſor Tubingenſis qvondam Publicus, edidit: *Orationem funebrem in obitum Johannis Sichardi ICti. Orationes duas, editas cum aliis Orationibus Profeſſorum Academiæ Tubingenſis A. 1557. Item varia Carmina. In Heſiodi Opera & Dies interpretationem & Scholia. Baſileæ apud Oporinum A. 1559. Item in Æſchyli Prometheum ibid.* Vid. Joh. Siml. Epitom. Biblioth. Geſn. f. 495.

Scripta.

Gasſitius Georgius, *Hungarus*, AA. LL. & Philoſ. Magiſter, vulgavit Clypeum Veritatis, titulo hiſce verbis concepto: *Clypeus Veritatis, ſeu, Vindiciæ Narrationis Hiſtoricæ Captivitatis Papiſticæ, nec non ex eadem Liberationis Miraculoſæ M. Georgii Lani Hung. Rectoris olim Gymnaſii Carponenſis in Hungaria*, Obſervationibus Theologico-Hiſtorico-Criticis cujusdam Anonymi oppoſitæ, *qvibus inſertus eſt Helleborus Subſcriptioniſtarum, Incerti Autoris. Seu Judicium de ſubſcriptione ad Reverſales Papiſticas Sacerdotum qvorundam in Hungaria, à Biga Juvenum Hungariæ* M. Georgio Gaſſitio, & Chriſtoph. Mazario. *SS. Theol. Studioſis editus, Vittebergæ 1677. in 4.*

Scriptum

Gelenius Jonas, *S. Georgii* (qvod oppidum eſt in Hungaria tribus milliaribus à Poſonio diſſitum) in lucem ſuſceptus, Vir meritis ampliſſimus, factus ex Palæo-Dresdenſi Rectore, Scholæ Crucianæ, ab obitu Egenolphi, cujus diſcipulus in eadem fuit, Rector, & adhuc dum eorum, qvibus præeſt, commodis utilitatiqve ſervit egregiè. De Scriptis hujus *Gelenii* in novis literariis Germaniæ, quæ Hamburgi colliguntur, paſſim mentio injicitur, & imprimis ſub A. 1703. p. 139. tituli plurium Programmatum, de variis argumentis editorum hoc enumerantur ordine: De Romanorum Gentilium in cele-

celebrandis Calend. Januariis ineptiis: De incluti Germaniæ fluvii Albis appellatione, origine atqve incrementis: De vera libertate: De Concentu Orbium cœleſtium: De Familiis Principum emortuis, & de infelicitate poſtremorum ſuæ ſtirpis: De Carcere corporis & animi medico: De Utilitate Declamationum: De varia ſeculorum appellatione: De Jeſvitarum doctrina & eloqventia: *Theatrum Paſſionis Chriſti: De Præceptis Eloqventiæ.* Præter multiplicia autem hæc & alia Programmata, *Carmina* qvoqve ab ipſo edita extant qvam plurima, lectu ſanè haut indigna. De reliqvo, qvalenam Judicium tum de Hungarorum in genere ad ſcientias & artes bonas apprehendendas capacitate, tum ſpeciatim de hoc *Gelenio* ferendum ſit, *Adolphus Claramundus*, genuino ſuo nomine Joh. Chriſtoph. *Rüdiger* dictus, in *Vitis Clarorum in Re Literaria Virorum germanicè editis.* P. VI. p. 173. in principio nempe Vitæ Andreæ Dudithii verbis expoſuit ſeqventibus. Daß die Ungarn ein gut naturell zur Lateiniſchen Sprache haben / und gute Köpffe ſolche hurtig zu reden / ſolches wird niemand leichtlich / welcher mit ſelbigen iſt umgegangen in zweifel ziehen: Nur dieſes iſt die Frage / ob ſie auch geſchickt ſeyn / rein und ſauber Latein zu reden oder zuſchreiben? Ob nun zwar etliche unter denen Gelehrten ſind / welches (wiewohl ohne rechten Grund) in etwas zweiffelhaftig zu machen ſich unterſtehen / indem ſie vorgeben / daß ihr hitzig und flüchtig Temperament, wie auch die üble Anführung und die Liebe zur Poeſi, und dergleichen Urſachen dieſes zu hindern pflegten; nichts deſtoweniger bezihe ich mich vielmehr auff die Exempel etlicher netten Lateiniſchen Styliſten ſo ſie gehabt / ich will jetzo von denen ſchon etwas alten / als Bonfinio., Sambuco, und andern nichts gedencken / ſondern nur den weltberühmten / Herrn Röſchelium, und den Hauptgelehrten *Rectorem* zu Dreſden / Herrn *Gelenium* anführen / welche auch durch ihren netten und ſaubern Stylum den Ruhm der Ungariſchen Nation, erhalten helffen / worzu nebſt vielen andern auch unſer Dudithius etwas beyträget &c.

Scripta.

Elogium.

Quæ Germanica, in gratiam eorum, qvi ejus idiomatis haut

ſunt gnari, *latinè reddere placuit h. m.* Enimvero nemo credo facilè in dubium vocarit, præſertim ſi qvis familiarius cum Hungaris vixerit, eos ſingulari qvadam ingenii felicitate, in lingvæ latinæ amorem cultumqve propendere, & eximiâ eam promtè ac expeditè loqvendi facultate pollere. In hoc tamen cardo totius verſatur controverſiæ: Num etiam illi ipſi capaces ſint ornatè purèqve latinum ſtylum vel dicendo vel ſcribendo exprimere? Qvamvis autem nonnulli ex Eruditis reperiantur; hoc ipſum (ſine qvidem firmo aliqvo fundamento) qvi auſi fuerint in dubium vocare, ea potiſſimùm de cauſa, qvod fervidum illorum atqve verſatile temperamentum, qvin etiam prava illorum ad apprehenſionem ejus manuductio, nimiaqve in Poëſin propenſio, & plura ſimilia obſtacula, non poſſunt permittere, ut exoptati in Latinitatis ſtadio fieri qveant progreſſus. His tamen omnibus non attentis, ad exempla provoco qvorundam eximiorum Hungarico ſangvine cretorum Oratorum, qvi terſo ſuo ſermone latino, & inſigni differendi dexteritate egregiam nominis famam in orbe conſecuti ſunt literario. Ut enim de *Bonfinio*, *Sambuco*, aliisqve vetuſtioribus qvibusdam Scriptoribus Hungaris verba nunc non faciam, ſaltem commemorare liceat Virum famigeratiſſimum Dn. Röſchelium, *atqve omnigena eruditione inſtructiſſimum Dn. Gelenium*, Gymnaſii in Electorali urbe Dresdenſi ſcholaſtici Rectorem meritiſſimum, qvi ſanè duo Viri eleganti ſua latinè differendi præſtantia, gloriam Gentis Hungaricæ circa latinitatis purioris cultum partam, omnibus modis tueri annituntur; cui aſſerto ſtabiliendo, præter plures alios *Hungaros*, *Dudithius* qvoqve Exemplum præbuerit haud contemnendum.

Greiſingius Valentinus, *Coronâ-Tranſylvanus*, Vittenbergæ Magiſtri honoribus adeptis, & variis Collegiis in gratiam Philo-
Scripta. ſophiæ Studioſorum apertis, geminas Diſputationes de *Atheiſmo* eruditorum examini ibidem ſuo ſub Præſidio exhibuit A 1677. Reſpondente *Georgio Tutio*, *Kis-Senkinô-Tranſylvano*. in 4.

Gelous Sigiſmundus, *Tranſylvanus*, ſcripſit *Hiſtoriam Franciſci Spieræ Civitatulani, qvi ob fidei ſanioris abnegationem in ſum-*

ſummam incidit deſperationem, excuſam Baſileæ cum doctorum aliqvot Virorum præfationibus, A. 1550. Ex Euripide vertit aliqvot Tragædias, qvarum tantum excuſa eſt, Oreſtes, Baſileæ, 1550. apud Joh. Oporinum. Idem ſcripſit Orationem de Beatitudine: Quæſtionem, An honeſta naturâ ſint, an verò opinione, Patavii excudit Jacob. Fabrianus Anno. 1549. Vid. Joh. Simler. in Epit. Biblioth. Geſn. f. 627. *Scripta.*

H.

Hadikius Johannes, *Trentſchinii in Hungaria* natus, *Patre Johanne Hadikio*, Paſtore primario & Seniore *Trentſchinienſi*, primum in Schola *Illavenſis* oppidi *Hungariæ* Rectoris munus ſuſtiuit, poſtea ad officia Eccleſiaſtica promotus, intra 15. annorum patium, qvadruplici functioni ſucceſſive admotus, Verbi divini prælicatione & Sacramentorum adminiſtratione Auditorum ſuorum ſauti vigilanter proſpexit. Ob conſtantem verò Evangelicæ doctriæ confeſſionem, tandem à Romano Catholicis in exilium pulſus, Concione aliqvâ germanicâ typis impreſſâ ſibi aliisqve ſinceris Chriianis, ſolatium ex afflictionum perſecutione afferre conatus eſt, ujus titulus ſe habet h.m. *Regia Cæli*, Himmels-Straße/ Anuſta Porta, Arcta Via, enge Pforte/ ſchmaler Weg/ ach und eh! das iſt: Summariſche und Exemplariſche Erklärung/ ie wir Chriſten müſſen durch viel Creutz/ Trübſahl/ Anchtung/und grauſame Verfolgung in das Him̃elreich einehen/ daß wir ſeelig werden/ Matth, 7. Und die Pforte iſt nge/ und der Weg iſt ſchmal/ der zum Leben führet/ und enig ſind ihr/die ihn finde͂. Einfältiglich verfaſſet/ aber it ſchönen tröſtlichen ſuſpiriis oder Sprüchen der Heiligen chrifft gezieret/ durch Joh. Hadikium, geweſenen Evangeſchen Predigern in Ungarn an vier unterſchiedlichen Orten/ n 15. Jahr/ wie auch derſelben Seniorem/ nunmehro aber das 6. Jahr betrübten Exulanten. Gedruckt im Jahr Chr. 1679. in 4. *Scriptum.*

Judicium. *In Teſtimonio Lipſienſ. Academ. à M. Chriſtophoro* Pflantz *P.P. & Academiæ A.1676. die 23. Maj. Rectore Magnifico*, Johanni Hadikio dato, *atqve concioni huic præfixo, leguntur ſeqq.* Hodie cum in aliis Chriſtianis cum cruce multiplici conflictantibus, tum inExulibus, maximè Hungaricis, atqve adeò *in hoc qvoqve Viro Perreverendo Doctiſſimoqve Dn. Johanne Hadikio*, Paſtore ante hac *Eccleſiæ Ugrocenſis in Hungaria* fideliſſimo, ſed ob conſtantem Evangelicæ doctrinæ confeſſionem in exilium expulſo CHRISTVS patitur: Non tantum autem patitur CHRISTVS, ſed triumphat etiam, triumphabit certe, & cauſam exulum ſuorum aliqvando, & forſan brevi, qvam potentiſſimè defenſabit.

Hainál Matthias, *gente Hungarus*, patriâ Tyrnavienſis, Societati Jeſu inſertus A. 1598. ætat. 20. Vota 4. profeſſus eſt: poſt traditas humaniores literas, in variis Miſſionibus, ſaluti proximorum naviter annis undetriginta ſe impendit, deceſſit Viennæ die 28. *Scriptum* Maj. A. 1644. Edidit Hungaricè, tacito ſuo nomine: *Cor Jeſu ſacrum, Imaginibus, Rhythmis, Orationibus expreſſum. Viennæ 1629. in 12. Vid. Alegamb. in Biblioth. Script. Soc. Jeſu. fol. 337.*

Haller Johannes, *Lib. Baro Tranſylvanienſ.* ab Hallerſtein, Romano Catholicæ fidei ſtrenuus propugnator, literis non minus elegantioribus, qvam virtutibus inſignioribus ornatiſſimus, typis vul- *Scriptum* gavit: *Triplicem Hiſtoriam hungarico ſtylo exaratam A. 1690.*

Hammerus Nicolaus, *Coronâ-Tranſylvanus*, A. 1585. in *Scriptum* puteum prolapſus obiit. *Compoſuit libellum de Propoſitionum natura. Vid. Königii Bibl. Vet & Nov. fol. 378.*

Haner Georgius, *Schesburgô-Tranſylvanus*, AA.LL. atqve *Scripta.* Phil. Magiſter, conſcripſit *Hiſtoriam Eccleſiarum Tranſylvanicarum, inde à primis Populorum Originibus, ad Annum usqve 1694. Ex variis iisqve antiqviſſimis & probatiſſimis Autoribus, abditiſſimis Archi-*

Digitized by Google

hivis & fide digniſſimis MStis IV. Libris delineatam. Prodiit Lipſiæ *Scriptum* 644. apud Joh. Chriſtoph. Fölginer.

Heblerus Matthias, *Saxo-Tranſylvanus*, AA. LL. & Phi- oſ. Magiſter; Superintendens Generalis Eccleſiarum Evangelicarum n Tranſylvania, Vir admirando ingenio, doctrinâ & eloqventiâ, nagnificaqve vi explicandi, quæ animo conceperat, præditus, *ſe-undum quidem aſſertum Georgii Haneri p. 256. Hiſtoria ſua Tranſylv.* ræcipuus erat Autor *Opuſculi Tranſylvanici circa A. C. 1561. in ne-otio S. Cœna ad qvatuor Germaniæ Evangelicas Academias emiſſi, pro-ter Crypto Calvinianos, qvi paſſim in Tranſylvania irrepſerunt.*

Heltai Caſparus, *Hungarus*, floruit Seculo P. C. N. XVI. ud Proteſtantes in Hungaria, evulgatiqve *Chronicon Hungariæ*, *Scriptum audiopoli 1575. in 4. Item Librum de Rebus præclaré geſtis Matthiæ Hung. Regis, Latinè & Hungaricè. Vid Eund. ibid.*

Henkelius Johannes, *Leutſchovienſis Hungarus*, ex Hun- ria in Sileſiam perveniebat, cum *Johannes Turzo*, Eqves Polonus, us Pater intra Pannoniam Eqves Comitatûs Sepuſienſis erat, & lonis & Hungaris, propter Originis ſuæ communionem, conſpe- ore modô, præſertim Epiſcopus Vratislavienſis, faveret & con- eret. Hujus ope, jam in publicum Eruditionis teſtimonium, ſo- niter, J. U. Doctor creatus, locum inter Vratislavienſis Eccleſiæ thedralis Canonicos impetrabat. Deinde A. 1539. die Novembr. lebat ſpiritum apud Vratislavienſes: in qvorum Cathedrali tem- S. Johannis, ante majorem chorum ſepultus jacet. Ibi ſuo Ami- ingulari *Petrus Prokendorfius J. U. D.* & *Matthias Auctus Med. tor, poſuerunt hoc Epitaphium:*

JOHANNES HENKELIUS, LEUTSCHOVIENSIS,
IURIUM DOCTOR, HOC SUB SAXO CONDITUS MELIOREM
VITAM EXPECTAT. V. NOVEMBR. A. MDXXXIX.

Verbis præterea ſubjectis hiſce:

Petrus Prokendorf. U. J. D. Canonicus Vratislavienſis & *Mat- s Auctus*, Medicinarum Doctor, venerabili & præclaro Viro

Dn.

Digitized by Google

Dn. Johanni Henkelio Decretorum Doctori, Canonico hujus Eccleſiæ, Executores FF. Anno 1540:

Imus *ab hac vita morientes: nec mora, ſic vos*
Ibitis, *in qvibus eſt nunc vita, vigorqve manendi.*
Ibunt, *ſic omnes, qvi poſteritate ſeqventur.*

Ex Martini Hankii Præceptoris olim mei honorandi Tract. de Sileſiis Alienigenis Eruditis cap. 13. p. 370.

De hoc eodem Henkelio *in Joh. Henrici Caſp. Fil. Cunradi Sileſia Togata à Caſp. Theophil. Schindlero* edita, diſtichon ſepulchrale legitur ejusmodi:

Eunomia condire meos perſæpe labores
Sum ſolitus; Myſta hinc dicor & Æqvidicus.

Hermannus David, *Medienſis Tranſylvanus*, Annales conſcripſit Rerum Tranſylvanicarum accuratiſſimos, qvorum MSSta in plurimorum Eruditorum tum Hungariæ, tum Tranſylvaniæ Bibliothecis aſſervantur, quæ ut aliqvando typis vulgarentur, multorum Eruditorum Patriæ vota ſunt flagrantiſſima, utpote lucem affuſura Hiſtoriæ Hungaricæ uberiorem, clariſſimamqve. Allegat eosdem Annales freqventiſſimè *G. Haner, in Hiſtoria ſua Eccl. Tranſylvanicarum.*

S. HIERONYMUS
PATER PRIMITIVÆ ECCLESIÆ

Natione *Slavus*, (ſecundùm alios *Pannonius*) *Stridonem* urbem in Pannoniæ & Dalmatiæ confinio olim ſitum, qvod á Gothis Pannoniam vaſtantibus everſum eſt, natalem habuit: ceu ipſe de ſe teſtatur, in fine catalogi ſcriptorum ſuorum. *Patre* Euſebio, homine Chriſtiano, natus eſt A. C. 329. ſi modo recte ponant calculos, qvi illum nonageſimo primo ætatis anno obiiſſe ſcribunt. Melioribus diſciplinis ab ipſo puero eruditus, optimos in qvovis genere præceptores nactus eſt, in Grammaticis Donatum magni nominis Ro-

mæ

e (qvò puer adhuc miſſus eſt Hieronymus) Grammaticum, in
ietoricis Victorinum Eloqventiæ ibidem profeſſorem, uti poſtea in
:braicis Bar-hanina, aliosqve Judæos ægrè & non levi pretio con-
ctos: in ſacris verò literis Gregorium Theologum, Apollinarium
odicenum, Paulinum Antiochenum, & ſemicanus jam factus Di-
num Alexandrinum; Deus bone, qvales & qvantos viros! Adul-
jam ætate baptizatus, Româ relicta, in exteras Regiones pere-
nari cepit. Gallias omnes undiqvaqve perluſtravit, omite Bonoſo
ıdiſcipulo, omnesqve Bibliothecas diligenter perquiſivit; Treviris
ıvandiu ſubſtitit, ubi ingentem Hilarii de Synodis librum ab illo
;atus ſuaptè manu deſcripſit. Hinc Aquileiam petiit, ubi cum
fino Presbytero Aqvilejenſi amicitiam contraxit, inde per Dal-
tiam, Thraciam, variasqve Aſiæ provincias Evagrio viro prædivite
tiocheno, & Heliodoro condiſcipulo comitibus Antiochiam per-
it; ubi in morbum graviſſimum incidit, ſed Evagrii hoſpitio uſus
ıvaluit. Exinde Monaſticum vitæ inſtitutum amplexus, ac multis
:ſſuş locis tentatis & mox deſertis, tandem anno ætatis triceſimo,
olitudine horrida Syros & Agarenos inter per qvadriennium con-
t, ubi rebus neceſſariis Evagrii ſumtu ſuppeditatis, pietatis ac li-
ırum ſtudiis impenſo animi ardore incubuit, lingvas Orientales
idicit, & ad ſcribendum ſe accinxit. A.C. 378. à Paulino Antio-
no ad Presbyterii gradum evectus eſt, à quo tempore præſertim
aruit, paulò ante Concilium Oecumenicum Conſtantinopolim
fectus; ubi Gregorium Theologum ſtudioſè audivit, & Præ-
tore uſus eſt. A.C. 382. Paulinus & Epiphanius literis Imperialibus
nam acciti, *Hieronymum* ex Oriente vitæ comitem ſecum abdu-
unt. Romæ commoratus, apud Paulam pietate ac nominis ſplen-
e illuſtrem matronam per triennium divertit, maximam apud
ıes famam ac nominis exiſtimationem aſſecutus; ita ut à Damaſo
a eligeretur, qvi ſibi ab Epiſtolis conſcribendis eſſet, & à tota ple-
ariter ac Clero dignus acclamaretur, qvi ſummi ſacerdotii munere
ʒeretur. Poſt mortem Damaſi A. C. 385. variis Origeniſtarum,
eum in partes ſuas pertrahere fruſtra anniſi erant) calumniis exa-
tus, Roma diſcedere neceſſe habuit. Comite igitur Pauliniano

Y fratre

fratre navim conſcendit, & Cyprum delatus ab Epiphanio ſuſcipitur. Inde Antiochiam pergit, & à Paullno deductus media hyeme Hieroſolymam intravit, ubi multa ſe vidiſſe miracula, qvæqve prius non niſi fama cognoverat, propriis oculis uſurpaſſe profitetur. Anno ſeqventi in Ægyptum contendit, Monaſteria Nitrienſia luſtravit; & Alexandriæ aliqvamdiu hærens, *Didymum* audivit: verùm nimio, qvod intet Monachos locum habere deprehendit, Origeniſmi ſtudio offenſus Palæſtinam rediit, ac in vitæ Monaſticæ & ſenectutis agendæ, ſedem ruraBethlehemitica ſibi elegit, ubi ſtudia diligenter urgebat, ſcripta innumera confecit, plurimos Nobilium pueros curæ ſuæ commiſſos pietate & bonis literis inſtituit, illuſtre pietatis omnibus numeris conſummatæ exemplum piis locorum ſanctorum incolis præbuit, & clariſſimis tam dignitate quàm doctrinâ viris ad eum undeqvaqve confluentibus, & oraculi qvaſi vice conſulentibus, reſponſa dedit. Hic loci ingentes cum Rufino amico olim admodum familiari, & *Johanne Epiſcopo Hieroſolymitano*. Origeniſmi cauſam tutantibns, lites per plures annos exercuit; & Pelagii ejusqve aſſeclarum, Hæreſim ſcriptis ſuis contudit. A. C. 410. plurimos ab Urbe Roma à Gothis expugnata profugos, Hieroſolymam & loca ſancta tendentes Monaſterio ſuo benignè excepit, ſummaqve qva potuit, ope ſublevavit. Tandem A. C. 420. famæ ac dierum ſatur, & ſenectute gravis, in ſeceſſu Bethlehemitico rebus humanis exemptus eſt, ætatis ſuæ 91. Ut quæ de tanto viro dicenda ſint, in pauca contraham; ſufficit elogium, qvod ipſi olim dicavit *Proſper Lib. de Ingrat. non longè ab init. ætate ſuppar.*

Tunc etiam Bethlei præclari nominis hoſpes,
Hebræo ſimul & Graio, Latioqve venuſtus
Eloquio, morum exemplar, mundiqve Magiſter,
Hieronymus libris valde excellentibus hoſtem
Diſſecuit, noſciqve dedit, qvo turbine veram
Vellent exortæ lucem obſcurare tenebræ.

Ego Philoſophus, Rhetor, Grammaticus, Dialecticus, Hebræus, Græcus, Latinus, Trilingvis, ut de ſe adverſus Rufinum Apolog. 2. p.233. loqvitur. His adde qvod conſummatiſſimus erat Theologus, &

judice

udice Eraſmo Epiſt. Lib. 5. Ep. 19. omnium Chriſtianorum, ſine controverſia, longe tum doctiſſimus; tum facundiſſimus, & Theologorum Princeps. Cæterum qvod ſanctiſſimi viri pace dictum ſit, ræfervidi erat & impotentis animi, qvi affectibus ſuis nimis indulebat; ſemel laceſſitus, adverſarios aſperrimè tractavit, & ab inectivà ac ſatyrica ſcribendi vena vix ac ne vix ſibi temperavit. Teſtes int nobis ſatis luculentæ inimicitiæ, qvas cum *Rufino* olim ſibi neſſario *Johanne Hieroſolymitano*, *Joviano*, *Vigilantio*, aliisqve habuit. hos arrepta levi qvavis occaſione, & remota omni penè gravitate, ta convitiorum plauſtra evomuit; nulla perſonæ, dignitatis, erudionis ratione habita. Et qvid mirum? cum in ipſum D. Paulum poſtolum duram nimis & planè inſolentem cenſuram exercere ſo:. Qvoties ipſum ad criticas Grammaticorum regulas anxiè exndit, *Solæciſmos & vitioſam elocutionem, & qvod ſermone utatur viali, Com. in Epheſ. c. 3. Tom. 9. p. 215. 218. In Galat c. 3. p. m. 170.* obit, (ut Apologiam pro ſemetipſo hac de reſcribere neceſſe habuerit; s, inqvit, *quotiescunqve Solæciſmos, aut tale qvid annotamus, n Apoſtolum pulſamus, ut malevoli criminantur &c.* In Gal. c. 6. 198) qvod *profundos ſenſus alienâ lingvâ exprimere non valeret, curabat magnopere de verbis, cum ſenſum haberet in tuto:* adeo in *Tit. c. 1. p. 263. non juxta humilitatem, ut plerique æſtimant, verè dixiſſe Paulum, ſe ſermone imperitum eſſe.* Deniqve in Ga. c. 3. p. 176. *ſtultum cum ſtultis Galatis factum, ſimplicioribus ſomodo uſum argumentis, & qua ſtulti poſſent intelligere, & penè trivio: adeo ut ni præmiſiſſet, ſecundum hominem dico, ſapienti diſplicere potuiſſet* Mitto plura in hominem θεόπνευστον, & Apoorum longè eruditiſſimum, durius dicta, ne viri doctiſſimi, & cclſiea optime meriti manes nimis ſollicitare videar. In hoc etiam rehendendus, qvod dum virginitatem immodicis prorſus laudiefferat, de nuptiis minusè honeſt ac vereundè ſentire videatur. tè digamos tanqvam ſcortis ſolummodo meliores facit, cum imndis Arcæ Noæ animalibus & ſerpentibus confert, mulieremqve indas nuptias repetentem, cani ad vomitum, ſuiqve lotæ, ad atabrum revertenti, comparare non erubeſcit. Vide Epiſt. ad

 Geron.

Geron. lib. adverſ. Jovin. & alibi paſſim. *Sed qviſqve ſuos patimur manes.* De ejus eloqventia unus Eraſmus loc. cit. *in illo,* inqvit, *qvæ phraſis! qvod dicendi artificium! qvo nonChriſtianos modo omnes longo poſt ſe intervallo reliqvit, verùm etiam cum ipſo Cicerone certare videtur? Ego certe, niſi me ſanctiſſimi Viri fallit amor, cùm Hieronymianam orationem cum Ciceronianâ confero, videor mihi neſcio qvid in ipſo eloqventiæ principe deſiderare. Tanta in hoc noſtro varietas, tantum ſententiarum pondus, tanta Enthymematum volubilitas. Qvod artificium in eloqventium literis indicare, ut difficilimum eſt, ita longè utiliſſimum.*

Ex Gvilielmi Cavei Hiſtoria Literaria Scriptorum Eccleſiaſticorum. P. I f. 153 & ſeq.

Plura Elogia atqve Cenſuræ ex variis Sciriptoribus depromtæ:

Elogia. Fuit Hieronymus, *Auguſtino teſte lib. I. contra Julianum c. 7.* eâ memoriâ, ut Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum, Perſarum, Medorum, Arabum, & Nationum penè omnium lingvas & literas calluerit: Eâ diligentiâ, ut omnes vel fere omnes, qvi ante illum ex utraqve parte Orbis de doctrina Chriſtiana ſcripſerant, legerit. *Hinc in Appendice Epiſtolarum Auguſtini, ad Cyrillum Hieroſolym. Epiſcopum* (qvam Epiſtolam tamen non videtur *Auguſtini* calamus effudiſſe,) hoc de *Hieronymo* ſcriptum eſt: Nullus hominum ſcivit, qvod Hieronymus ignoravit.

Nec S. *Hieronymum*, qvia *Presbyter* fuit, contemnendum arbitreris; qvi *Græco* & *Latino*, inſuper & *Hebræo* eruditus eloqvio, ex *Occidentali* ad *Orientalem* tranſiens Eccleſiam, in locis ſacris atqve in literis ſacris uſqve ad decrepitam vixit ætatem: cujus nobis eloqvium ab Oriente uſqve ad Occidentem, inſtar lampadis, reſplenduit. S. *Auguſtin.* contra *Iulian.* l. 1. c. 7.

Hieronymus Catholicorum Magiſter, cujus ſcripta per univerſum mundum, qvaſi divinæ lampades rutilant. *Ioan. Caſſian.* contra *Neſtor.* de Verb. incar. l. 7.

Vir enim præter fidei meritum, dotemqve virtutum, non ſolum *Latinis*, atque *Græcis*, ſed & *Hebrais* etiam ita literis inſti-

tutus

:utus eſt, ut ſe illi in omni Scientiâ nemo audeat comparare. --- Concivit odia perditorum. Oderunt eum *Hæretici*, qvia eos impugnare non deſinit; oderunt *Clerici*, qvia vitam eorum inſectatur, & crimina. Sed planè eum boni omnes admirantur, & diligunt; nam qvi eum *Hæreticum* eſſe arbitrantur, inſaniunt. Verè dixerim, catholica hominis Scientia, ſana doctrina eſt. Totus ſemper in lectione, totus in libris eſt; non die, non nocte reqvieſcit; aut legit aliquid ſemper, aut ſcribit. *Sulpic, Sever.* in Dialog. 1. de Virtutibus Monachorum Orientalium.

Hieronymus Doctor omninò Clariſſimus, contra Hæreticos leo rugiens, (hinc juxta quosdam cum leone pingi ſolitus) & commune totius Orbis oraculum. *Joh, Gottefrid. Olear.* in Abaco Patrum.

Inſtruit ut Hieronymus, deſtruit ut Lactantius, adſtruit ut Auguſtinus, attollitur ut Hilarius, ſubmittitur ut Johannes; ut Baſilius corripit, ut Gregorius conſolatur, ut Oraſius affluit, ut Ruffinus ſtringitur, ut Euſebius narrat, ut Eucherius ſolicitat, ut Paulinus provocat, ut Ambroſius perſeverat. *Sidonius de Claudiano Epiſt. 3. Lib. IV.*

Divus Hieronymus, ut divitem qvandam & omni diſciplinarum & Autorum genere conſtructam penum habuit in pectore; ita nemo doctrinæ ſuæ opes in Scriptis ambitioſius, ut ita dicam, oſtentat. Adeo ſancta qvadam gloria, qvicqvid in Vetere, qvicqvid in Novo Teſtamento retruſum, qvicqvid in fabulis, in hiſtoriis, qvicqvid in Hebræis literis exqviſitum, id objicit, infulcit, inculcat. *Eraſmus Roterod. in Adagiis p. 333.*

Qvantum in *Hieronymo* antiqvitatis, qvantum Græcarum literarum, qvantum Hiſtoriarum? tum qvæ Phraſis, qvod dicendi artificium, qvo non Chriſtianos modò omnes longo poſt ſe intervallo reliqvit, verùm etiam cum ipſo Cicerone certare videtur. *Idem Epiſt. 19. Lib. V.* Hieronymum unum habet Eccleſiaſticus Orbis, utraqve doctrinâ *Sacrâ & Gentili*, ut vocant juxta abſolutum. Idem Epiſt. 15. Lib IX.

Qvicqvid habemus in Danielem, illud *Hieronymo*, debemus, hic verò *Porphyrio* Chriſtianorum hoſti jurato. *Hieronymus* non adeo *Cenſura*

adeò doctus erat ac perhibetur; admodum ignarus erat; ad ſuperſtitioſas mulierculas ſcribebat. Per nebulam tantùm Hebræa novit, qvantùm edoctus à præceptore, nam Grammaticam nunqvam habuit, uſu didicit; *Hieronymus* quamvis *Græcam* & *Hebraicam* lingvam bene calluerit, Biblia tamen ſæpius perperam interpretatur & intelligit. Pleraque illorum quæ ſcribebat non intelligebat, ut *Serarius*, ſed bonus eſt qvoad illa qvæ ejus ævo gerebantur ---- Melior eſt in iis qvæ ad Ethnicos ſpectant qvam in Theologicis. Nimis vehemens fuit, præſertim adverſus *Jovinianum* & *Vigilantium*, qvamvis immeritò, ut ipſe *Eraſmus* id agnoſcit---Qvicqvid dicat *Hieronymus*, eſt *Origeniſta*. Miſerrimè eſt commentatus in *Prophetas*. *Hieronymus* in Vetus *Teſtamentum* multùm laboravit & non contemnenda dixit. Erat bonus *Hebræus* *Joſeph. Scaliger in alteris Scaligerianis p. 109.*

Patrum poſt *Origenem* doctiſſimus eſt dubio procul S. *Hieronymus*, qvi *Latinorum Origenes* qvodammodo dici poteſt; qvia revera eadem in Biblia Opera *Eccleſiæ Latinæ* tradere affectavit, quæ *Eccleſia Græca* tradiderat *Origines*. Imò in hoc *Origenem* vincebat qvòd *Hebraicæ Lingvæ* illo valde peritior erat, freqventiùsqve cum *Judæis* ſui temporis qvàm ille commercium habuerat. S. *Hieronymus* tamen adeò ſubtilis & perſpicacis ingenii non erat ac *Origenes*. Unde etiam in allegorias & in ſpirituales ſenſus tam freqventer non excurrit; & præterea ejus Allegoriæ meræ interdum Etymologiæ meraqve animi ex alluſione ad voces oblectamenta. Sed dici poteſt eum ſupra cæteros omnes Patres ornatum fuiſſe dotibus neceſſariis ad *Scripturam Sacram* rite interpretandam; quia *Hebraicam*, *Chaldaicam*, *Græcam* & *Latinam* lingvam callebat. Non modò legerat & examinaverat *Græcas* Verſiones quæ in *Origenianis Hexaplis* erant, ſed inſuper cum doctiſſimis ſui temporis *Iudæis* ſermones contulerat, nihilqve fere in *Scripturam* ipſis inconſultis faciebat. His addi poteſt, eum omnes Authores cùm *Græcos* tum *Latinos* legiſſe, qui in Biblia ante ſe ſcripſerant. Deniqve in profanorum Authorum libris verſatus erat; Adeò ut dici poſſit eum præ qvocunqve alio Patre inſtructum

ım fuiſſe iis omnibus qvæ ad Sacrorum Librorum *Interpretem* ɔrmandum conducere valent. Non eſt tamen ſemper accura-, qvia non ſatis meditabatur, & qvia plerumqve Scribis ſuis tùm dictabat, ut ipſe refert, quæ in aliorum Commentariis erat, aut qvæ à *Iudæis* acceperat. Qvapropter ipſi tribuenda ı ſunt qvæcunqve in ejus Commentariis occurrunt, ejusqve in *ipturam* Obſervationes. In illis enim explicationes minimè *hodoxas* affert, qvas in *Iudæorum* vel *Hæreticorum* libris lege-, ut ipſe fatetur; traditis etiam Regulis ad ea in ſuis Scriptis ingvenda qvæ vere ſua erant, ab iis quæ non erant. Diluit hoc to qvod ei de ejus inconſtantia & opinionum diverſitate exprobatur. --- Optandum eſſet eruditum illum Patrem tempus haſe diutius meditandi, & qvæ in Commentariis *ſuis* ſcripſerat, gendi, ut ad ſaniores opiniones mentem determinaret. Cæteı nemo eſt inter veteres Authores, apud qvem *Scripturæ* litem ſenſum melius qvam apud S. *Hieronymum*, ediſcere liceat, tamen à plerisqve Theologis hodiernis magni non æſtimatur, ı nimis aridus & nimis criticus ipſis videtur, & quia negligunt ium Lingvarum *Græcæ* & *Hebraicæ*, abſque qvarum notitia imibile tamen eſt ejus Opera legere poſſe. Et ſanè non ſemper ı eadem ſententia eſſe oſtendit, qvodqve uno loco approba-, idem alibi reiicit: Eundem hominem laudat & culpat, pro is rationibus, ob qvas de ipſo loqvitur. Modò Septuaginta Inretum Verſionem cæteris omnibus præfert, eosqve tanqvam ɔhetas ſuſpicit; modo ignorantiam eorum ipſis exprobrat, eoqve *Tranſlationem* deſpicit. *P. Richard. Simon.* Hiſt. Crit. Ve, Teſtam. l. 3. c. 9. Gall.

Qvod de Cardinalatu S. Hieronymi qvidam commenti ſunt, ito exploditur ab eruditis, cum ejus tempore nondum dignitas Cardinalitia *in Eccleſia nota fuerit.*

Scripta Hieronymi *omnia, tùm genuina, tùm dubia, tùm ſpu-tùm deperdita, tùm aliena ipſi tribui ſolita, longa ſerie exhi-* Idem Cave. l. c. fol. 154. & ſeqq. *Item* Joh. Simler. in Epit. Bih. Geſn. fol. 296. & ſeq. *Opera vero* Hieronymiana *omnia pro-dierunt*

dierunt junctim curâ Eraſmi Roterdami *IV.Vol.regalis papyri*,Baſileæ *A.1516. 1526.1553.* (quæ nitida planè eſt & accurata editio) *1565.*Romæ *A.1566.1572.(qvam ab erroribus Eraſmi purgatam eſſe monet* Bellarminus deScript.*Eccleſ.p.40.an idem ſeqventibus Pontificiorum editionibus contigerit, viderint Eruditi) 1580.*Antverpiæ *(curâ Mariani Victorini)* 1570. Coloniæ *1616.* Pariſiis, *1535. 1546.1579.* 1602. *& alterâ editione 1623. IX. Tomis , cui variæ Obſervationes & emendationes acceſſerunt.* Francofurti *ad Mœn.*1684. *XII.Tomis una cum omnibus omnium notis, ſcholiis, cenſuris, indicibus, aliisqve ad* Hieronymi *Opera ſpectantibus Collectaneis qvibuscunqve , qvæ tribus ultimis Tomis comprehenduntur.*

Pſalterium ex Hebraico ab ipſo Hieronymo Latinitate donatum. Plurimum laborem Hieronymus S. Scripturæ partim de novo vertendæ, partim emendandæ impendit. Juvenis adhuc totum Vetus Teſtamentum Latinum cum Græcis Hexaplorum Codicibus collatum emendavit, additis, ubicunqve aliqvid mutaret, notis & aſteriſcis. Qvosdam etiam Libros & in his Pſalmos è Græco accuratè convertit. Verùm iſta Verſio dudum periit; qvin & Pſalterium poſtea Latinum à Damaſo rogatus ex Lucianea τ͂ ὁ editionibus correxit, qvod ab eo correctum à Romana Eccleſia ſtatim uſurpari cœpit, & in Bibliis vulgatis hodienum extat, uti & Teſtamentum Novum pari modo ab Eo ex Græcis fontibus repurgatum. Qvin etiam Græcam τ͂ LXX. verſionem ex melioris notæ exemplaribus correctam atqve emendatam in ſtudioſorum uſum edidit. Ætate provectior in ſeceſſu Bethlemitico omnes Veteris Teſtamenti libros à Judæis pro Canonicis habitos ex Hebraica veritate in Latinum ſermonem convertit, qvibus etiam addidit Librum *Judith.* & *Tobiæ* ex Chaldæa lingva verſos. Ex hac verſione hodie extant liber *Pſalmorum (qvi inter Opera ejus legitur)* & Prophetæ.Prophetarum enim verſio Hieronymiana in vulgatis Bibliis, levem admodum mutationem paſſa, habetur, integra verò ac pura extat in Commentarios ab eo verſos ejus in Prophetas.Qvod ad ceteros *V.Teſtamenti libros* attinet, qvicqvid ex iis extat in vulgatis Bibliis conſervatur, cum antiqva verſione Latina ex Græco facta permixtum ac confuſum, adeo

ut

Digitized by Google

: qvænam ſint Hieronymi, quænam antiquæ verſionis vix ac ne vix gnoſci qveat. Deniqve mihi notare liceat Hieronymum, ut reli- ſorum *Novi Teſtamenti* librorum, ita & Epiſtolarum Canonica- ım novam verſionem adornaſſe. His Prologum præfecit ad *Eu- ›chium Virginem*, qvi etſi in omnibus penè Codd. MSS. reperiatur, impreſſis tamen rarò habetur; etiam in editionibus Eraſmianis de- eratus. Præmiſit eum expoſitioni ſuæ in Epiſtolas Canonicas *Ni- 'aus de Lyra* Tomo ult. fol. 209. In hoc Prologo dico præcipue nos cet Hieronymus. *Primò* in Codicibus Latinis ſuo tempore D. tri Epiſtolas inter ſeptem Canonicas primum locum tenuiſſe: *ut ia Petrus primus erat in ordine Apoſtolorum, prima etiam ejus t Epiſtola in ordine ceterarum.* Ipſe verò, Græcos Codices ſe- :us, eas proprio ordini reſtituit. *Secundò* decantatiſſimum illum ohannis in prima Epiſtola de *Trinitate* locum ab infidelibus trans- oribus. *(Arianos præcipuè intelligit)* deletum eſſe, *Patris, Verbi, Spiritûs S.* teſtimonio penitùs omiſſo. Unde nil mirum videri de- ıt, ſi in tot Codicibus MSS. hodie deſideretur. *G. Cave ibid. fol. Et fol. 51. Part. II. pergit:* Hieronymus natione *Slavus*, Presby- & Monachus, claruit ſub Theodoſio Magno circa A.C. 386. certè ɛodoſio adhuc imperante, id eſt, ante annum 395. ut ipſemet te- :ur. Condidit *Hiſtoriam de Vitis Sanctorum* in Ægypto. Extat ɛcè MS. in Bibliotheca Colbertina, Cod. 121. hanc ferè verbo- us exſcripſit, & *in hiſtoriam ſuam Lauſiacam transfudit Palla- r.* Freqventer eam in *Gloſſario Græco* citat nobiliſſimus du Fres- Hunc librum procul dubio deſignat Hebedjeſu *libr. Chald. cap.* ıbi refert Palladium & Hieronymum conſcripſiſſe *Librum Para- & Colloqvium Seniorum cum Regibus*, contentum tribus Tomis. tri etiam, ut videtur, eſt Hieronymi, illius Græci Theologi *logus*, Iudæum inter & Chriſtianum, de *S. Trinitate*, qvem edi- *Morellus Pariſiis* 1612. *in* 8. Auctorem θεολογικώτατον, neqve odum recentem fuiſſe, dicit, ipſumqve Opuſculum pium, & At- ſermone ſcriptum eſſe. *Conf. Combef. Not. ad Anonym. De- ſtr. Chronogr. p.* 66.

Petrus de Rêva in Tract. de Monarchia & S. Corona Regni Hung. fol. 147. Slavonicam Bibliorum verſionem Hieronymo tribuens; *Slavorum ait genus* ab ipſo usqve Japeto Noæ filio repetunt, ii, qvi Polonorum & Bohemorum Annales conſcripſerunt. Ex hac gente *D. Hieronymus* prognatus fuit, & popularibus *Vetus Novumqve Teſtamentum ſermone Slavonico interpretatus eſt*, Gratiano & Theodoſio Imperatoribus. Illâqve interpretatione etiam hodie Illyrici, tum in Hymnis Divinis, tum aliis ſacris utuntur, &c.

Plura de S. Hieronymo legi poſſunt apud Poſſevinum in Apparat. Sacro. Tom. I. p. 747. & complures alios Autores.

Hoffſtetterus Johannes Adamus, *Cremnitio-Hungarus*, qvi abſolutis in Patria ſtudiis humanioribus, Vittebergæ atque Hallæ Saxon. ſtudia Medica proſecutus, in iisqve titulum Doctoris Hallæ conſecutus, nunc Hafniæ in Dania domicilio fixo, dignitate *Conſiliarii atqve Archiatri Regis Daniæ* fulget. Inter alia ejus opuſcula, quæ oculis meis hactenus in Germania obvenerunt, unicum eſt, cu-

Scriptum jus titulus: Kurtze Erläuterung der Frage: Ob der natürlicher und rein gewachſener Zinober als eine Artzney in dem Menſchlichen Leib ohne Gefahr gebrauchet werden könne? An Seine Königl. Majeſtät zu Dennemarck und Norwegen ꝛc. Seinem allergnädigſten König und Herrn geſtellet/ von D. Joh. Adam Hoffſtettern &c. Prodiit Lipſiæ 1708. in 8. *Hoc ipſo in opuſculo mentionem qvoqve injecit alterius cujusdam à ſe edendi Tractatûs*, de Cinabari nempe Artificiali.

Honterus Johannes, vitales auras hauſit in urbe *Tranſylvaniæ Coronâ*, qvæ alias græcè appellatur *Stephanopolis*, *hungaricè Braſſó*, germ. Cronſtat/ is acceptam à Majoribus ſuis famam præclaris ingenii ſui excellentiſſimi monumentis ſic extendit, ut ſeculi ſui Varro non immerito potuerit nominari. Sanè Rhetor fuit, Philoſophus, & ſpeciatim Mathematicus ſui temporis memoratiſſimus, Artiumque Liberalium Magiſter ac Profeſſor clariſſi-

mus

us. Studia ſua jactis eorum in Patria fundamentis, gnaviter actavit, & qvidem primùm in *Academia Cracovienſi*, ubi præteris ſapientiæ Doctoribus præceptorem ſibi adoptavit, curricuqve Academici Moderatorem elegit *Joh. Arundinenſem*, qvi poa Canonicus & Concionator *Leopoli* extitit, & de *ſacratiſſimo ıcharistia Sacramento* libellum edidit: Cracoviâ deinde relictâ in *ıſileenſem*, antiqviſſimam illam & tum temporis florentiſſimam contulit Univerſitatem, celeberrimorum ejusdem Profeſſorum ma & docendi dexteritate non minus ac ſedulitate commendarum præcipuè allectus, ubi multos annos inſigni tum ſui ipſius, m maxime Patriæ bono, vario ſtudiorum generi ſolertiſſimè imndit, cujus deinceps lumen evaſit neqvaqvam vulgare. Baſiì in Patriam reverſus Reformationem dogmatum Pontificiorum ſtituere ſecum agitabat, ad qvam magis magisque provehendam, mtibus propriis Typographiam, cum omnibus ad eam exercenm neceſſariis reqviſitis inſtruebat, præfectis eidem hujus artis vi; peritiſſimis, qvorum operâ impreſſa varia opuſcula ſcholaſtica, emolliendos hominum animos ſunt divulgata, eoque ipſo utiliti publicæ egregie conſultum fuit, præcipuè verò *Lutheri* qvisdam libellis ac *Auguſtana Confeſſione*, itemque aliis doctrinam rangelicam in ſe continentibus opuſculis, ante hac nonniſi ex ermania parce admodum & magno pretio apportari ſolitis, è elo emiſſis, populares ſuos ad meliorem mentem reducere, & manſvetiores literas pariter ac diſciplinas, manu qvaſi ducere ɔorabat: Inde poſtea factum eſt, ut *Senatus Coronenſis*, partim oprio pietatis zelo ac doctrinæ purioris conſeqvendæ ardore ıpulſus, partim meritis Honteri in Rempublicam ampliſſimis llatis, excitatus, rerum divinarum curam, atqve totum Relionis emendandæ negotium eidem committeret, primus Evanlicus in patria ſua Præco ex ſuggeſtu Eccleſiaſtico ad populum buit ſermonem, dehinc adjuncto ſibi ſine mora *Matthia Calno*, nonnullis *Glác* dicto, Viro & ſolidioris doctrinæ cognitione, & temporalis facundiæ ſvavitate, & ſingulari parrheſiæ gravitate ſtructiſſimo, ex Capitulo Rupenſi olim machinationibus *Statilii*

Epiſcopi *Alba-Julienſis* Rom. Catholici & Evangelicorum perſecutoris acerrimi, ob Papatum vehementius impugnatum, expulſo, itemqve *M. Valentino Vagnero Coronenſe*, lingvæ græcæ gnariſſimo, nec non *Joh. Fuchſio*, Reipubl. Coronenſis Dictatore, Viro qvà vitæ qvà morum integritate valde conſpicuo, *Reformationis ſive Doctrinæ Evangelicæ fundamenta* complectentem adornavit Libellum, in qvo veræ ac ſalutaris, operâqve Lutheri repurgatæ fidei chriſtianæ capita delineata palam omnibus legenda exhibebantur, tam felici qvidem ſucceſſu, ut *Barcia* univerſa in Lutheri caſtra pertracta, Miſſam qvoqve privatam in patria ſua abrogarit, atqve Sacram Cœnam A. 1542. ſub utraqve ſpecie adminiſtrari curarit. Aliàs certè commoda Coronenſis urbis publica Honterus inſigniter promovit, erecto in eadem Gymnaſio Academico & Bibliothecâ optimis libris refertiſſimâ conditâ ac inſtitutâ. Cum igitur mortuo *Statilio*, & Honteri ejusqve Collegarum fidiſſimorum operâ tranqvillitas qvædam in Eccleſiis Tranſylvaniæ ſuborta videretur, Hungari Synodum convocabant *Tornam*, quæ urbs eſt haut incelebris Tranſylvaniæ, in qva ne à doctrina fidei in melius mutatâ, mores miniſtrorum Eccleſiæ diſcreparent, conditis XIII. Articulis de officio ritè adminiſtrando, de vita ſancte tranſigenda, deqve veſtitu decenti aſſumendo cautum eſt: Sed dum hæc ita A. 1549. agebantur, Saxones Tranſylvani *Honterum* ſuum, eopſe anno, rebus humanis exemtum eſſe, ingenti omnium cum dolore, perceperunt, qvam ſubitaneam & præter omnem opinionem ingruentem mœſtitiam, dira mox calamitas, ex fatali qvaſi qvadam Regni perturbatione, reſultans, extrema qvæqve Eccleſiis puriori doctrinæ adhærentibus minari videbatur, qvæ tamen Deo ex machina ſuccurrente, mitiore deinceps temperata eſt favoris favonio. Sepultus jacet *Honterus Coronæ* in templo, cujus oſſa verò cum fortè annis ſuperioribus ſepulchro aperto cadaver idiotæ cujusdam inferendum eſſet, inde exemta, & aliorſum repoſita, hodie qvo in templi loco recondita ſint plane ignoratur. Qvod ipſum aſſenſione qvoqve ſua comprobat *David Frölich. in Viatoris Parte poſterior. lib. I. n. 411. p. 312.* Bibliothecam, inqviens, Typographiam,

Digitized by Google

m, Eccleſiæ & Scholæ reformationem (*Corona in Tranſilvania*) rimum inſtituit *Ioh. Honterus*, cujus tamen oſſa è ſepulchro temli ſuperiori anno imprudenter ſunt effoſſa, & idiotæ cujusdam ıdaver ſubſtitutum. (*Hic incidenter notandem, qvod Tranſylvani pulchra primaria Tapetibus Turcicis vel Perſicis pretioſiſſimis vice pidum tegant.*)

De reliqvo qvod ad Patriam *Honteri* attinet, eam turpi ex rore *Coronam*, urbem qvandam in *Boruſſia; Simon Staravolſcius Scriptor. Polonicor. Hecatontad. p. 57.* fuiſſe tradidit: præterام enim qvod hæc ipſa aſſertio nullius prorſus Autoris fide gni teſtimonio eſt ſtabilita, profectò tum ex ſupra jam commeoratis, tum ex infra qvoqve producendis Eruditorum nonnulrum, de *Hontero* judiciis, & ſpeciatim quidem ex *Joh. Haneri Hir. Eccleſ. Tranſilv.* ſatis ſuperqve elucеſcit, non aliunde qvam Tranſylvania, ejusqve urbe nobiliſſima *Coronâ* natales Honteri e arceſſendos. Imò in illa ipſa urbe hodienum familia Honteſloret, qvippe circa A. 1684. ex eadem oriundus homonymus Johannes Honterus Paſtoris ſummi ibidem in Sacris officio ıgebatur. Addeſis *Georg. Matth. Königii Biblioth. Vet. & Nov. f. 411.* lectori exhibentur verba iſta: *Coronenſem ſe vocat* Honus *à Corona vel Cronſtat* Tranſylvaniæ *oppido, qvod nonnullis megethuſa dicitur.*

Scripta Honterum Autorem habentia, titulis vulgata ſunt e: *Joh. Honteri Coronenſis de Coſmagraphiæ rudimentis Libri Baſileæ, apud Henricum Petri 1534. in 4. cum Dionyſii Afri vere. Liber prior* Aſtronomiæ, *poſterior* Geographiæ *principia viſſime continet, cum catalogo de antiqvis & recentios locorum nominibus. Eadem Rudimenta impreſſa ſunt Appendice Margaritæ Philoſophicæ.* Ejusdem *Rudimentor* Coſmographicorum Libri IV. *hexametris verſibus elegan ne deſcripti, cum Tabulis aliqvot impreſſis* Coronæ *in Tranſylia, & Tiguri apud Froſchoverum 1565 in 8. tandem Duysburgi in 4. deniqve Antverpiæ, 1610. 8. Qvartus Liber nihil Coſmobicum, ſed variarum rerum quaſi Catalogum texit, videlicet* *Scripta.*

Z 3 *partium*

partium corporis, animalium, artium, ciborum, morborum, &c. Ejusdem *Rudimenta Coſmographica libris IV. diſtincta, cum annotationibus Bernhardi Formerii, ac Tabulis Geographicis æri inciſis per* Mich. Mercatorem, *Baſileæ* 1535. *in* 4. Ejusdem *Enchiridion Coſmographicum, continens præcipuarum Orbis regionum delineationes elegantiſſimis Tabulis expreſſas. Tiguri* 1597. *in* 8. Ejusdem *Tabulæ II. in Aratum Solenſem, cum ejusdem verſione impreſſa Baſileæ* 1553. *qvibus circuli cœleſtes & omnes ſiderum imagines clariſſime ob oculos ponuntur. Fertur etiam Honterus XXX. Libros* Obſervationum Grammaticarum, *itemqve* Libellum *de variarum rerum nomenclaturis elaboraſſe typisque evulgaſſe in Tranſylvania: de qvibus libris apud* Simon. Starovolſcium *in Scriptor. Polon. Hecatontad. p.* 57. *mentio injecta eſt verbis hiſce: Præter Coſmographiæ Enchiridion, magno labore à ſe (Hontero) congeſtum, etiam Grammaticis veteribus laudis nonnihil adimere conatus eſt*, editis duobus Obſervationum Grammaticarum libris, *qvos in contubernio hungarico Præfectus, in gratiam ſuorum diſcipulorum dictaverat. Addidit et* de variarum rerum nomenclaturis Libellum. Joh. Jacob. Hofmannus in Lexic. Univerſal. fol. 847. de Hontero *verba faciens, ait*: Johan. Honterus, Cronſtadius, Rudimenta Coſmagraphiæ Libb. IV. Mappas geographicas, Principia Aſtronomiæ & Geographiæ edidit.

Judicia. Præter *Judicia & Elogia* de *Hontero* paſſim ab Autoribus lata oppidò egregia, ſuffecerit heic tantum *Michaelis Neandri, Baſei, & Vitellii adduxiſſe:* Et qvidem *Neander* in *Nili Epiſcopi & Martyris Paraneſeon* pio admodum & eleganti libello evulgato; ita de *Hontero* in dedicatione eidem præmiſſa exiſtimavit: Meum Autorem (puta *Nilum*) reperit aliqvando in Bibliotheca qvadam vetuſtiſſima, apud barbaros planè homines, in Valachia *Joh. Honterus, Coronenſis*, vir doctiſſimus, & de literis in *patria ſua Ttranſylvania* optimè meritus, lingvarum ac totius Antiqvitatis ſtudioſiſſimus: dum ejus regionis & vicinæ Moldaviæ Bibliothecas excuſſit; Plura autem procul dubio reperturus, & cum ſtudioſis communicaturus fuerat, ſi eum virum, qvemadmodum etiam Vagnerum, utrumqve doctiſſimum,

mum, & lingvarum cognitione eximium, & Tranſylvaniæ ſuæ lumina clariſſima, fata minus æqva ei terræ, & publicæ etiam utilitati, non invidiſſent. Porro eum Autorem (*Nilum*) qvem Hontero, ut diximus, debemus, qvi primus eum ex tenebris in lucem eduxit, ubi cum blattis, tineisqve, ſitu, & aliis hujusmodi bonorum librorum peſtibus deliteſcens, diu bellum geſſerat: cum Amici eum ex Tranſylvania ad nos miſiſſent, ut publici eum uſus faceremus, ex græco in latinum convertimus. Cujus libelli titulus latinè expreſſus ita ſe habet: *Nili Epiſcopi & Martyris capita, ſeu Præceptiones de Vita piè, Chriſtianè ac honeſtè exigenda, græco-latinè, à Michaele Neandro, Soravienſe, converſa & expoſita. Baſileæ 1559 fol. Idem Neander in Orbis Terræ ſuccictna Explicat. p. 130.* virtutes Honteri gratâ memoriâ proſeqvens. In Tranſylvaniæ, inqvit, urbe Coronâ, & qvidem in ejus Schola florentiſſima, cum celebritate ac fructu qvodam ſingulari docuit aliqvando *Johannes Honterus*, cujus tum alii libelli eruditi reperiuntur, tum etiam libri duo de Coſmographiæ rudimenis, elegantes valde & eruditi, ac illo nomine multoties excuſi & recuſi. Deinde *Baſaus Scebreſienſis* in libro Carminum, de Libello Honteri de Variarum Rerum nomenclaturis, elegos cecinit hos ſeqventes:

Honterus *doctâ cum brevitate juvat,*
Flectere verba docet, verbis qvoqve jungere verba,
Syllabicis modulis dulce ſonare melos.
Sive voles Latias exactè noſſe figuras,
Inſtruet iſtius pagina curta viri.
Eſt hic acutus, habet certi quia nil ſine cauſa,
Ad rem quæ faciunt parturit ille tuam.
Et quia non animus numeroſa mole gravandus,
Præcipiens brevis eſt, dictatenenda notat.
Hic brevibus, magnis qvod non complectitur alter,
Parvo cum magno ſufficit iſte viro.

Porro Vitellius laudabilem *Honteri* in bonis artibus & latinis literis provehendis operam collocatam octo expreſſit his chorriambis:

Quan-

Digitized by Google

Qvantum barbaries, herba velut nocens,
Arvis in Latii protulerat caput;
Tantum promeriti de Studiis bonis
Qvicunqve Heſperiis liminibus procul
Infamem eluviem dira tonitrua
Doctis Grammaticæ legibus auferunt,
Qvalem ſe Honterus præſtitit, & Simul
Muſis ingenuam munditiem attulit.

Deniqve *Stravolſcius in Scriptor. Polonic. Hecatontade p. 57. Honterum* ſeculi ſui Varronem appellavit.

Coronidis loco advertendum erit, propter facilem vocalis O. cum U. permutationem, ſedulò cavendum eſſe, ne pro Honteri nomine Hunteri nomen uſurpetur: Jacobus enim *Hunterus* gente fuit *Svecus*, ob Epiſtolas Miſcellaneas Viennæ Auſtriæ A. *1931.* editas in Republ. Literaria Vir haut ignotus. Num verò dialecto Tranſylvanica *Honter* idem ac *Centum* apud Latinos ſignificet, determinare nolo; certe diſtichon hoc, neſcio cujus, id ipſum evincere videtur:

Honteri fructus ſolertia centuplicatos
Fert, centum *grates hinc referamus ei.*

Scripta. *Horváth* Johannes, *Nob. Hung. de Palotz, ſcripſit Mnemoſinen de IV. ſummis Imperiis:* Item *de Excellentia Monarchiæ Hungaricæ, Patavii 1629. 4.*

Hunyadi Demetrius, ſeu Hugnadinus (*prout vocatur in Diſputatione Albana A. 1568.* in qva cum ceteris Unitariis contra Trinitarios diſputavit, *Hungarus*, Superintendens ſeu Epiſcopus Unitatorium in Tranſylvania: in qvo munere Franciſco Davidis ſucceſſit A. 1579. *Scriptum in qvo Pædobaptiſmus* &c, ab Eccleſia intermiſſus, recipi & obſervari jubetur, ex *Blandratæ* conſiliis collectum, & Claudiopoli in Conſiſtoriis A. 1579. die 14. Septembr. coram Senatu prælectum, prout refertur in ſcripto Fratrum Tranſylvanorum ad N. N. Defenſioni *Franciſci Davidis* inſerto, p. 272. *Ex Biblioth. Anti-Trinitariorum Chriſtoph. Sandii p. 86.* *J. Ja-*

Digitized by Google

J.

Iacobinus Johannes, gente *Tranſylvanus*, patriâ *Claudiopolitanus*, edidit *Narrationem rerum in Tranſylvania á Sigiſmundo Báthoreo, Principe Tranſylvaniæ geſtarum*, *A.* 1595. *in* 8. Habes hanc Narrationem etiam in *Collectione Scriptorum Rerum Hungaricarum* Bongarſii. Scriptum

Járai Samuel, *Hungarus*, Plebanus Claudiopolitanus, poſt Valentinum Radecium, Theologum Unitariorum. *Edi curavit Tractat. de Divortiis in* 4. *& complura alia. Vid. Sandius in Biblioth. Anti-Trinit. p.* 132. Scriptum

Illyricus Thomas, Ejus eſt: *Sermo de charitate, apud S. Nicolaum de Portu, A.* 1525. *impreſſit Hieronymus Jacobus: Tractatus de laudibus nominis Jeſu. Toloſa A.* 1519. *Item Tractatus de Poteſtate Papa.* Simler in Epit Biblioth. Geſneri. f. 662. Scriptum

JOHANNES IV.

PONTIFEX ROMANVS

GEnte *Dalmata*, Venantii Scholaſtici filius, Eccleſiæ Romanæ Diaconus, & demum A. C. 640. ante diem 2. Auguſti *Pontifex Romanus* electus, poſt mortem Heraclii ordinatus, die 3. Decembr. habita eodem Anno Romæ Synodo, Heraclii Ectheſin ſive Expoſitionem & Hæreſin Monotheleticam damnavit; Honorii verò Papæ ejusdem Hæreſeos inſimulati memoriam editâ *ad Conſtantinum Imp. Apologia tutatus eſt*. Anno ſeqvente miſſis per Dalmatiam atque Iſtriam legatis, plurimos à Slavis in captivitatem abductos Chriſtianos magnâ pecuniæ vi erogatâ in libertatem aſſeruit. Obiit A. C. 642. die 20. Septembr. Extant ab

Digitized by Google

Scripta. ab eo ſcripta: *Epiſtola ad Scotos Epiſcopos de Paſchate more Romano celebrando, & Hæreſi Pelagianâ extirpandâ*, ab eo adhuc electo miſſa, Concil. Tom. V. p. 1757. *Apologia pro Honorio Papa ad Conſtantinum Imp. Ibid. p. 1758. Epiſtola ad Iſaacum Syracuſanum Epiſcopum*, ut Monachis ſuarum Eccleſiarum Sacerdotes inſtituere liceat, ibidem p. 1772. *Conf. Platina de Vitis Pontif. Rom. Baronius ad A. C. 640. f. 357. Cent. Magdeb. 7. c. 10. col. 484. Beda in Hiſt. Angl. Lib. 2. c. 19. Gvil. Cave, in Hiſt. Liter. Scriptorum Eccleſ. P. I. f. 321.*

Iordanus Thomas, natus *Claudiopoli in Tranſilvania* A. 1539. in Juventute ſua illuſtriores Galliarum & Italiæ Academias peragravit. Lutetiæ in Philoſophia *Andream Turnebum* & *Iacobum Carpentarium*: in Medicis *Gonpylum* & *Duretum* audivit. In Monte Peſſulano *Rondeletii* primùm, poſtea etiam *Iouberti* domeſtica uſus eſt familiaritate. Patavii *Trincavellum*, *Bellecatum* atque *Capivaccium* præceptores habuit. Bononiæ præter *Tracancianum* etiam *Cardanum*: Piſis *Vitum Vidium*: Romæ Barthol. *Euſtachium* docentes audivit; ægris autem inviſendis *Hippolito Salviano* & Alexandro Petronio aſſeclam ſe præbuit. Hi pro ſolita ſua humanitate, ingenio *Jordani* formando & erudiendo, ut nihil reliqvum fecerunt; ita indole delectati neſcio quid minime gregarium de illa ſibi promittentes, ſcientiæ ſuæ theſauros ab ipſo abſconditos eſſe noluerunt. Poſt hæc autem Viennam venit, ubi non ſemper auditor, ſed qvæ lucubrationibus aliqvot annorum audita & obſervata recondiderat in publicum reducturus, Archiatros Cæſareos, imprimis *Julium Alexandrinum*, *Joh. Cratonem*, *Franciſcum Parthenium & Bieſium* coluit, qui ipſum in clientelam ſuam receptum inſtituere, promovere & evehere nunqvam deſtiterunt. Admiſſus interdum eſt ad medicas deliberationes, ſiqvid etiam circa ægros in activa medicina terrificum aut inſolens *Jordano* contingeret, laudatos modo viros libere licuit conſulere, velut Oraculum quod ſibi perpetuò patebat.

Docto-

Digitized by Google

)octoris gradum pariter Viennæ aſſecutum eſſe Jordanum *Dio- nedes Cornarius in Præfat. Conſil. Medic. fidem facit.* Cum A. *1566.* Maximilianus II. Rom. Imp. & Rex Hung. expeditionem ontra Turcas ſuſciperet, *Jordanus* Medicum caſtrenſem egit. 3raſſabatur tunc in exercitu pariter ac in civitatibus vicinis lues *annonica* dicta vulgo, qvâ affectis pluribus medicinam *Jordanus* :cit, & ex decreto Collegii in Xenodochio militari Viennenſi gris trimeſtri ſpatio præfuit. Circa A. *1570.* non modo *Marchi- ıatûs Moraviæ* Medicus factus, ſed & in Eqveſtrem Moraviæ rdinem receptus eſt. Ab illo tempore & liberali uſus ſtipendio omnis ordinis hominum ſummam in ſe expertus benevolenti- n, *Brunnæ* totius Moraviæ Metropoli conſedit. Qvamvis autem i *Jordano* ad vitam honeſte & liberaliter traducendam omnia ıunde ſuppeditarentur, animus tamen ipſius pabulo ſuo deſtitu- s, reciproca ſtudiorum æmulatione ſublata, commercio litera- rum privato, parum voluptatis reſiduum habuit, ut ipſe con- 'eſtus eſt in Epiſtola qvadam ad *Jul. Alexandrinum.* Spartâ rò ſuâ tum literas ſcribendo, tum ægris conſulendo maximâ m laude defunctus, ſpiritum tandem Salvatori ſuo reddidit *Brun- in Moravia A. 1585.* ætat. 46.

Scripta ejus boni publici gratiâ edita, *Mercklinus in Lin- nio renovato*, (ſive *Joh. van der Linden de Scriptis Medicis* ntinuatus à *Georg. Abr. Merklino*) *Libro. II. pag. 1020.* recenſet |q. *Peſtis Phaenomena, ſeu de iis, quæ circa febrem peſtilentem* *Scripta.* *ɔarent, Exercitatio. Accedit Bezoar lapidis Deſcriptio, & e- dem Auctoris ad* Laur. Jouberti Paradoxon *VII. Decadis II. Re- ɔſio. Francofurti, apud Andr. Wechelium 1576. 8. Reſponſio* Laurentii Jouberti, *Medici Montiſpeſſulani Paradoxum VII. De- lis II. Extat Tomo II. Operum ejuſdem* Jouberti *fol. 30. & ſeqq. t. Francofurt. apud Heredes Andreæ Wechelii. 1599. fol.*

Brunno Gallicus, ſeu Luis nova in Moravia exorta Deſcri- ɔ, Francof. *apud* eosd. *1577.* 8. & A. 1583. 8. *De Aqvis Me-*

 dica-

dicatis Moraviæ Commentariolus. Ibid. apud eosd. 1586. 8. *Conſilia ejus Medica extant eo in Opere, quod* Laur. Scholzius *edidit Francofurti impenſis hæredum Andreæ Wechelii A.* 1598. *fol. De Aqvis Medicatis in genere commentariolus, è* Jordani *Avtographo tranſcriptus & nondum typis evulgatus, aſſervatur in Bibliotheca Excellentiſſimi Domini* Joh. Jacobi Baieri, Philoſ. & Med. Doct. hujusqve Prof. heic loci Publ. famigeratiſſimi, Practici feliciſſimi & h. t. Rectoris Univerſitatis Magnifici, *Patroni atque in ſtudio Medico Ductoris mei ætatem venerandi, qui hactenus de Jordano tradita, è ſcriptis ipſius paſſim collecta, bona fide mihi communicavit.* Cui MSto præpoſitum eſt Carmen Gratulat. Elegiacum *Johannis Ruckardi Medicinæ Doct.* 18. Diſtichis comprehenſum, ex qvo Hexaſtichon coronidem ei imponens heic juvat adducere:

Nempe Dei mònſtrat nobis veſtigia, qvisqvis
Thermarum veram vimqve modumque docet,
Id qvod cum Moravis, medicos, qvi publicus ore eſt
Qvod Phœnix reliqvas unicus inter aves,
Jordanus *præſtet, ſtudio per cuncta ſagaci;*
Jordanum *Clerus, Plebs, Baro, Eqvesqve colunt.*

A Paſchali Gallo in Biblioth. Med. p. 292. Jordanus hic noſter vocatur Medicus excellens & longiori vitâ dignus.

Laurent. Joubertus in Provocat. à ſententia Brun. Seidelii. p. 118. *Thomas Jordanus* Clauſenburgenſis Tranſylvanus, olim diſcipulus meus & convictor longè gratiſſimus, unum ex meis paradoxis elegantiſſimo ſtylo & ſubtiliſſimis rationibus petiit, &c.

Iſtvánfi Nicolaus, in *Hungaria* illuſtri loco natus, primos adoleſcentiæ annos iis ſtudiis in patria conſecravit, qvæ ætatem illam decere videbantur, poſtea Italico ſub aëre in viridi ſua juventa *Patavii Bononiæqve* humanioribus æqve ac ſublimioribus ſcientiis egregiè hauſtis, inſignem porro græci latinique ſermonis peritiam

Digitized by Google

ritiam ſibi comparavit; Lingvas inſuper ferme omnes *Europæas*, inque iis etiam *Turcicam*, vaſta quadam ingenii ne dicam capacitate, an felicitate, complexus, maximam vitæ ſuæ partem in aulis Principum, ſpeciatim *Maximiliani II. Imp.* atque filiorum ejus *Rudolphi Imp. & Matthiæ Archiducis Auſtriæ*, conſumſit, ſexaginta propemodum annis varia officiorum ſplendidiſſimorum adminiſtratione glorioſè tranſactis. Et quidem à ſecretis primum fuit Rerum Ungaricarum Divis Maximiliano ac Rudolpho Imperatoribus; tum per omnes honorum ac dignitatum gradus eò pervenit, ut à *Rudolpho II.* Rege Hungar. Regni Hungariæ Propolatinus, ſeu, Locumtenens Regius A. 1587. conſtitutus, eidem pro tribunali ſedenti ſacramentum dixerit, ac in publicum prodeunti, ſtrictum enſem de more prætulerit, quod *Ladislaus Bánfi*, Regii ſtabuli præfectus, (cui id muneris ordinariè incubuit) gravi morbo oppreſſus abeſſet. *Juventutem* in armis exercuit, ac in arce Sigeth ſub *Illuſtr. Comite Nicolao Zrinio*, (cum aliis rebus, tum vel maxime Sigethianæ obſidionis conſtanti tolerantia celebratiſſimo heröe,) prima militiæ rudimenta poſuit, atque ad extremam uſque ætatem, *octogenarius viridi ſenectâ miles*, nullis fere celebrioribus expeditionibus abeſſe voluit. A dicto proinde *Rudolpho Imp.* non ſolum pluribus graviſſimis negotiis adhibitus, ſed & Tranſylvaniæ dirigendæ Commiſſarius, & pacis cum Turca ineundæ Tractator nominatus, ſummâ cum prudentiæ & dexteritatis laude in omnibus, apud omnes, omnium teſtimonio, eſt verſatus. Tot igitur tantisqve functionibus ſapienter, ac feliciter adminiſtratis, rebus etiam patriæ, qvamplurimis maximè arduis & difficilibus peritiſſime geſtis & compoſitis, eam conſecutus eſt politicam non minus ac hiſtoricam rerum patriarum exterarumque notitiam, ut non aliorum inſtar ſcriptorum, hiſtorias ſolo rumore collectas, aut mendace famâ hauſtas, in ſcripturam redegerit, atque memoriæ monumentis conſecrarit, ſed pleraqve qvibus vel ipſe interfuit, vel præfuit, vel qvorum origines, initia ac progreſſus exploratos habuit, ad Amico-

rum ſuorum inſtantiam venerandus jam ſenex poſteritati commiſerit. In cujus quidem ſcriptione qvid magis mireris, ambigere poſſis. Veritatem ne nulla paſſionum aut affectuum nube fuſcatam? an claram, nervoſam, ſuccinctamqve brevitatem? an ſingularem modeſtiam, ſenilemqve ac maturam prudentiam, præcipitis expertem temeritatis, & judicandi præfidentiæ? Hanc autem ſuam *Hiſtoriam Hungaricam* ab A. 1490. quo *Matthias I.* Corvinus defunctus eſt, usque ad *Matthiam* II. Regem Hungar. *triginta qvatuor libris* perſecutus eſt: *qvatuor* tamen *libros ultimos, nempe 35, 36, 37, & 38.* Compendia potius dixeris ſive epitomas rerum in iis recenſitarum; quam amplos earum commentarios: atqve hos omnes libros ſuos *Iſtvánfi* morti vicinus, *Eminentiſſimo S. R. E. Cardinali Petro Pazmanno* teſtamento legavit, qvo de juvat audire *Antonium Hieratum*, in Dedicatione ad præfatum *Pazmannum* directa hisce verbis utentem: Librum hunc hiſtoricum auctor *(Iſtvánfi)* morti vicinus, Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Veſtræ Celſitudini, utpote Amico ſummâ benevolentiâ, neceſſitate, mutuâqve ſtudiorum & ingeniorum harmoniâ, ſimiliqve conformitate ſibi conjunctiſſimo, teſtamento legavit; Opus profecto tanto herede non indignum: quod ab Illuſtriſſ. & Reverendiſſima Veſtra Celſitudine porro mihi communicatum, inque iſtum finem, ut typis prima qvaqve occaſione evulgatum publici juris fieret, transmiſſum fuit. Mutuum hoc, ſive mavis, commodatum, Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Domine, Celſitudini Veſtræ nunc reddo ac remitto, utpote vero & legitimo ejus heredi: ſic enim jus hereditarium voluit. *Hoc ipſum opus hiſtoricum* uti demum poſt obitum Autoris, *Coloniæ Agripp. A. 1622.* excuſum eſt, ita ex haud uno illius loco conſulto apparet, id dum adhuc in vivis eſſet, ab eo haud qvaqvam accuratius perpenſum, reviſum atqve perlectum fuiſſe. Qvantum ad exceſſum ejus ex hac vita attinet, cum A. 1608. ad Inaugurationem Regiam *Matthiæ II.* Poſonium verſus, iter ingreſſus, equo ad Danubii littus una cum comite ſuo *Benedicto Turoczio* veheretur, hemiplexiâ correptus, totum

um corporis latus dextrum læſum, paralyticumqve factum eſt, que etiam de cauſa impeditus, quò minus ſcriptionis officio, eqvente poſthac tempore fungi ritè potuerit.

Potiſſimum ex Dedicatione huic Operi præfixa.

Scriptum *Scriptum* illud *Iſtvánfii* hiſtoricum annis demum XIV. poſt iſceſſum ejus ex hac vita, typorum ope vulgatum eſt, tali præpoſito titulo: *Nic. Iſtvánfii Hiſtoriarum de Rebus Hungaricis Libri* XXXIV. *Coloniæ Agripp. typis Antonii Hierati A. 1622.* in fol. hoc idem opus prodiit Ibid. A. 1685. fol. qvod ipſum, unà cum recens adjecta continuatione, nunc denuò ſub prelo ſudat, in ante dicta urbe, impenſas faciente *Frometero*, Bibliopola ibidem præſtantiſſimo.

Judicia. *Martinus Zeiler in Epiſtola 411. pag. 366.* de Iſtvánfio tale tulit verbis germanicis Judicium: In den Ungariſchen Sachen wird Er (Iſtvánfius) ſonderlich gerühmet nicht allein darum/ daß Ihme ſolche von Jugend auf bekant geweſen/ ſondern auch deswegen/ weilen Er die Perſon nicht angeſehen; ſondern Hohen und Niedern/ wes Standes Sie auch geweſen/ ihre Gebrechen und Fehler nicht verſchwiegen hat. Aber was ausländiſche Sachen anbelangt/ da findet es ſich/ daß Er bißweilen geirret/ und auch die Teutſche Namen/ deren nothwendig in den Ungariſchen Geſchichten/ ſonderlich wegen des Türcken Kriegs/ hat gedacht werden müſſen/ geradbrecht/ und offt gar undeutlich geben. So hat er auch den Widerwillen/ ſo er gegen die/ ſo nicht ſeiner Religion geweſen/ getragen/ nicht gar verbergen können. Qvæ ut ab Hungaris non æquè germanicæ, qvam latinæ linqvæ gnaris etiam qveant intelligi, ita libuit convertere: Qvantum ad res attinet Hungaricas, Hiſtoria Iſtvánfii valde commendatur, partim qvod à prima ſtatim Juventute ſua notitiam earum ſibi comparaverit ampliſſimam, partim qvod qvarumlibet perſonarum, ſine ullo vel conditionis, vel ſortis, vel dignitatis intuitu, facta, delicta, nævos ac mores libere notarit, candi-

Digitized by Google

candideqve. In qvantum autem circa res exteras ac peregrinas induſtria ejus fuit occupata, errores nonnunqvam & hallucinationes licet reperire: certe nominum germanicorum, qvorum hinc inde in enarratione illarum, præſertim propter prœlia cum Turcis commiſſa, mentio erat injicienda, miſeræ ſæpe detorſiones, corruptæ inflexiones & obſcuræ occurrunt, interpretationes. Ut nihil jam dicam de alieno ipſius à diſſentientibus à religione pontificia animo, qvem non penitus tegere potuit ac diſſimulare.

Conringius Diſſert. Rerumpubl. de Hungaria: Iſtvánfius fuit Vir doctus & verè Hungarus, Hiſtoriamqve Hungaricam doctè & bene conſcripſit.

Idem Conringius in Theſauro Rerumpubl. ab Oldenburgero edito, P. IV. p. 413.: Nicol. Iſtvánfius præclare conſcripſit Hiſtoriam Hungaricam, fuit *Hungarus*, & profecto is eſt, qvi poſſit cum qvolibet comparari antiqvo

Sam. Conr. Schurtzfleiſchio alicubi in Scriptis ſuis judice, Iſtvánfius Scriptor eſt ſcitus & integer.

Eodem in Diſſert. de Characterib. Eventorum §. 33. teſte, Iſtvánfius Hungarus ipſe, ſed prudens cordatusque Scriptor.

Lanſius in conſultat. contra Hungariam p. 609. De Patria ſua optimè & de literis inſigni Hungaricarum Rerum. Hiſtoria præclarè meritus Nicol. Iſtvánfius.

Excellentiſſ. Dn. Prof. Dan. Gvil. Mollerus in Colleg. MSto. de Notit. Autorum cap. 27. Obſ. 5. Iſtvánfium ob exactam rerum Hungaricarum cognitionem, egregiam variorum eventuum expoſitionem, ordinatam temporum ac factorum digeſtionem, liberam plenamqve ſtylo conveniente ac ſatis concinno inſtitutam narrationem, non tam tædium qvam voluptatem in animis lectorum dixerim creare. Atqve ut paucis multa complectar:

Iſtvánfi notat id, Stephani qvod Filius, ampla
Nempe Corona, ille eſt hungarica hiſtoria.

Georg. Henr. Gœzius in Diſſert. de Imperatorib. Rom. Germ. qvi fidem Lutherano-Evangelicam morte confirmarunt, pag. 28. Si dicen-

dicendum qvod res eſt, parum ingenuè ſcripſit *Iſtvánfius*, cujus Hiſtoriam à dictionis elegantia & ſermonis nitore commendari qvidem poſſe haut diffiteor, ſed fidem, qvam perdidit, nonnunqvam ſuſpectum eſſe, uno ore mecum affirmabunt, qvi verum à falſo diſtingvere norunt. Lutheranis eum parum æqvum eſſe ex *Hiſtor. Lib. 6. f. 67.* ubi Lutheri fata recenſet, ut de aliis nihil dicam, liqvido ſatis conſtat.

K.

Káldi Georgius, natione *Hungarus*, patriâ *Tyrnavienſis*, Romæ Societatem ingreſſus eſt, repudiatâ Præpoſiturâ, principe poſt Archiepiſcopatum Strigonienſem Dignitate. Ubi ex Italiâ rediit, difficillimis Botskaianæ ſeditionis perturbationibus è Tranſilvaniâ, cum reliqvis de Societate, relegatus eſt in exilium. Egit deinde in Olomucenſi Academia Theologiæ Moralis Profeſſorem: poſteà Magiſtrum Novitiorum Brunæ, & mox, inde coloniâ Tironum deductâ, Leobii Styriæ: Dehinc Superior fuit & Rector Tyrnaviæ; demùm Poſonij, qvod ipſe Collegium à primis fundamentis ad uſqve finem exædificavit, in eoqve ſe ipſum, velut angularem lapidem collocavit, magno ſui deſiderio, magno virtutum exemplo ceteris poſt ſe relicto, vitâ functus die 30. Octobr. anno ſalutis 1634. ætatis ſuæ 62. ab ingreſſu in ſocietatem 36. inde uſqve ab anno 1612. die 27. Maii. qvatuor vota profeſſus. Qvanti viri jacturam fecerit in ejus morte Hungaria, ſapientiſſimi atqve Eminentiſſimi Cardinalis Strigonienſis Petri Pazmanni de eo judicium abundè declarat, qvo ajebat, ex omni Ordine Eccleſiaſtico, Religioſoque, nulli ſecundum eſſe toto Hungariæ Regno; parem illi haut facilè repertum iri. Vir omnino fuit & eloqventiæ, & virtutis laude conſpicuus, ut qvi magnam ætatis partem in ſacris Concionibus inſumpſerit. Latinè ad Academicos, nec raro etiam dixit Italicè; ſubinde, cùm res poſtularet, etiam Germanicè. Ceterum idiomate gentilitio præſcriptâ cum auctorita-

te dicebat. Fuit in dicendo vehemens, gravis, doctus & ſpiritu plenus, qvi non raró diceret cum admiratione auditorum, interdum cum plauſu, nunqvam ſine fructu. Magnâ fuit apud Viros Principes auctoritate & gratiâ: qvi etiam liberè auderet ſummos æqvè atqve infimos, qvà ſvaviter, qvà fortiter ad officium cohortari. Eâ libertate cùm Principem Tranſilvaniæ Gabrielem Betlenium, ob tot Chriſtianorum millia Turcis prodita & abducta, criminis, quo ſe obſtrinxerat, commonefeciſſet privato duarum horarum colloqvio, eamqve ob cauſam extrema omnia poſſent ab eo exſpectari, tantum abfuit, ut qvidqvam moleſtiarum experiretur, ut etiam Principis ad menſam admotus, honorario inſuper Centum nummûm Imperialium, in ſubſidium Typographiæ, donatus abiret. In extremo vitæ actu, convocatis Noſtris, magno animi ſenſu, ſingulorum ſe pietati impensè commendavit, à ſingulis veniâ erratorum magnâ ſubmiſſione poſtulatâ.

Scripta. Edidit: *Biblia Sacra Vulgata Editionis, à ſe in Hungaricam Lingvam translata.* Viennæ apud Matthæum Formicam 1626. in fol. *Concionum Hungarico Sermone* tom. 1. *thematis hyberni;* Poſonij 1631. in fol. relictis poſthumis duobus aliis tomis, altero *funebris argumenti;* altero *Epidictici, de Sacroſanctâ Euchariſtiâ deqve laudibus B. Virginis Deiparentis. Evangelia & Epiſtolas per annum in Miſſâ legi ſolita, convertit in Lingvam Hungaricam, & tacito nomine impreſſit ſumptibus Petri Baranyai, Viennæ* 1629.

Ex Philip. Alegambii Biblioth. Scriptorum Societatis Jeſu f. 156.

Karoli Caſparus, *gente Hungarus*, Philoſophus, Philologus & Theologus Calvinianus circa A. 1589. graviſſimus, Præcoqve Verbi Divini apud ſuos facundiſſimus, & ob Verſionem S. Bibliorum ex fontibus in lingvam Hungaricam celebratiſſimus; cujus memoriam *Georg. Thurius* in Pöematibus ſuis (*extant in Joh. Philip. Parai Deliciis Poetarum Hungarorum, Francofurti ad Mœn.* 1612. *in* 12. *editis*) celebrat tridiſticho hocce:

Ponti-

Pontificum tenebris alte Plebs merſa jacebat,
Et ſine coeca libris, & ſine luce cohors.
Indoluit Caſpar Karolinus, *& auſpice CHriſto,*
Præſide Rabocio, Biblia *verſa dedit.*
Edocuitqve omnes, & ſidera latus adivit,
O pia magnanimi vitaqve morsqve viri!

Epitaphium: *Patria* Karolium: *Hoſpitium* Viteberga: *Cathedra*
Et tumulus magno Goncia *terra viro eſt.*

Titulus verò dictæ *Karolina* Verſionis verbotenus ita ſe habet:

Szent Biblia: *az az Iſtennek O és Uj Teſtamentomában foglaltatot egéſz* Szent Jrás, *Magyar nyelvre forditatot* Karoli Gáſpár által: *és moſtan hetetzer è nagyob formabán vitetvén à Frántziai nótákra rendelt Sóltár Könyvel együt bocsátatot az hatotſzor nyomtatot példa ſzerint.* Caſzſzelben *Ingebrand János Költſége által* 1704. *eſztendöben. in* 4. Hanc ipſam verſionem poſtea recognovit *Albertus Molnár*, infra ſub hoc ſuo nomine commemoratus, & multis vicibus diverſisqve in locis eſt recuſa, videlicet: *Hanoviæ* 1608. in 4. Oppenhemii. *1612.* in *grand. 8.* non multo poſt *Caſſellæ*, & deniqve qvam recentiſſimè *Noribergæ* 1704. in *4.* ſumtibus *Martini Endteri* Bibliopolæ, omiſſo tamen Noribergæ, eiqve Caſſellæ, antiqvo illo impreſſionis nomine ſubſtituto, ceu fortè Calvinianis magis placituro. Scriptum

Novum Teſtamentum editionis Karolinæ *impreſſum etiam eſt* Amſterodami *in forma 12.ma.*

Neqve ſilentio heic involvenda erit illa S. Bibliorum Verſio Iungarica, qvæ non tam ad normam fontium, qvam *Vulgatæ Latinæ* ſive *Hieronymianæ*, à Rom. Catholicis pro Avthentica habi-:, operâ *Georgii Káldi*, Tyrnavienſis P. S. I (qvem videſis p. 194.) it confecta, atqve Viennæ impreſſa, apud Matth. Formicam 1626. fol.

Occaſione Biblicarum harum Verſionum Hungaricarum, operatium eſſe duxi, alias inſuper Verſiones, ſpeciatim verò Bohemi-

cas *atqve* Sclavonicas *ſeu* Illyricas, *utpote in Hungaria qvam freqventiſſimis incolarum uſibus conſecratas, heic loci producere.*

In *Bohemicam lingvam* Scriptura S. tranſlata eſt A. 1578. Interpretibus: Alberto Nicolai, Luca Helicæo, Johanne Ænea, Georgio Vettero, Eſaia Cœpolla, Johanne Ephraimo, Paulo Jeſſenio, Johanne Capitone; ſumptibus liberaliter ſuppeditante *Lib. Barone Johanne Zerotinio.* Vide *Joh. Laſicium de Geſtis Francorum.* Imò jam ſuo tempore Novum Teſtamentum idiomate Bohemico extitiſſe, indicium facit *Joh. Huſſus in Replica contra Joh. Stokes, Tomo. I. Operum fol. 108.*

Similiter Biblia *S. Bohemica* cum Annotationibus prodiere, qvorum *Prima* pars, ſive *Pentateuchus* in 4. editus eſt A. *1579.* (*Hoc opus ſimulatqve vidit Epiſcopus qvidam Pontificius, ut refert* Regenvolſcius, *certè, inqvit, hic labor, nec Idiotarum eſt, nec parvarum virium humanarum*) *Secunda* pars in lucem prodiit A. 1580, *Tertia* A. *1582. Qvarta*, 1587. *Qvinta*, 1588. *Novum Teſtamentum* prodiit itidem cum Annotationibus, & qvidem *prior* editio operâ potiſſimum *Johannis Niemcani* ſenioris, (hic Hunobrodæ in Moravia natus, obiit A. 1611. ætat. 63.) Anno *1593. poſterior* correctior & Annotatis locupletioribus illuſtrior, ſtudio Zachariæ Aſtonis. Extat etiam *Novum Teſtamentum* lingvâ Bohemicâ in 12. A. 1596. ſeparatim impreſſum, absqve nomine Autoris lociqve, cum Titulo: **Nowy Zakon / wnowe do Ceſſtiny prelozeny.**

Martinus Lipenius in Biblioth. ſua Reali Univerſ. Theologica fol. 147. editiones Bibl. Bohemicas recenſet ſeqq. *Biblia Bohemica. Praga. 1606. in 8.* Ibid. A. 1613. in fol. *Diſpoſitio Bibliorum Bohemicorum M. Viſlorini Vubenſis. fol.* **Der Brüder in Böhmen Bibel.** Prag. A. 1596. in 8.

De verſione autem Bibliorum Slavonica *ſeu* Illyrica, *placet ea heic producere, qvæ Vincentius Placcius P. I. f. 670. Theatri ſui Anonymorum & Pſeudonymorum collecta exhibet, ubi ſic ſcribit:*

Verſio Bibliorum *Dalmatica* ſive *Slavonica* memoratur antiqvior

tiqvior, nempe, diverſa ab illa recentiori, de qva agit *Kortholt Tract. de Variis Scriptura S.* Edit. pag. (α) forte fuit hæc, cujus *MStum* in Bibliotheca Heinſiana extitiſſe ibidem refert. Autorem ejus eſſe *ex conjectura Petri Galeſini* in Tract. de Interpr. Bibl. B. *HIERONYMUM*, *ex Cromeri* ſententia, *CYRILLUM* vel *METHODIUM Deckh.* de *Script. Adeſp. ed. 1686. pag. 54.* confirmat. Cyrillum ſolum *Kortholt* habet loc. cit. (β) Editiones diverſas vide apud *Lipenium Bibl. Theol. f. 154.* De Hieronymo vide etiam verba exſcripta & (γ) *Deckherri de Adeſpotis Sect. II. p. 53. 54.* & *Uſſerii* (δ) de Scripturis & Sacris vernaculis. p. 121.

(α) Kortholt Var. Script. S. Edit. p. 323. *Tandem* Lingva *etiam* Slavonica *totum Corpus Biblicum extat impreſſum* charactere latino, *Vitteberga Anno 1584. habeturqve illa editio in Bibliotheca Anglorum Lambethana, hunc praferens titulum:* Biblia, to geſt, Svetu Piſmu, Stariga inu Noviga Teſtamenta Slovanski tolmacena, ſkuzi Juria Dalmatina: *Latinè ſic:* Biblia, hoc eſt, Sacra Scriptura Vet. & Nov. Teſtamenti Slavonicè translata per *Georgium Dalmatinum. Vide Gvil. Crovai Elench. Script. Londini editum p. 23.*

(β) Idem Ibid. *Dicuntur etiam Slavi Verſionem habere Biblicam in lingva vernacula à* Cyrillo, *qvi circa ſeculi noni medium vixit, conditam. Et ſanè illo ipſo ſeculo* apud Moravos *ſi non totum corpus biblicum certe aliqvam ejus partem idiomate Slavonico extitiſſe, epiſtola docet Johannis IIX. Pontif. Rom. ad Sfentum Moravia Principem, qvam exhibet* Baronius ad A. C. 880. 16.

(γ) Joh. Deckherrus de Scriptis Adeſpotis *pag. 53. 54.* Dalmatica *Sive* Slavonica *Verſio auctorem, ex Conjectura* Petri Galeſini, in *Tract. de Interpr. Bibl. nacta eſt* B. Hieronymum, *ex* Cromeri *ſententia lib. I. Rer. Polon. cap. 15* Cyrillum *vel* Methodium, *ex qvibus hic Prophetico Spiritu claruiſſe Bohemicis Scriptoribus narratur, vel creditur; ita docente* Melch. Goldaſto *Lib. 5. de Regno Bohem. cap. 2. pag. 556. & 560.*

(δ) Jacobus Uſſerius de Scripturis & Sacris Vernaculis pag. 221. Tranſtulit Hieronymus, ut ipſemet in Epiſtola ad Sophro-

nium teſtatur, univerſum totius Scripturæ S. Corpus in Dalmaticam lingvam, ad utilitatem nationis ſuæ gentium; qvæ usqve in hanc diem hujus translationis lectione ſummâ cum veneratione utuntur (*Sixtus Senenſis Lib. 4. Biblioth. Sanct. in Hieronymo*) *Vide* Biblianderum *de Ratione communi omnium lingvarum, pag. 15. &* Angelum à Roccha *in Append. Biblioth. Vatic. p. 337. 339. Præcipuè Dubrâvium, Lib. I. Hiſt. Bohem. p. 4.* Illyricam verſionem olim edidiſſe traditur ille ſummâ eruditione & ſanctitate celeberrimus Eccleſiæ Doctor Hieronymus; *inqvit* P. Galeſinus *de Bibliis Græcis* p. 8. *Ita* Eraſmus *in Apologia adverſus Sutorem, Tomo 9. Operum, p. 630. & in declarat. ad Cenſur. Facultat. Pariſ. Lib. XII. num. 37. unde arguitur à Simone 3. Lat. N. T. p. 519.* & Hoſius *in Dialogo de Sacro vernaculè legendo, conſtare dicunt* Dalmaticâ lingvâ Sacros libros Hieronymum vertiſſe. Et Alphonſus de Caſtro, *libro I. Hæreſ. cap. 15.* Fatemur (*inqvit*) olim Sacros libros in lingvam vulgarem fuiſſe translatos, Beatumqve Hieronymum in lingvam Dalmaticam eos vertiſſe. *Qvanqvam in illa ad Sophronium Epiſtola, quæ eſt 134. per lingva ſua homines,* Latinos *potius intelligere videatur, qvam* Dalmatas; *ut in Proemio lib. 3. in Hieron. & in 6. & 10. Zachar. &c. Recepta tamen opinioni favet* Joſephus Scaliger *in litteris, apud* Merulam Coſmograph. P. II. lib. I. c. 8. *Anno 1599. ſcriptis ad Paulum Merulam, ubi in lingva* Slavonica *duplicem haberi Sacrorum librorum Translationem ſcribit,* Rutenicam, *&* Hieronymianam *vetuſtiorem.* Hucusqve Placcius.

Verſiones Bibliorum *Slavonicæ*, qvas *Lipenius in Biblioth. Real. Univerſ. Theologica f.* 147. 154. recenſet ſunt ſeqq. *Biblia S. Slavonicè, Moſcoviticè. Oſtrobia 1581. Biblia S. Slavonicè, Danicè &c. Hamburgi 1597. fol. NB. Slavonica atqve Bohemica Bibliorum verſio reperitur etiam in Bibliis Polyglottis Eliæ Hutteri, qvæ Noribergæ A. 1599. prodiere in fol. grandiore.*

Suſcepta inſuper eſt *Novi Teſtamenti* interpretatio *Slavonica* à Primo Trubero (*de qvo plura infra ſuo loco*) juſſu & ſumtibus Johannis Lib. Bar. ab Ungnad, *qvæ Tubingæ impreſſa eſt A. 1577.*

Digitized by Google

A. 1577. *duobus Tomis in* 8. *Prima Novi hujus Teſt. pars complectens IV. Evangeliſtas, linguâ qvoqve Croaticâ* (qvæ tamen à Slavonica, ceu dialectus ejus parum differt) *ejusdem operâ ibidem eſt excuſa, literis tum* Glagolicis *tùm etiam* Cyrulicis *A.* 1582. *in* 4. cujus ipſe aliqvot ibidem vidi exemplaria.

Katona Emericus, *Hungarus.* Vitam hujus Viri ſuccinctè deſcripſit *David Pareus, (SS. Theol. Doct. ejusdemqve Heidelbergæ Prof. qvondam Publ.)* qvæ Tractatui *Katonæ* poſthumo: *De Patrum, Conciliorum, Traditionum Authoritate circa fidei dogmata &c.* poſt Præfationem legitur hoc verborum contextu. *Emericus Katona, Uiſalvinus Baronius*, auctor hujus Tractatûs poſthumi, qvantum ex Literis ipſius ad me, & ex Hungarorum amicorum relatu cognoſcere licuit, natus fuit Parentibus honeſtis, Patriâ *Uiſalu* in ea *Hungariæ* Provincia, qvæ *Baronia* vocatur, Vini generoſioris ubertate celebris. Adoleſcens ad ſcholam *Patakinam* miſſus, pluribus annis ibi diligentem ſtudiis humanioribus operam navavit, & progreſſus tantos acqviſivit, ut inde ad *Rectoris Scholaſtici* munus in oppidum Szepſi evocaretur. Cui cum biennium præfuiſſet, uberioris culturæ gratia in Germaniam profectus, Vittebergæ lingvis & Theologico ſtudio biennium incubuit. Inde *Heidelbergam* appellens, menſes qvatuor apud nos hæſit, de qvibus in primis literis ita ille ad me: *Vixi ante annos undecim Heidelbergæ. Qvinam ergo ignotum me Cl. Tuæ dixi? nempe defuit, proh dolor, familiaris converſatio. Studio namqve in Logicis proficiendi, Doctiſſimum* Kekermannum, *& Ornatiſſimum* D. Joh. Philippum Pareum, germaniſſimum Cl. Tuæ filium, anteqvam hic Baſileam proficiſceretur, freqventabam. Utinam verò diutius id licuiſſet! *Verum, non niſi qvatuor menſes, & dieculas aliqvot, poſtqvam in Academia Vittebergenſi intra biennium pecuniam & tempus* (penè dixerim*) ſtultè jam conſumſiſſem. Interim qvod licuit, ſalutavi Cl. T. coram, & memoriæ cauſa nomen etiam* Albo, *qvod vocant, Amicornm, manu ſua inſcri-*

ſcriptum, cum hac præclara Auguſtini *gnome* : Nolentem gratia prævenit, ut velit: volentem ſubſeqvitur, ne fruſtra velit, *gratiſſimè etiam nunc circumfero.* Reverſus in patriam A. 1599. Rectoratum Scholæ *Patakina* aliqvot annos feliciter adminiſtravit. Ad ſacrum verò Eccleſiæ miniſterium adjecto animo, primum Generoſo & Magnifico Dn. *Sigiſmundo Rákóczi* Aulicus concionatur fuit: In Aula non diu permanſit, ſed *Szepſinum* revocatus, Primario Paſtori ſeſe collegam adjunxit. Non multò poſt, Vocatione accepta, Szepſino *Göncxinum* ad Primarium ejus Eccleſiæ Paſtoratum commigravit, cui cùm qvadriennium inſerviiſſet vocatus fuit in oppidum *Kereſztur* , qvod Latinis *Crux Domini* eſt (ut *Andreas Szikſzai*, ejus Eccleſiæ Diaconus ad me ſcripſit) in ditione Illuſtrium DD. *Stephani & Nicolai Tökölii* (qvorum honoris cauſa mentionem facio, qvippe jam olim domeſtica mihi familiaritate chariſſimorum,) ad ejus Eccleſiæ gubernacula. Verum hæc diu non tenuit: Nam vix qvinto menſe exacto, morbo lætali correptus, præmatura morte ad Dominum emigravit, 22. Octobr. A. 1610. ætatis 38.

Scripta. Scripſit: *de Libero Arbitrio , contra Theſes Andreæ Sároſſii.* Scripſit : etiam patrio ſermone, pro ſuis Hungaris *Librum*, titulo *Antipapiſmi*, *qvinqve in Partes* tributum: In qvo recitat I. Rationes juſtiſſimæ Seceſſionis noſtræ ab Eccleſia Romana, contra Schiſmatis calumniam, II. probat, Papam Rom. inde à multis annis eſſe magnum illum Antichriſtum, contrariasqve Papanorum rationes refellit. III. Ex Catalogo Teſtium Veritatis evincit, omnibus ſeculis extitiſſe aliqvos Viros, pios, graves, & doctos, qvi dogmatibus ritibusque Papiſticis contradixerint. IV. In præcipuis Fidei noſtræ Articulis demonſtrat, eandem Patrum fuiſſe doctrinam atqve fidem, qvæ & noſtra eſt; adverſam verò Papiſticæ. V. Symbolum Apoſtolicum, Decalogum, & Orationem Dominicam, in ſingulis punctis & articulis pro nobis facere : contra verò Papicolarum omnia dogmata, per illa eadem convelli oſtendit , ut vel idiotæ non plane ſtupidi , ſaltem ex hac poſtrema

parte

parte edocti, cum illis non utiliter congredi, in ſermonum collationibus, poſſint.

Scripſit etiam hunc *Tractatum*, de qvo ſic ille ad me: *Qvid verò nos in publicis hiſce Patriæ noſtræ calamitatibus, rerumqve omnium perturbationibus facere cenſes? Silemus & moeremus, atqve officio noſtro bellè perfuncti videmur, ſi docendo ſaltem populo, monendoqve incumbere poſſimus.* Scriptioni *qvis in his tumultibus ſerio vacet? qvi pleroſqve noſtrum à Bibliothecis etiam Studiorum noſtrorum adjutricibus aliqvot per annos arcere ſolent. In his tamen turbis partim exercendi, partim confirmandi mei cauſa, occaſione Synodicæ cujusdam Diſputationis noſtræ, conſcripſi* Diſſertationem qvalem qvalem De Patrum, Conciliorum, ac Traditionum auctoritate, circa Fidei dogmata, cultus item ac mores vivendi: *idqve potiſſimum ex ipſorum Patrum ſententiis, adverſus Patrologos verius, qvam Theologos Pontificios, ubi Statu Controverſiæ inter nos & illos conſtituto, noſtram primum ſententiam aliqvot argumentis, è Scriptis Patrum maximam partem petitis, confirmo. Demum Adverſariorum rationes τρόπῳ παιδείας adhibito, ut poſſum, oppugno.* Et in poſterioribus Literis: *Qvodſi in tanta laborum ſanctorum varietate otii aliqvid Cl. T. nanciſci poſſet, cenſuræ ejus ſubjiciendum offerrem Tractatulum, qvo de mentionem proximè feceram*, de Patrum, Conciliorum ac Traditionum Authoritate. *Niſi moleſtum eſt, inſpicere eum Cl. T. dignetur, & paucis judicium ſuum ſuper eo indicet, qvid de argumento, deqve ejus methodo, totaqve Tractatione ſentiat. Nam editionem ejus, pro more, ſi maxime dignus eſſet, per ſortis meæ præſentis tenuitatem minime poſſem* (ſcil. promovere). *Satis eſt mihi, ſi tempus non perdidiſſe, cum ſcriberem, judicabor. Si verò ita Rev. Tuæ Dig. placuerit, reddat Exemplar huic meo Populari, poſtqvam perlegerit inter otium.* Vive & Vale, Lector Chriſtiane, & Dominum, ut fidis Miniſtris de ſtatione decedentibus alios extrudat Operarios in Meſſem ſuam, nobiſcum ora. Plenior tractatus hujus titulus hoc verborum ordine formatus conſpicitur:

Tractatus de Patrum, Conciliorum, & Traditionum Authoritate, circa Fidei dogmata, cultus item moresqve vivendi. Ex iiſdem potiſſimum Patribus, contra Patrologos verius qvam Theologos Pontificios. Authore Emerico Katona, Uifalvino-Baronio Hungaro. *Cum Præfatione Davidis Parei D. Ad Dn. Petrum Alvinczi, Eccleſiæ Caſſovienſis Paſtorem de eodem argumento, cum Vita Authoris ab eodem deſcripta, & cum Indice &c.* Francofurti ad Moen. in Bibliopolio Jonæ Rhodii, A. 1611. in 8.

NB. Nonnunqvam proprio cognomine, qvod eſt *Katona* omiſſo, ſolùm nomine à Patria adſcito ſolet citari, nempe *Uifalvini*: Sic enim *Emericus Regius Peczelius*, *Hungarus* in *Epigrammate Threnologico* huic Tractatui inter aliorum Acclamationes votivas præfixo, eum ſalutavit, verſibus hiſce:

Phoebe, Pater, qvid fles fuſca redimite cupreſſo?
Occidit Uifalvi *gloria honorqve meus.*
Et tu qvid pullo ſqvales velamine Pallas?
Occidit Uifalvi *gloria honorqve meus.*
Tu qvoqve Theſpiadum cur fles pia turba ſororum?
Occidit Uifalvi *gloria, noſter honos.*

Kemelius Johannes, AA. LL. & Philoſ. Magiſter, *patriâ Leutſchovienſis*, in *ſuperiori Hungaria*, Concionator Evangelicus diſertus, emiſit aliqvot Conciones, è qvorum numero

Scripta. geminas has ſeqventes ſufficiat allegaſſe, cum titulis hiſce: *Navicula Chriſti fluctuans Eccleſiæ typus.* Das auf dem Meer in Gefahr ſchwebende Schifflein Chriſti / als der Kirchen Vorbild / nach dem ordentlichen Evangelio, aus dem Matthæo am 8. cap. v. 23-27. Da trat JEſus in das Schiff ꝛc. am IV. Sonntag nach Epiphan. A. 1683. in dem hohen Coburgiſchen Fürſtenthum / der Chriſtl. Gemeine zu Dauenſtadt / in der Ampts-Predig gezeiget ꝛc. Gedruckt zu Nürnberg. A. 1683. 4. Item *Jeſulus Exul in Ægyptum fugiens:* Das exulirende Kindlein JEſus / wie ſelbiges / für dem grau-

grauſamen Wüterich Herodes/ in Egypten-Land entweichen und entfliehen müſſen ꝛc. Coburgi in præſentia Ducis Saxon. Coburgenſis, in templo Cathedrali ad S. Mauritium. *Impreſſa Schleuſingæ in 4.*

Keri Johannes *Hungarus*, Ord. S. Pauli, primi Eremitæ, vixit circa A. C. 1660. ediqve curavit *Philoſophiam Scholaſticam, tribus Tomis comprehenſam, Poſonii 1673. fol.* *Scriptum*

de *Kikellö* Johannes, *Hungarus*, urbis cognominis in Eccleſia Tranſylvana Archi-Diaconus, & generalis Vicarius Epiſcop. Strigonienſis, Regis Hung. Ludovici I. ſecretorum Notarius, cujus etiam vitam resqve geſtas ſtylo conſcripſit latino. De eo ita *Gerhard. Johan. Voſſius de Hiſt.* Latin. Lib. 3. c. 6. p. 572. & ſeq. Johannes Archi-Diaconus de *Kikulevv* (rectius *Kikellö*, *eſt enim Comitatus in Hungaria*, *qvi Kikellenſis appellatur*) in Eccleſia Tranſylvana Vicarius Strigonienſis in ſpiritualibus generalis. Is res *Ludovici Regis* ſcripſit usqve ad obitum ejus, qvi incidit in Annum 1382. Fuerat autem Ludovico Regi Notarius à ſecretis, ut res ejus ſatis habuerit exploratas. Poſt hanc partem *Johannis de Kikellö* (qvam Hiſtoriæ ſuæ Turocius inſeruit) agit idem *Turocius* de miſerabili caſu *Caroli*, cognomento *Parvi*, qvi poſt Ludovicum imperavit. Atqve hic *Joh. de Kikellö* æqvalis Anno 1381. *Marto Georgio Veneto*, Ord. Serv. Philoſoph. & Theol. effulſit.

Kirchvegerus Chriſtoph. Andr. *Sempronii in Hungaria* natus, Sacerdos primùm in vico Frankoniæ *Sindelsheim*, poſtea Diaconus Eccleſiæ Plofeldinæ. De cujus eruditis lucubrationibus mihi hactenus unicè innotuit opuſculum cum titulo: *Scriptum*
Geiſtlicher Staats-Man/ der den hochbelobten Himmels-Staat/ am allerbeſten innen hat / und nach denſelben/ ſonder weil/ gantz richtet ſeiner Seelen Heyl. Nach Pauli-

liniſcher Beſchreibung Rom. 3. v. 24. 25. vorgeſtellet von C. A. Kirchweger / von Oedenburg aus Ungarn gebürtig / jetzo Diacono Plofeldino. Onoltzbach / gedruckt durch Jeremiam Kretſchmar in 4.

Kis Emericus, natione *Hungarus*, patria *Tyrnavienſis*, natus Anno 1631. in Societatem Jeſu ſe recepit 1648. & votis 4. ſe ei adſtrinxit. Poſt traditas amoeniores diſciplinas, ſeveriores etiam docere aggreſſus fuerat, utrâqve literaturâ egregiè excultus, qvando abſtractus ab iis eſt, ut fieret ſatis deſiderio Celſisſimorum Principum *Rakotziorum*, qvi ad Rom. Catholicam fidem recenter converſi, illum pro ſua Aula in conſcientiarum arbitrum poſtularunt, ubi jam in annum nonum degit, & Conciones ad populum ſæpe habet.

Scripta. Scripſit contra Heterodoxos hungaricè, opuſcula varia, his titulis tacito ſuo nomine: Diſcipulus defenſor honoris Profeſſoris ſui de Societate, contra Calviniſtam Prædicantem, A. 1663. *Caſſoviæ.* 8. De Calviniſtarum Conſeqventiarum ineptiis, contra Calviniſticos Profeſſores Patakienſes *1665. Ibidem in 12.* Utrum ante Calvinum, unqvam alicubi extiterit moderna Calviniſtarum ſecta. Ibid. 1666. in. *8.* Refutatio Profeſſoris Calviniſtici, aſſerentis, ante Calvinum extitiſſe omnes *Articulos Calviniſticos* ad ſalutem neceſſarios. *Ibid. 1666.* Tractat. contra Profeſſorem Calviniſticum, miſcentem Chartifolia Rebus Fidei. *Caſſoviæ 1666.* 12. Apologia pro Libello, qvod Calviniſtæ fruſtra laborant oſtendere ſuam Sectam totaliter extitiſſe ante Calvinum *Ibid.* 1667. 8. Qvod Profeſſor Calviniſticus in oſtendenda vetuſtate ſuæ ſectæ ſuccumbat *Caſſoviæ 1667. in 8. Vid. Philip. Alegamb. Biblioth. Script. Soc. Jeſu. aucta per Nat. Sotvellum. fol. 195.*

Kis Stephanus, aliàs à loco nativitatis *Szegedinus* cognominatus. Vid. infra voc. *Szegedinus,* Stephanus.

Kito-

Kitonics Johannes, in *Hungaria* natus & educatus, æquè à nobili ac antiqva *Koſthaniczi orum* familia ſtirpem ſuam deducens: Nonnunqvam igitur nomen ipſius ita expreſſum invenitur, *Kitonics Nobilis de Koſthanicza.* Vir aliàs fuerat Juris patrii Regniqve Hungarici Conſvetudinum peritiſſimus, hincqve Juris Practicus non minus feliciſſimus, qvam famigeratiſſimus, qva etiam de cauſa ad egregium *Protonotarii* Regni officium evectus, id ſumma cum laude adminiſtravit. Scriptum ab ejus induſtria profectum, tali cum titulo hodie circumfertur: *Proceſſus Judiciarius* *Scriptum* *Juris Conſvetudinarii inclyti Regni Hungariæ, per Magiſtrum Joh. Kitonics de Koſthanicza compilatus. Tyrnaviæ 1619. 4. Conf. Bernegger-Schoedeliana Diſqviſit. de Regno Hung.*

Kleſchius Chriſtophorus, *Iglaviæ*, oppido Comitatûs Sepuſienſis *Hungariæ*, ad montes Carpaticos ſito, natus, frater germanus *Danielis Kleſchii*, de qvo paulò poſt. Is in exilium unà cum aliis Evangelicis Concionatoribus à Rom. Catholicis abire juſſus, in Germaniam contendit, ubi nunc Præconis Verbi Divini ſecundùm Auguſt. Confeſſ. *Erfordiæ*, Spartam exornat, in templo *D. Gregorio* dicato, Gymnaſiiqve Senatus Evangelici ibidem Inſpectionem ſuſtinet. Edidiſſe fertur complures ingenii ſui lucubrationes, videlicet: *Palmam Poeticam*, *Axiomatibus notis-* *Scripta.* *qve perſpicuis, novis inventionibus & exemplis adornatam illuſtratamqve. A. 1700. in 8.* Item *Concionem baptizato Judæo accommodatam, aliasqve Conciones qvam plurimas ex ſuggeſtu ad Populum habitas. Concio qvam A. 1705. typis publicis vulgavit, hoc inſignita eſt titulo:* Neue Ehren-Pforte / welche dem groſſen Zions-Könige CHriſto JEſu 2c. am I. Sonntag des Advents / aus Matthæi c. 21. v. 1--9. im 1705ten Heyl-Jahr / als ein ſchuldiges Denck-und Danckmahl / der in ſeinem Predig-Amt hingelegten 50. Jahr / aufrichten wolte Chriſtoph Kleſch. K. H. P. N. C. der Chriſtlichen Kirchen und Gemeinde zu S. Gregorii, ſonſt zum Kauffmann ge-

 nant

nant/ Pfarrer / und des Gymnaſii Senatûs Evang. Inſpector. Autor qvinqve verba numero anni in hoc ſeculo accommodans, poſt *Præludium* ex 1. Cor. 14. v. 19. & *Exordium* ex Pſal. 24. v. 7. 10. erexit *Portam gloriæ qvinqve coronis* ornatam, qvæ ſunt tot verba textus: ſcil. 1) *Ite.* v. 1. 2. qvod vocationis; 2) *Ducite* qvod inſtructionis. 3) *Cernite.* v. 3. 5. qvod excitationis: 4) *Sternite* v. 6-8. qvod imitationis; 5) *Cantate.* v. 9. qvod verbum confirmationis eſt. Hanc πεντελογίαν Evangelicam ſeptuageſimo tertio ætatis ſuæ anno, poſt exantlatos *deciesqvinqve* annorum labores eccleſiaſticos & varios moerores, concreditæ ſibi qvintæ Eccleſiæ, ad qvam ante qvaterqvinqve annos vocatus erat legitimè, ea qva par eſt devotione dicavit & conſecravit.

Kleſchius Daniel, *Iglô-Hungarus*, Parentibus natus eſt optimis ac honeſtiſſimis, *Patre* Chriſtophoro *Kleſchio*, Reip. Iglovienſis Senatore, *Matre* Dorothea Grüſſeliana: *Anno* ætatis ſuæ *ſexto*, publicis Scholis, & bonarum literarum cultui, in patria datus, eximiam ſtatim de ſe concitavit expectationem, fore, ut præclaros in iis faceret progreſſus, eò qvod prima rudimenta felici poneret ſucceſſu. Poſt, ubi, mortuo Patre, piâ matris curâ, *Roſnaviam*, &inde ad *Gymnaſia Eperieſienſe & Poſonienſe*, uberioris doctrinæ comparandæ cauſa, miſſus eſt, ſpem de ſe conceptam omni animi contentione confirmavit, ac viâ, qvam ſemel bonis auſpiciis ingreſſus fuerat, perrexit, ſedulo iis incumbens artibus ac diſciplinis, qvibus ad altiora ſtudia juveniles animi præparari ſolent, qvo pacto non tantum Præceptores ſuos, ſed & Patriæ Magnates haud paucos in ſui amorem pertraxit: qvos inter, Perilluſtris Lib. Baro *Johannes Török de Telekes & Jánoſócz* filios ſuos ejus moderationi ac diſciplinæ committere non dubitavit; cui tamen functioni ne ultra annum præeſſet, graviori morbo fuit impeditus; ex qvo emergens, *Viennam Auſtriæ* ad Avunculum ſe ſe recepit, qvi viam ipſi in Germaniam, cujus luſtrandæ deſiderio dudum flagrarat, aperuit. *Pragam* itaqve prius in Bohemiam,

&

& inde *Witteberga*m profectus eſt, ubi cum paucis commoratus eſſet hebdomatibus, facto itinere per *inferiorem Saxoniam, Weſtphaliam, Haſſiam, in iis Helmſtadienſem, Rintelienſem, Marburgenſem & Gieſſenſem Academias* luſtravit, & tandem *ad Academiam* venit *Argentinenſem*, in qva, cùm ſub initium nonnihil temporis cultui Philoſophiæ ſanioris dediſſet, omnem poſtea animum ad S. Theologiæ ſtudium applicuit: amavit publicos Doctorum congreſſus, & Prælectionum Sacrarum attentus fuit Auditor, demiſit in animum ac fideliter cuſtodivit, qvæ auribus hauſit, qvod & habitis nonnunqvam concionibus, & publica, qvam *de Chriſti Perſona* proprio marte elaboratam propoſuit Diſputationem, fecit teſtatum. *Wittebergæ* pariter operam ſuam divinis conſecrans exercitiis, primùm ſub Præſidio *Jacobi Martini S. Theol. Doct. & Prof. Publ.* Diſputationem *de Notionibus Perſonarum SS. & Individ. Trinitatis*, maſcule defendit: neqve multo poſt Diſputationem elucubravit *de Uſu & Applicatione Terminorum Philoſophicorum ad Res Myſticas ſeu Theologicas*, qvam ſub moderamine *Joh. Scharfii S. Theolog. Doct. & Prof. Publ.* ibidem A. C. 1649. ventilavit, *Magiſtri* deinceps *Philoſophiæ* ac Poetæ Laureati titulo, ceu præmio exantlatorum laborum, reportato, ad erudiendam in florentiſſimo Semproniensis urbis Hungaricæ Gymnaſio Juventutem ſe contulit, ubi per decennium functione *Conrectoris* laudabiliter obitâ, *Güntzium, urbem Hung. infer.* nominatiſſimam, ad Eccleſiaſticum obeundum munus vocatus, Spartam qvam ibidem nactus eſt Sacram primariam apud cœtum germanicum, egregiè exornavit, eamqve ſincere, zeloſe, & orthodoxe, juxta invariatam Auguſtan. Confeſſ. in omni ſui parte adminiſtravit, *Conſiſtorialiqve Senioratûs honore ac dignitate, nec non Gymnaſii Inſpectionis Primatu*, inſigni cum audientium, docentium & diſcentium functus eſt emolumento. Poſtea legitimâ vocatione ad ſuſcipiendum in Hungariæ infer. urbe *S. Georgio* munus Eccleſiaſticum invitatus, eidem, ceu ductui divino, annuens, è *Gunzio* A. C. 1663. emigravit: qvo qvidem munere ad tempus uſqve perſecutionis

Evan-

Digitized by Google

Evangelicæ, religioſe ac ſolicite adminiſtrato, in ſuperiorem deinceps exul abiit Hungariam, ubi fata quæ ſubierit, malo alienis qvàm meis referre verbis, illisqve ex Teſtimonialibus *Fölkaviæ* in Comitatu Sepuſienſi A. 1674. datis Literis depromtis, hocque ordine prolatis: *Siſtitur heic Vir admodum Reverend. Ampliſſ. ac Clariſſ. Dn. M. Daniel Kleſchius, qvi in Comitatu hoc noſtro Sepuſienſi*, Varalliæ *per triennium*, Olasſii *vero per ſexennium*, *officio Sacerdotis fideliter functus eſt. In Contubernio noſtro Viginti qvatuor, Virali* Spartam Senioris *per biennium*, & Oratoris ordinarii *per ſexennium qvam vigilantiſſime ornavit. Adhac multivaria paſſus, & A. 1673. d. 11. Decemb. ex Parochia ſua à Croatis violenter raptus, per Sex menſes* Caſſoviæ *in captivitate detentus, mira tamen tandem Dei providentia, libero Paſſu à Generali Spankau obtento liberatus, ad Forum competens* Varalliæ *admiſſus, Lublovia melioris ſecuritatis ergo conſervatus, atqve ab Excell. Principe noſtro liber & innocens dimiſſus eſt.* Ex ſuperiori Hungaria exul is in Germaniam delatus, primùm *Jenæ* Rectoris Scholæ Senatoriæ munus optato diſcentium ſucceſſu obivit, poſtea ſpartam in Gymnaſio Saxon. Leucopetrino Profeſſoris obtinuit, & tandem *Superintendentis Heldrungenſis officio* præfectus, id qvidem aliqvandiu laudabiliter adminiſtravit, ſed inſecuto tempore variis agitatus cogitationibus, mirisqve animi vexatus meditationibus, rebus in Eccleſia innovandis & à recepto ordine dimovendis incubuit, unde tum impotentis & corruptæ phantaſiæ, tum obſtinati propoſiti ejus perverſitatem ſatis ſuperqve licebat colligere. Cùm autem à Conſiſtorio Eccleſiaſtico Leucopetrino in judicium vocatus, rationem reddere jubebatur rerum in Sacris innovatarum, ordinisqve turbati eccleſiaſtici, tanto id animi mœrore, eâqve indignatione ſuſcepit, ut tanqvam de graviſſimâ ſibi illatâ injuriâ apud plures Theologos qverelas moveret, qvibus tamen non admiſſis vel approbatis, remoto deinceps velo, omniqve rejecto timore, publice profiteri haud erubuit: Puritatem doctrinæ chriſtianæ ex Eccleſiis Germaniæ Lutheranis penitus eſſe

ex-

exterminatam, neqve cum antiqvâ illâ ſimplici & piſcatoriâ convenire. Interea à primis ſtatim Theologici ſtudii annis, mirâ qvadam & ſingulari prorſus dulcedine rerum captus Apocalypticarum, eò usqve provectiore ætate in iis inveſtigandis gradum promovit, ut oceanum earum vaſtiſſimum ſine duce aliqvo prudente ac experto, ingreſſus, non amplius firmiter in illo ſubſiſtere valuerit, ſed fluctibus monſtroſarum opinionum agitatus, nutare ſenſim in doctrina ſua inciperet ac periculoſe vacillare. Idcirco myſticis ejus prolatis textûs Biblici explicationibus & applicationibus ridiculis apud cordatiores qvosqve Theologos locum haud invenientibus, & plerisqve ſvadentibus, ut easdem, ceu conjecturas tantum aliqvas humanas venditaret probabiles, is contra eas pro divinis revelationibus ex limpidiſſimo verbi Dei fonte hauſtis haberi, agnoſciqve, viribus omnibus annitens, in Theologos illas non aſſumentes ſed aperte improbantes, acerbius tam ore qvam calamo invectus ac debacchatus eſt. Nimirum potiſſimam Apocalypſeos Johanneæ partem de bellis tum temporis Gallicis flagrantibus interpretans, imminentem toti Galliæ Regno interitum ac ruinam fatalem prænunciare haud erubuit. Qvapropter etiam A. 1688. ad ipſum Sereniſſimum Saxoniæ Electorem *Joh. Georgium III.* auſus eſt literas exarare, tali iis inſerto vaticinio, nempe eum ſolum ſine alterius cujusqvam ope ac conſilio, Gallos fuſurum, ad incitas redacturum, regnumqve eorum radicitus exſtirpaturum, penitusqve everſurum. Neqve multo interjecto tempore, *Merſeburgi* Prodromum Apocalypticarum ſuarum Interpretationum A. 1687. inprimi curavit. Deinde Epiſtolam qvandam germanicam ad *David. Peuckerum* Electoral. Palatini Viduæ Secretarium ſcripſit, in qva ſuam de religione Lutherana ſententiam hoc verborum contextu manifeſtavit: Jch ſchreibe nun öffentlich/ wir haben kein lauteres und reines Lutherthumb/ die reine Lutheriſche Lehre iſt nun alle nach Dennemarck und Schweden gewichen/ h. e. palam nunc profiteor, haud amplius ſincerum, verum, purumqve ſupereſſe Lutheraniſmum,

omni nempe vera & ſincera doctrinæ Lutheranæ puritate in Daniam & Sveciam concedente. Poſtqvam igitur hæc & alia ſimilia ejusdem ſomnia fanatica in Leucopetrino Synedrio ad examen fuere vocata, prævià fraternà qvadam correptione humaniſſimâ, comiter admonitus eſt, ut à pravis ejusmodi valdeqve ſcandaloſis opinionibus impoſterum divulgandis prorſus abſtineret, ſanæqve ac ſimplici doctrinæ Evangelicæ ſtricte & conſtanter inhæreret, eâqve de cauſa A. 1690. d. 18. Jun. literas reverſales exhibere debuit, qvibus ipſis non tantum faſſus eſt, ſe paulo ante citata dogmata contra conſcientiam notitiamqve meliorem ſcripſiſſe, graveqve delictum eâ ipsâ ſcriptione commiſiſſe, ſed ſancte qvoqve pollicitus eſt, ſe ſimili ſcriptionis genere impoſterum haud uſurum, & omnes Apocalypticas tales interpretationes cane pejus & angve fugiturum. Qvamvis igitur res ipſius tali pacto in vado eſſe, optimeqve tum exiſtimationi ſuæ, tum Eccleſiæ puritati conſultum videri potuerit, attamen in priores mirabilium opinionum labyrinthos prolapſus, literas reverſales vi minisqve ſibi extortas, easqve tyrannicam, papiſticam, imo diabolicam compulſionem & coactionem fuiſſe malitioſe paſſim cavillabatur. Qvamobrem ut ſvavibus ſuis deliriis ac ſomniis majore cum licentia poſſet indulgere, circa finem Anni 1690. ſeptuagenarius fere, officio eccleſiaſtico, multiplici ſub prætextu, ſe abdicavit, inſalubrem potiſſimum cœli Heldrungenſis aerem ſuo corpori valde noxium cauſatus. Inde *Halam* petens Saxoniæ Academiam florentiſſimam, plerisqve in colloqviis ac ſermonibus familiaribus, oſorem Eccleſiaſtici Lutheranorum Ordinis palam ſe exhibebat, omnesqve Superintendentum, Inſpectorum, Conſiſtoriorum & Conventuum Eccleſiaſticorum actiones, conſultationes, conſtitutiones, deciſiones, decreta, & ſententias, tanqvam novi Papatûs, & in conſcientias uſurpati dominatus, ſimulacra traducebat, pluribusqve aliis criminationibus ac ſugillationibus proſcindebat. Interea hoc & ſeqvente ad annum usqve 1695. tempore, diverſis tractatulis germanicis hinc inde locorum è prelo emiſſis, fanaticæ ſuæ doctrinæ ſemina ſpargere perge-

pergebat, atqve aſylum mox apud Magnæ Britanniæ, Daniæ & Sveciæ Reges, mox apud Electorem Brandenburgicum anxiè qvæſitum obtinere laborabat, mox Hamburgenſium in urbe præſidium ac refugium ſe adepturum ſperabat, ſed nullo in loco voti ſui metam attingens, vanis ſuis ac temerariis excidit auſis, inaniaqve ſomniorum ſuorum inanium conſilia eſſe, re ipſa comperit. Licet autem à nemine, qvantum conſtat, dogmatum ſuorum aſſenſum, nedum applauſum fuerit conſecutus, tantum tamen abeſt, ut ſine omni prorſus noxâ pernicieqve eadem divulgarit, ut potius maxime deplorandum Eccleſiis vere Lutheranis ſcandalum dederit, multosqve in iisdem piſcatorios Chriſti aſſeclas doctrinâ ſuâ myſticâ, ac iniqve detorto S. Scripturæ ſenſu offenderit. Ceterum qvod ſpeciatim, ad deliramenta ejus attinebat Apocalyptica, hypotheſis ejus *circa VII. Eccleſias Apocalypſ. cap. 2. & 3.* enumeratas, iſta fuiſſe perhibetur: nempe *per Eccleſiam Epheſiorum*, præfigurari *Eccleſiam Græcam;* per *Smyrnæorum*, *Abyſſinenſem;* per *Pergamenſium Moſcoviticam;* per *Thyatirorum Papiſticam;* per *Sardiorum Calvinianam;* per *Philadelphorum genuinam & orthodoxam Lutheranam Eccleſiam adumbrari.* Per *Angelum Apocal. cap.* 10. Pedem ſuum ſiniſtrum ſuper terram, h. e. *Galliam*, dextrum mari, h. e. *Italiæ* imponentem, adumbrari dicebat Carolum M. Deinde *primam beſtiam* è mari adſcendentem, ajebat, eſſe *Papam*, ejusqve VII. capita eſſe *Germaniam, Hiſpaniam, Portugalliam, Britanniam, Daniam, Sveciam & Poloniam*, ipſum vero Pontificem Romanum eſſe caput octavum, atqve hæc cum Gallia & Navarra conficere X. cornua. In priore beſtiâ minore, h. e. moderno Rom. Imperio Septem capita, eſſe ſeptem Electores, Regem autem Bohemiæ eſſe octavum, *Apoc.* 17, 13. decem cornua eſſe directores decem Imperii Rom. Circulorum. Alteram ex mari egredientem beſtiam eſſe *Ludovicum XIV.* modernum Regem Gall. cujus numerus ſit 666. ceu nomen ejus Romanis literis exaratum LUDoVICVs oſtendit, ſive tria lilia, hebr. שושן lilium שׁשׁ nempe ſex ſignificante; atqve ex hac beſtia duplicia prominere

 cornua,

Digitized by Google

cornua, nempe Galliam & Navarram, & ſermone à draconis haud diſſimili uti, h. e. lingvâ corruptâ latinâ, ſive Gallicâ. Angelum *Apocal.* 14. candidæ nubi inſidentem eſſe *Wilhelmum* III. magnæ Britanniæ Regem; Angelum autem, è templo prodeuntem *verſ.* 15. clamantem voce magna ad eum qvi inſidebat nubi, mitte falcem tuam, & mete, modernum eſſe *Regem Boruſſiæ Fridericum* III. Angelum *verſ.* 17. habentem in manu falcem acutam, *Regem eſſe Danorum*; Et alium Angelum *verſ.* 18. habentem poteſtatem in ignem, eſſe *Regem Svecorum*: Atqve hos omnes terram, i. e. Galliam vaſtaturos. Angelum *verſ.* 6. volantem per medium cœli habentem Evangelium æternum, eſſe *Lutherum*: Alium Angelum *vers.* 8. dicentem, cecidit Babylon, eſſe *Martin. Chemnitium.* Tertium Angelum *verſ.* 9. commemoratum, ſemet ipſum eſſe *Kleſchium.* Templi atrium eſſe Lutheraniſmum in Germania vigentem, interiorem templi chorum eſſe Daniam, deniqve Altare eſſe Sveciam. Duos teſtes *Apoc. cap.* 2. cœlitus miſſos eſſe Imperium CPtanum & Trapezunticum, qvæ duo imperia denuo ſtabilita Turcicam potentiam infringerent, & Imperium Turcicum penitus abolerent. Hæc ipſa eſſe Angelum cum ſextâ tubâ & beſtiam ex abyſſo aſcendentem *Apoc.* 11, 7. Qvo tandem fati, morbi, mortisqve genere, qvo in loco, qvo tempore, qvove ætatis anno ex hac vita emigrarit hic noſter Kleſchius nondum potui comperire: Sane niſi ejuratis rejectisqve ſcandaloſis ſuis dogmatibus, ſeriam veramqve de iisdem diſſeminatis egerit poenitentiam, judicium qvin olim ſubiturus ſit graviſſimum, Deoqve rationem de illis redditurus, haudqvaqvam erit dubitandum. Interea lubens prætereo plures ejus alios mentis non admodum ſanæ monſtroſos abortus, & falſiloqvas de rebus futuris divinationes: Qvemadmodum autem vaniloqvo ſuo ore credulorum aliqvot ſimplicium aures obtudiſſe maximæ ſibi gloriæ duxit, ita opuſculis calamo exaratis, oneraſſe potius eum conſtat, Chriſti Eccleſiam, quam ornaſſe: Pleraqve tamen opuſcula, ceu ipſe faſſus eſt, latino edita ſunt idiomate,

mate, veluti hoc indicare qveunt *Orationes ejus Scholaſtica, Specimina Examinum, Actus Inaugurales, & Carmina pene innumera*: qvorum omnium titulos uti nec conſpicere mihi unqvam licuit, neqve etiam referre operæ pretium eſſe judico, ita aliorum ejus opuſculorum, inprimis Concionum, mentionem facere, titulosqve heic producere collibuit, prout nempe qvælibet in manus meas pervenerunt:

Poſt Sementis Evangelicæ Granorum qvinqve Sacrorum, das iſt / ſpate Evangeliſche geringe Nach-Saat fünff geiſtliche Körner / ex *Matth. 22, 24.* Wie düncket euch um Chriſto? *&c Lipſiæ 1675. in 4.* *Apoſtolica Status ratio in Politevmate cœlico Pauli ex textu Epiſtolico* Phil. 3, 20. *expoſita, Sacro Foedere, Privilegio, Fundamento, Scopo, Regno propoſita, & Apoſtaticæ Status Rationi oppoſita.* Das iſt: Geiſtlich-Apoſtoliſcher Staatiſt / aus dem Himmliſchen Bürger-Recht / *St. Pauli Phil. 3, 20.* und deſſen treuen Bund / Freyheit / Grund / Ziel / Reichs-Eigenſchafft geiſtmäßig abgeſehen / der falſchen Welt-Staatiſterey entgegen geſetzt / und in einer einfältigen Gaſt-Predigt am 23. Sonntag Trinitatis / aus der ordentlichen Lection und Epiſtel *Phil. 3, 20.* und der daraus genommenen fünf-wörtigen Staats-Regel: Unſer Wandel iſt im Himmel / zum Dom in Hamburg / der Gemeine Chriſti Schrifftmäßig vorgetragen. Hamburg gedruckt *A. 1675. in 4.* Evangelica Status Ratio, in Diplomate Meſſiano *Matth. 22, 21.* expoſita, *Summo Imperio, Myſterio, Officio, Principio, Peculio* innixa, & Machiavellianæ Status Rationi oppoſita. Das iſt: Geiſtlich Evangeliſcher Staatiſt, aus dem Himmels-Recht des Staats Herrn Meſſiæ, *Matth. 22, 21.* und deſſen Ober-Herrſchafft / Geheimnus / Pflicht / Urſprung / und Eigenthum Geiſt-mäßig abgeſehen / der falſchen Welt-Staatiſterey entgegen geſetzt / in einer einfältigen Bät-Stund-Erinnerung / am Montag nach dem 23. Sonntag Trinitatis, aus dem ordentlichen Evangelio.

Scripta.

 Matth.

Matth. 22, 21. und der daraus genommenen Geiſtl. fünff-wörtigen Staats-Regel: gebet GOtt was Gottes iſt/ ad Populum Hamburgenſem in Templo cathedrali habita, A. 1675. in 4. *Chriſtiana Status Ratio, ex Chronico Axiomate Paulino* Epheſ. 5. 15. *Pœnitentiâ maturâ, Prudentiâ purâ,* P*atientiâ durâ ſolenniter propoſita & ſimpliciter expoſita, nec non* P*ſeudo-Chriſtiana Status Rationi oppoſita*: Das iſt: Geiſt-Chriſtlicher Staatiſt / bey der Apoſtoliſchen Zeit-Betrachtung *S.* P*auli Eph.* 5, 15. In zeitlicher Buß-Reinigung/ heiliger Verſtands-Erleuchtung/ und Göttliches Willens durch Chriſtlicher Gedult Vereinigung/ Geiſtmäßig aufgeſetzt / einfältig fortgeſetzt/ und dem falſchen heuchleriſchen Maul-Chriſtenthum entgegen geſetzt. Hamburg/ gedruckt 1676. in 4. *Homagium Sacrum, palmarium Rationis Status Myſtica Axioma, h. e. Specimen Fidelitatis primum ac perpetuum,* P*racone* Eſaiâ cap. 60. *Magis Nunciis terreſtribus, Oratoribus Orientalibus, Apoſtolicis, Evangelicis, Oecumenicis, Authenticis, continua obligatione, pro omni* P*oſteritate, ad Cunas recens nati Regis Judæorum, JESV CHRISTI, Apparatu ingenti, Jure recenti ac perenni, Actu convenienti ac ſolenni exhibitum, repetitum, jureqve jurando præſtitum, h. e.* Geiſtlicher Huldigung Erſtes und Hoch-feyerliches Prob-Stück/ mit einer offentlichen Eydes Pflicht / welche die völlige Krafft hat folgender und ewiger Erb-Verbindung auf die gantze Nachkommenheit / in GOttes Wort und Befehl vollbereitet/ vollberechtiget/ vollbracht/ durch den Prophetiſchen Herolden Eſaia LX. verkündiget / protocollirt/ aufgezeichnet/ von den Weiſen aus Morgen-Lande/ als Gevollmächtigten Bottſchafftern/ bey den Kripplein JEſu/ des Königes aller Könige/ unſers natürlichen Erb-Herrn unterthänigſt abgeſtattet und geleiſtet / anjetzo aber nach Verlauffung 1676. Jahrs/ am H. drey König-Tage/ als an unſerm groſſen Neuen Jahrs- und Huldigungs-

Feſt

Feſt widerholet/verneuert/Geiſt-mäßig vorgeſtellet/und Schrifft-mäßig geprädiget im Dhom zu Hamburg. Gedruckt daſelbſt *A. 1676. in 4.* Bekäntnis des Glaubens *D.* Martin Luthers/ Erſtlich ausgangen im Jahr 1529. und nach dieſer Zeit zum öfftern aufs neu wieder aufgelegt in dieſer acht-blätterigen Form/ nebſt einem Beth-Büchlein/ mit dem Calender und Paſſional zum erſtenmal das Jahr vor ſeines Lebens-Ende/ corrigiret und gemehret von Ihm ſelbſt/ im Jahr 1545. und nun auf vielfältiges Verlangen, frommer CHriſten/ ohne einigen zuſatz/ heraus gegeben von einem freyen und treuen Glaubens-Bekenner der reinen Evangeliſchen Lehre und lautern ewigen Warheit. Mit einer einfältigen vorrede und kurtzer Zueignungs-Schrifft. Im Jahr 1692. In cujus libelli Dedicatione ſubſcriptio adornata eſt h. m. Der freye und treue Glaubens-Bekenner reiner Evangeliſcher Lehre und lauterer ewigen Warheit/ nahmens Daniel Kleſch/ der bekante/ verachtete/ bedrängte/ gekränckte/ verjagte/ geplagte/ und doch nicht verzagte Auswürfling/ Fremdling/ und Mit-Genoſſe am Reich und am Trübſal/ und an der Geduld JEſu CHriſti/ *Apocal.* 1, 9. Entwurff des Geheimniſſes von dem Thiere mit zwey Hörnern A. 1691. in 4. ...nſtat 2. Philyris, atqve paulò ante diſceſſum ex Heldrungâ urbe ...nc tractatulum, poſt Prodromum ejus Merſeburgi confiſca...1, conſcripſit, in qvo de proxime imminente totali Regni Gal...um interitu vaticinia ſua propoſuit; ex cujus præfatione pauca ...dam dialecto coagmentata Auſtriaco-Saxonicô-Svevicâ, decerheic lubet adducere, ut mens inde hominis deſipiens magis ...sqve pateſiat: Die über dem Belt bey den Scheeren ...ich gern heraus haben: Enck gilts und enckere Haut ...r an und über der Thana wohnt/ Ihr ehrlichen ...ren; Auch enck wirds treffen ihr Schwäbele. Ihr ...teberger faſcht eure Dege mit der Fauſcht. Es kömt

die

die Beſchtia mit ihren Landerly. Dat Untheer mit zwöen Hornen mackt loſe Hängel: Het parleert up gut Draciſch / verſtaht ju dat? *Triumphus Britannicus Brennonicus 1690. fol. ſunt* 3. plagulæ, in qvo prædicere auſus eſt, Magnæ Britanniæ Regem Wilhelmum III. incentore & inſtigatore Electore Brandeburgico, Galliæ regnum penitus everſurum. *Ænigma de lingva draconica, A. 1691. fol.* eſt unica philyra, in qva docet, per lingvas Latinam, Italicam,& Gallicam, nullam aliam, qvam lingvam intelligendam eſſe Draconicam. Et qvamvis videtur in hoc ſchediaſmate eum maximi facere Formulam Concordiæ, utpote *Apocal. cap. 2. 20.* cap. 17. 5, cap 14, 1, 2, 3, 4, 5, præfiguratam, mox tamen ſubdit, Chemnitii poſteros, ob freqventes hæreſium criminationes, multos ab ejusdem approbatione abſterruiſſe, eamqve non tam obicem, qvam apertam eſſe januam, nemini non, etiam heterodoxo, liberum permittentem introitum. *Schema VII. candelabrorum 1691.* eſt unica philyra in fol. regal. ubi ſe *Danielem tertium* eſſe inſolenter jactat, græcoqve nomine *κλεῖς* ſibi tributo, ſe clavem eſſe perhibet Apocalypſeos Johanneæ: qvin Miniſterium etiam Hamburgenſe Eccleſiaſticum, non veretur, propter qvasdam in eodem agitatas controverſias Theologicas, nomine falſæ, erroneæ, & Laodicenſis Communionis nomine inſignire. Offentliche *Proteſtation* von dem Thier mit 2. Hörnern / 1691. 4. ſunt 2. plagulæ, ubi iterum Regem Galliæ productum, ad Albis uſqve fluenta penetraturum, & poſtea ruinam paſſurum vaticinatur. Semet ipſum vero tertium, poſt exceſſum Lutheri Chemnitiiqve, eſſe Angelum tradit. *Ænigma de Lingva Draconica*, *1692.* fol. eadem in ſe continet, qvæ ſupra adductum: ſpeciatim tamen in eos qvoqve invehitur Theologos, qvi ſibi conſilium ſuggeſſiſſent, cogitata mentis ſuæ problematice & non apodictice ventilandi. *Programma Orationi Halæ de Apocalypticis Arcanis habendæ præfigendum, latino & germanico idiomate, 1691. fol.* eſt unica plagula. *Programma latinè & germanicè elaboratum, qvo ipſo Univerſitati*

Halæ

Halæ recens creatæ gratulatur, *eamqve* Halas Salinas Sali Hyalini in ſolo Salano *appellat*. *Gratulatio de homagio ob ſuſceptum Electoratum ab Electore Saxoniæ Frid. Auguſto præſtito*, *A. 1694.* ubi præter inventionum ſuarum oblationem, pro ſuſtentatione ſua gratiam opemqve Electoralem implorat, ſeqve nominat den Kräfftigſt-Haldenden/ Kriechenden durchs Kreutz mit De-muth-Kraut/ A. 1694. fol. ſunt 2. philyræ. Warnungs-Anrede an die Deutſchen/ in welcher der Autor abſonder-lich erweiſen will / daß Dan. 7, 8, 20, 21, 22. de duobus diſtinctis cornibus gehandelt werde / acriterqve in Theologos invehitur, A. 1695. fol. ſunt 2. plagulæ. *Præter hæc & alia ſua ſcripta, pollicitus eſt*, ſe editurum ſingularem Commentarium *de Vaticiniis Danielis Prophetæ*, itemqve *Prodromum defenſum*, nec non *Metadromum & Apodromum Apocalypticum*: poſtea qvoqve *Tractatum de Beſtia bicorni*, *& Eſoptroſcopiam Apocalypticam*, ut jam nihil dicam de rebus illius Apocalypticis, qvarum MStos codices 17. Alphabetis conſtare, & in ſcriniis diligenter aſſervatos ſe habere, dicitur ſæpius aſſeruiſſe. Taceo *Epiſtolas* partim ad D. Schulzium Conſulem Hamburgenſem exaratas, in qvibus Chriſti adventum ad extremum judicium A. 1700. certò futurum; Johannem III. Poloniarum Regem à Romano-Catholicâ ad Calvinianam fidem tranſiturum, ac Pontificem Rom. è ſolio ſuo deturbaturum, ſine omni judicio & modo prænunciavit: qvin illud etiam monſtri tandem in pectore ſuo aluit, ut aperte profeſſus fuerit, qvemlibet Eccleſiarum Lutheranarum Superintendentem, ſe ſupra ipſum Deum efferre, ac Antichriſtum eſſe, utpote qvod Antiphonæ illi Eccleſiaſticæ antiqviſſimæ præpoſitio, *Super*, verbo *intende* præmiſſa ſit; qvæ & plura hujus furfuris alia, tum in ſcriptis ſupra jam citatis, tum alibi commemorata licet reperire. *Sed qvis omnia opinionum talium portenta recenſeat?* Conſuleſis *Anonymi librum germanicum*, cui titulus eſt: Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen / Büchern / Urkunden / Controverſien, Veränderungen / Anmerckungen/ Vorſchlägen/

 und

und dergleichen ꝛc. Verfertiget von einigen Dienern des Göttl. Wortes. *A.* 1705. Leipzig/ in 8.

Judicia. Neqve vero exiſtimandum eſt, Kleſchium prorſus inglorium vixiſſe, nec ullum unqvam meruiſſe applauſum: Sanè cum mente adhuc ſanâ in corpore ſano, qvà juvenili, qvà virili floreret, atqve muneri ſcholaſtico non minus qvam Eccleſiaſtico fideliter ac utiliter præeſſet, exilium etiam ob Chriſti nomen injunctum fortiter & conſtanter pertuliſſet, egregia hinc inde *praconia*, *elogia & encomia* à Fautoribus, Confratribus & Amicis reportavit, qvæ pleno qvaſi thylaco videntur congeſta in unicam philyram, *carminibus repletam XII. gratulatoriis*, titulo præpoſito hocce: *Palma preſſa altius aſſurgens*, h. e. Vir maxime Reverendus, Nobiliſſimus, Ampliſſimus atqve Præclariſſimus *Dn. M. Daniel Kleſchius*, Hungarus, Pöet. Laur. Cæſ. qvondam Eccleſiarum Günz. & S. Georg. in Infer. Hungaria: dein Warall. & Olaſſienſis in Szepuſienſi Superioris Hungar. Comitatu Antiſtes, Inſpector, ut & Venerab. Conſiſtor. XXIV. Regalium Paſtorum Senior, Orator Ordinarius & Aſſeſſor primarius, de ſingulis præclare meritus, nunc pro nomine Chriſti Exul conſtantiſſimus, poſtqvam ſuperatis, inſolitâ fortitudine, ob religionis & cœleſtis veritatis Zelum, diri carceris periculis, variisqve in Germania peragratis provinciis, Exedras B. Lutheri in ampliſſimis urbibus exornans, Spicilegio myſtico, poſt Sementi item, Status ratione Apoſtolica, Evangelica, Chriſtiana, &c. Ejusqve Specimine palmario, Homagio ſacro, & pietatis, virtutisqve præmio, Laureâ in SS. Theologiâ primâ, in florentiſſima Lipſiaca Univerſitate cumulatus, magis magisqve inclareſceret, celebratus & decantatus à Sympatriotis, in diverſis Academiis degentibus Popularibus, Crucis & Exilii Conſortibus. *in 4to, eſt unica Philyra,* carminibus XII. conſtans gratulatoriis. Curriculum qvoqve Kleſchii encomiaſticum ingreſſus eſt *Andreas Daniel Habichorſtius*, Profeſſor in Academ. Roſtoch. celeberrimus, variis Anagrammatibus ex triga nominum, *Magiſter Daniel Kleſchius*, depromtis, qvæ Concioni Pœnitentiali Hamburgi ex chroni-

chronico Axiomate Paulino Epheſ. 5, 15. habitæ, cum titulo; *Chriſtiana Status Ratio*, circa finem ſunt appoſita. At vero ut paucis multa comprehendam: *Kleſchius in juventute fuit ſenex, in virili ætate Hercules, in ſenectute infans.*

Konecsnius Matthæus, *Hungarus*, Eccleſiarum Evangel. Bohemiæ, Moraviæ & majoris Poloniæ Superintendens, mortuus eſt A. 1622. d. 8. Febr. ætat. 52. Ejus eſt *Eccleſiaſtes domeſticus, ſive, Ratio cultûs divini cum familia celebrandi. Theatrum divinum, ſeu Contemplatio rerum à Deo creatarum. Liber, de officiis Chriſtianis, ex Scriptura Sacra confirmatus. Veritas triumphans, ſive Apologia contra Scriptum calumnioſum Sturmii iteratum, bohemicè.* Vid. Henning. Witte, Diar. Biograph. ad A. 1622. d. 8. Febr. *Scripta.*

Köveſdi Michael, *Comarinô-Hungarus*, Prorector qvondam Gymnaſii Sopronienſis, *edidit Grammaticam Hungarico-Latinam, qvæ typis excuſa eſt Leutſchoviæ 1690. 8.*

L.

Lapſánzki Johannes, *Hungarus*, Secretarius qvondam Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis, atqve Archi-Epiſcopi Strigonienſis, *Georgii Szelepcséni*, nec non Judicii Delegati A. 1675. adverſus Proteſtantium Eccleſiarum Verbi Divini Miniſtros, *Poſonii* inſtituti, *Notarius Publicus*, qviqve acta Judiciii à Fiſcali tum temporis Regio conſignata, & ad calamum ſibi dictata, diligenter excepit, Reſponſis inſuper in Jus vocatorum *Proteſtantium*, atqve Replicis Procuratorum ſive Advocatorum eorundem, munere nempe ſuo ita exigente, ſtudioſè annotavit. Falſò igitur traditum eſt, hunc *Lapſánſzkium* fuiſſe Jeſuitam Pſeudonymum, aſſumto ſub *Lapſánſzki* nomine latitantem. Prodiit hujus Viri operâ, Tra-

ſtatus, latino primùm, deinde verò germanico etiam idiomate, & qvidem tribus vicibus. Titulus illius germanicus A. 1683. luci publicæ expoſitus eſt iſte:

Scripta. Kurtzer und wahrhafter Gerichts-Auszug / womit unverholen und Sonnenklar erwieſen wird / daß die im Königreich Ungarn Un-Catholiſche Prædicanten / nicht in anſehen der Religion; ſondern der Rebellion und Aufruhr wegen / abgeſetzt und des Königreichs verwiſen: auch nicht weniger erſt erwehnte Prædicanten nicht insgeſambt / ſondern ein jeder inſonderheit gerichtlich hier in Sachen überwieſen / geurtheilet und rechtmäßig verurtheilet worden. So einem Hochlöbl. Delegirten Königl. Gericht zu Presburg zugeſchrieben / und durch eben hochgedachten Hochlöbl. Delegirten Gerichts-Secretarium / ſo Ambts wegen völligem Verlauff perſöhnlich beygewohnet / auch alles und jedes ſelbſt treulich in die Feder übernommen; verfaſſet worden. Erſtlich gedruckt zu Tyrnau in Ober-Hungarn Anno. 1675. im Monath Martii / hernach im Majo zu Dillingen nachgedruckt / jetzund aber bey dieſen lauffenden Zeiten / treulich und nützlich zum drittenmahl aufgelegt und gedruckt im Jahr 1683. in 4. Dieſem iſt anbey columnen-weis beygefüget und angedrucket noch ein anders Tractätlein / ſo aus nachfolgenden Titul zu erſehen:

Kurtze Nachricht / entgegen geſetzet dem lügenhaften Bericht / oder wie er genennet wird / dem kurtzen und warhaften Gerichts-Auszug / eines wohlgezogenen Pulli Jeſuitici, nahmens Johannes Lapſanſzki, Ertz-Biſchöflichen Secretarii / welcher A. 1673. und 74. dem Delegirten Königlichen-Gericht zu Presburg / Amptswegen beygewohnt / und was vorhero ſchon von denen Pfaffen abgeſchmidet geweſen / treulich in ſeine Feder übernom̃en / und nunmehro durch öffentlichen Druck publiciret und heraus gegeben: Ihme ſelbſt / als dem Verfaßer zu ſchlechten Ruhm / denen

ſo

ſo genanten Un-Catholiſchen Prædicanten aber / als welche nicht in Anſehung der im Königreich Ungarn entſtandenen Rebellion und Aufruhrs; ſondern wegen der Religion / welche denen Pfaffen und Jeſuiten ein dorn in den Augen geweſen / ihrer Aempter entſetzet / und aus dem Königreich verwieſen worden; zum theil barbariſcher Weiſe tractiret / in Eiſen und Banden gefänglich behalten / und endlich auf die Galeern verſchicket / zu gebührender Unſchults-Vertheidigung / weil ja dieſe offenbahre Lügen / nun zum drittenmahl gedrucket / und denen Einfältigen im Pabſtthum vorgeleget / und an ſtatt eines Wildprets gar theuer verkaufft worden / ohne zweifel zu dem Ende / die Evangeliſche Prediger aus Ungarn damit verhaſt / und die in andern Orten Lutheriſche Geiſtliche / ſambt ihren Gemeinden / verdächtig zu machen. Dieſesmahl kürtzlich / aber doch aufrichtig widerleget / daß man die gantze Sache und Urſach der daſelbſt entſtandenen Rebellion / ſehen und verſtehen könne / heraus gegeben von Jobſt Kreſtiánſzki / aus Freyberg. Gedruckt / nach dem Gerichts-Auszug / in ſelbigem 1683. Jahr in 4.

Aliàs certè egregiam laudem reportavit in *Anonymi* cujusdam Tractatu, cui titulus præfixus eſt iſte: Hungariſche Prædicanten Unſchuld / wider die dreißigfach unwahre Beſchuldigung / damit allem Anſehen nach / ein Jeſuiter / unter dem Nahmen *Johan Lapſánſzki*, des Delegirten Königl. Gerichts in Hungarn Secretarii / in einem Gerichts-Auszug / gantz ungegründet / falſch und verleimderiſch fürgibt / daß die im Königreich Hungarn Un-Catholiſche Prædicanten / nicht in Anſehung der Religion; ſondern der Rebellion wegen abgeſchaffet und des Königreichs verwiſen worden ꝛc. Gedruckt im Jahr Chriſti 1675. 4: qvo ipſo in Tractatu uti ſæpius elogio *eruditi Secretarii* ornatus deprehenditur, ita communi eti- *Elogia.* am fama excellentior literatura eidem ſemper fuit attributa.

Ladiver Elias, *Hungarus*, primò Bartphæ munere Rectoris Scholæ fungebatur, unde in Gymnaſium illud celebre Eperieſienſe ad Profeſſoris Logicæ munus obeundum vocatus, ibidem ad deſtructionem usqve illius Gymnaſii laudabiliter hoc functus eſt officio. In exilium Pontificiorum juſſu actus in Tranſylvaniam confugit, ubi Schesburgenſis Gymnaſii Rector, poſt fata celeberrimi Polyhiſtoris Hartmanni conſtitutus, magna cum nominis gloria & inſigni juventutis emolumento ſpartam ſuam exornavit. Eperieſini exiſtens, multas *Diſputationes* varii argumenti contra Adverſarios habitas publici juris fecit. Cum PP. qvoqve Soc. Jeſu *Eperieſini & Caſſoviæ* ſæpius coram eſt congreſſus, unà cum Collega *Iſaaco Zabanio*, antehac ab eo diſſentiente in doctrina Atomorum, qvam idem *Zabanius* contra ipſum defendit, *Vitteberga edita Apologia*, Hungaris atqve Tranſylvanis inſcripta. *Opuſcula* etiam Ladiver vulgavit varia, atqve typis in Hungaria imprimi curavit, qvorum tamen titulos memoriâ nunc meâ non teneo, præterqvam illius Libelli in forma 8. *Leutſchoviæ A. 1672.* literis *Samuelis Breveris* excuſi: *Verſus Memoriales & Differentiales diverſorum Autorum, ad Etymologiam & Proſodiam maximè ſpectantes, de Generibus Nominum, de Præteritis & Supinis Verborum, de Qvantitate Syllabarum, & de Diſcrimine vocum cognatarum.* Qvod ipſum in florentiſſimo qvondam Gymnaſio Eperieſienſi non ſolum, ſed & pluribus aliis in Hungariæ Scholis juventuti ſtudioſæ hodienum inculcatur, magnoqve in pretio habetur.

Laknerus Chriſtoph. J. U. D. Conſul qvondam Regiæ Liberæqve in *Inferiori Hungaria* Civitatis *Semproniensis* (qvæ ipſi natales dedit) ut & Sacræ Cæſ. Regiæqve Majeſtatis FERDINANDI II. Aulæ Familiaris & Conſiliarius graviſſimus, Deſcriptione *Coronæ Hungaricæ* aliisqve plurimis Scriptis celebris. Vir planè incomparabilis, qvi ſui ſimilem, eo qvo vixit ævo, habuit nullum; ſui diſſi-

diſſimiles reliqvit plurimos. *Patrem* habuit *Aurifabrum*, à qvo artem hanc in ætate juvenili ita exactè didicit, ut alios eidem arti addictos multis paraſangis poſt ſe reliqverit. Pocula, pateras, calices, annulos, pelvim & alia vaſcula argentea manu propria artificioſè elaborata, prædicto Auguſtiſſimo Imperatori Teſtamento legavit & reliqvit, hac fini, ut ſua Sacratiſſima Majeſtas Teſtamentarias à ſe factas Diſpoſitiones, *Legata in Evangelicorum Studioſorum ſtipendia & ſubſidia* confirmaret. Cui tam charus erat, ut nullo monitore præmiſſo (unangeſagter) qvotiescunqve Aulam Cæſ. viſeret, liberrime accedendi Imperatorem copia pateret & facultas, & qvicqvid Privilegiorum vellet, in Bonum egregium & incrementum Civitatis impetraret. Occaſio inſolitæ hujus Clementiæ hæc erat. Poſtqvam Licentiam Juris obtinuiſſet, commendatus illi fuit *Lib. Baro* qvidam *Carinthius*, qvem ex Collegio Principum Tubingenſi duxit per Italiam, ejusqve ſtudia & iter, ceu Moderator direxit. Accidit verò non ſine ſingulari divinæ Providentiæ nutu, ut eodem tempore Sereniſſimus Auſtriæ Archi-Dux FERDINANDVS, tum adhuc minorennis, (brevi poſt electus Rom. Imperator) incognitò qvod dicitur, peregrinaretur, qvem in idem Diverſorium forte fortuna delatum *Laknerus* noſter agnoverat, cautè tamen diſſimulavit, nec toto illo per univerſam Italiam, itinere, qvod veluti inito pacto junctoqve comitatu mutuò aggreſſi fuerant, ullo unqvam vel geſtu, vel alio indicio prodidit, ſiqvidem Archi-Dux à nemine voluit eſſe agnitus. Paulò poſt ad Thronum Cæſareum evectus FERDINANDUS II. Laknerum hunc noſtrum adeò æſtimavit, & inter ceteras ejus virtutes *Silentium* ſeu *Taciturnitatem* tantopore deprædicavit, ut inter Conſiliarios ſuos tales ſibi optarit *Lakneros Silentiarios & prudentes Cornelios Nepotes*. Intimæ ſemper apud eundem Imperatorem fuit admiſſionis, imò non mentiar, ſi dixero, familiaris confidentiæ, adeò ut nonnunqvam miſſis placentulis Sempronienſibus ac fundulis Auguſtum Imperii caput recrearet, omnibus aliis bellariis, imò Indicis precioſiſſimis donariis, chari-

charioribus. Cumqve feliciſſimè adminiſtrata per complures annos Republica, tandem *ἀτέκτων* i. e. ſine prole ac hærede è vivis decederet, Teſtamentum condidit, derelictas facultates plusqvam *centum millium* in pias cauſas cœtûs Evangelici, cum ratificatione ſolenni Regia diſtribuit, in qvibus pauperes ſtudioſos indole optimâ præditos ſtipendiis annuis ornandos, & in Academiis liberaliter ſuſtentandos, & pauperum civium filias certâ pecuniâ dotandas, & in nuptiis juvandas cenſuit. Et qvod non tacendum, Confœderationem Nobilium & Studioſorum in urbe Sempronio erexit, Magiſtrum Fœderis conſtituit & Curatorem vinearum, qvas huic Societati legavit, certisqve ligavit legibus, ad conjunctionem animorum, ſvavemqve converſationis candidæ harmoniam utrinqve conciliandam. *Verè hic Vir fuit ævi ſui ornamentum, Cæſaris delicium, Themidos Corculum, Pauperum & Innocentiæ Aſylum, Curiæ Oraculum, Hungariæ ocellus, Urbis decus!*

Elogia.

Celebratus eſt ab Hartlibio Tubingenſi Poet. Laur. Cæſ. multis encomiis & Epigrammatibus ex Nominis Anagrammate adornatis, qvæ olim legi, ex qvibus non niſi hoc unicum Diſtichon memoria mihi jam ſuppeditat:

Laknero *ſimilem non Secula priſca tulerunt,*
Vixqve ferent, credo, poſtera Secla parem.

Ex Danielis Kleſchii *Pentade Doctorum Juris in Hungaria, qvod Schediaſma, unicâ duntaxat conſtat philyrâ, Jenæ A.* 1688. *impreſſum in fol.*

Neqve parum laudis *Laknero* accedere videtur, qvod is ipſe propter egregiam tum in literis, tum in civilibus rebus partam ſcientiam prudenti experientiæ junctam, in numerum cooptatus fuerit Legatorum ex Conventu *Poſonienſi* Lincium ad Matthiam, Rom. Imperatorem & Regem Hungariæ, hujus nominis II. miſſorum, qvi (*teſte Petro de Réva in Centur. de Monarchia & S. Corona Regni Hung. f. 98.*) Regi ſuo, ceterisqve Principibus Regnorum & Provinciarum Legatis in Conventu Lincienſi congregatis, fideli relatione exponerent, qvæ circa Regnum Hungariæ hoc

tem-

tempore eſſent gravamini, mandato regio impoſterum vel mitiganda, vel penitus auferenda.

Opuſcula à Laknero noſtro conſcripta publiciqve Juris facta *Scripta.* ſunt ſeqventia: *Corona Hungariæ, emblematica Deſcriptio, Auguſtæ Vindel. A. 1616. 4. Qvæſtiones Iuſtinianeæ, Francof. Mœn. 1617. in 12. Galea Martis, ſeu Bona Militia pro publica ſalute. Tubingæ 1628. 8.* Emblematiſcher Tugend-Spigel. *Frankfurt. Mœn. 1618. in 8.* Edenburgiſches Rath Haus. in 4.

Langius Matthias, uſura lucis frui cœpit *Sempronii in Hungaria* A. 1582. Eccleſiaſtes Patriæ, ſtudiis academicis Wittebergæ in Saxonia abſolutis, in patriam reverſus, ob excellentes tum ingenii dotes, tum egregiam Theologicarum rerum peritiam, tùm Neſtoream eloqventiam, tùm eximiam accuratè diſputandi promtitudinem, & inſignem Adverſariorum ſtrophas ſolvendi dexteritatem, officio Eccleſiaſtico admotus, nihil prius ac antiqvius habuit, qvam Auditoribus ſuis & doctrinâ & exemplo prælucere.

Scriptum hujus Viri germanicum, qvod Lipſiæ adverſus P. *Scripta.* Soc. Jeſu prodiit, titulo adornatum eſt iſto: Zwölf Schluß-Reden / auf den Religions-Spiegel / darin der Wieneriſche *Jeſuit P. Jodocus. Keddius* zwölf Propoſitiones / oder Fragen allen Lutheriſchen Prædicanten gründlich und freundlich zu beantworten vorgehalten / einfältig / nach inſtändigem Begehren etlichen frommen Chriſten anfangs mit einem ausführlichen Bericht geſtelt / und etlichen ſchrifftlich mitgetheilet / nun aber kürtzlich zuſamm gezogen / und mit einer gründlichen Vertheidigung wider alle Lugen-Mäuler zum Druck befördert / durch Matth. Lang, unwürdigen Predigern des H. Worts Gottes zu Oedenburg in Nieder-Hungarn. *Pſalm 64.* Höre GOtt meine Stimme und mein Klagen &c. usqve ad verba: die Gerechten werden ſich des Herrn freuen und auf Ihn trauen / und alle fromme Hertzen

Digitized by Google

werden ſich des rühmen/ Amen. Leipzig/ gedruckt und zu finden bey Johan. Wittigau. A. 1652. in 4. Apologia Veritatis, daß die zwölf Schlus-Reden, Matth. Langii noch feſte ſtehen/ wider den Prägiſchen Appendicem oder Anhang/ des Jeſuiten *P. Jodoci Keddii*, auch wider alle deſſelben Büchlein/ Tafeln/ Schriften/ und Spotreden / darinnen Er obgemeldete Schlus-Reden heßlich angezannet / und noch keinmahl gebißen/ vielweniger nieder gerißen hat. Erſtlich ſeinen beſtelten Waffenträgern zu Oedenburg / jetzt aber männiglich/ aus Liebe der Wahrheit/ hell und klar gezeiget durch Matth. Lang/ unwürdigen Lutheriſchen Prediger zu Oedenburg in Nider-Ungarn Pſal. 94. Recht mus doch Recht bleiben/ und dann werden alle fromme Hertzen zufallen. Ibid. apud Eund. 1654. in 4. Mitleiden zuhaben mit J. S. Terentiano / wegen ſeines (zu Straubing in Bäyern/ cum licentia Superiorum gedruckten) Langii Trilingvis, oder dreyſpitzigen Schlangen-Zung ꝛc. aus Urſachen/ die männiglichen zu erkennen dargeſtellet Matthias Lang/ unwürdiger Prediger des Heil. Worts GOttes zu Oedenburg in Nieder-Hungarn. Eccleſiæ Lutheranæ Litania: Unſern Feinden Verfolgern und Läſterern vergeben und Sie bekehren! Erhöre Uns lieber HErr GOtt. Leipzig / gedruckt bey Johan Wittigau. 1756. 4. Primum Certamen Jeſviticum, & qvidem P. *Jacobi Thomani* Sempronienſis Concionatoris, adverſus *Matth. Langium*, prognatum, occaſione Concionis feſtivalis Langianæ *de Gloria in Excelſis DEO*.

Liſnyai Paulus, *Hungarus*, Profeſſor quondam in Gymnaſio Caſſovienſi, circa A. 1665. celebris. Edidiſſe fertur hiſtoricum qvoddam Opuſculum de *Hungaris*, idiomate hungarico, pluresqve alios ingenii ſui fœcundiſſimi fœtus.

Lip-

Lippai Johannes, natione *Hungarus*, patriâ Poſonienſis, natus anno ſalutis 1606. Societatem Jeſu iniit 1624. & in numerum Profeſſorum ad 4. vota adſtrictorum adſcitus eſt. Docuit humaniores & literas lingvam Sacram annis pluribus, *Græcii* & *Viennæ*. Rexit Collegia *Jaurini*, *Ungvarini*, Trencſinii, & Seminaria Hungarica Viennæ & Tyrnaviæ. Poſtulatu Illuſtriſſimi Archi-Epiſcopi, Fratris ſui, complures annos exegit in ipſius Aula, ſed ita religioſè, ut nihil ei pulveris Aulici adhæſerit, nihil omnino ſuperflui admiſerit. Chriſtianam pietatem ita fovit adhortationibus, ut invitaret exemplis. Statas enim qvotidie plures horas Divinis operis accuratè impendebat, in Aulicicis turbis nunqvam turbatus. Ita ſe applicabat alienis bonis, ut nunqvam deeſſet ſuis. Variis per vices morbis exercitus, id didicit, ut demum omnes ſimul, ſine qverela, & æqvo animo toleraret. Facto enim velut agmine, hoſtes irruerunt in eum *Hydrops*, *Tympanites*, *Calculus*, *Podagra*, *Cordis palpitatio*, qvos omnes, cum ſolatio ex Divina voluntate in ſe impleta, ſuſtinuit. Demum gratiis actis Deo pro beneficio Vocationis, Superioribus pro paterna cura, adſtantibus pro ultima caritate, & poſtulatâ erratorum veniâ, plenus ſpei & amoris in Deum, animam reddidit Creatori, Trencſinii die 2. Junii A. 1662. In lucem emiſit, hungarico idiomate: *Calendarium Oeconomicum*, *Poſonii 1662. in 4.* *De Inſitionibus & Seminatione*, *Ibid. 1663. De fructibus diverſiſſimis producendis. Ibid. 1666.* Vide Philippi Alegambii Biblioth. Script. Soc. Jeſu, auctam à Nathan. Sotvello fol. 469. *Scripta.*

NB. Ex illuſtriſſima hac Hungariæ *Comitum* de Lippai *Proſapia, originem ſuam duxiſſe fertur Vir ingenio præſtanti atqve eruditione inſigni præditus* Procopius Bonanus, *qvi ab Archi-Epiſcopo Strigonienſi* Georgio Lippai, mortuo Poſonii A. 1666. die 3. Januarii, *in remotiores & intimiores* Hungariæ *partes ablegatus eſt, ad inveſtigandas & perſcrutandas Regni illius fertiliſſimi pariter ac fæcundiſſimi occultas naturæ dotes, atqve abſconditas montium fluminumqve divitias; inopinata verò Mors impedimento fuit, qvò minus magno ſtudio ab ipſo collecta circa hoc argu-*

mentum Obſervationes qvamplurimæ lucem adſpicere publicam potuerint.

Lochnerus Joh. Andreas, in *Hungaria* hanc in lucem *Sempronii* editus, Tubingenſi in Univerſitate florentiſſima Studio Juris incumbens tantos fecit progreſſus, ut exantlatorum laborum præmium, mitram reportarit Doctoralem. Inter plura eruditionis ſuæ edita ſpecimina maximo in pretio habetur ejusdem *Jus Publicum Hungariæ*, in forma Diſputationis breviter adumbratum, *Scriptum* cujus titulus h. m. eſt conceptus: *Facies Juris Publici Hungariæ, Præſide Johanne Gravio J. U. D. ejusdemqve Prof. Publ. & t. t. Facultatis ſuæ Decano, publico eruditorum examini ſubmiſſa à Joh. Andrea Lochnero, Sempronio Hungaro. Tubingæ, typis Joh. Henr. Reiſii. A. 1666. in 4.* conſtat 5. *philyris.* Autor in hac eleganti Diſputatione X. pertractat capita, qvorum *Caput I. agit de Etymo & Synonymia Vocis Hungarorum. II. de Regno Hungariæ. III. de Rege, inſignibus Regni, Electione & Coronatione. IV. de Palatino & Comitibus ſeu Statibus Regni. V. de Clericis. VI. de Comitibus, Civitatibus & Nobilibus. VII. de Comitiis. IIX. de Religione. IX. de Militia & fortitudine Hungarorum. X. de Legibus ſive Jure Hungariæ.* Eqvidem uti laude ſua defraudandus haut eſt egregius iſte conatus, qvem in *Juris Publici Hungarici* adumbratione Orbi erudito Autor erudītiſſimus exhibuit, utpote primus, qvantum mihi conſtat, in hoc tramite decurrens; ita vota plerorumqve magis adhuc implerentur, ſi Vir aliqvis reconditioris doctrinæ & præſtantiori alicui publico muneri præfectus, multaqve rerum Hung. gerendarum experientiâ edoctus, operi tali denuò manum admoveret, atqve plenius aliqvod perfectiusqve Syſtema *Juris Publici Hungariæ*, ſecundùm Statum ſeu formam regiminis præſentem componeret, Civibus non tantum & Regnicolis *Hungariæ*, ſed Exteris etiam valde profuturum.

M.

Digitized by Google

M.

Macrus Joh. Gregorius, *Szepſienſis Hungarus*, Poeta eximius, edidit libellum, *de Vera gloria, carmine heroico conditum*, in promotione Baccalaureorum publicè ab ipſo authore in illuſtriſſima Academia Cracovienſi A. 1562. recitatum. Cracoviæ impreſſit Lazarus *Andreæ.* Vid. *Simler. in Epit. Biblioth. C.Geſneri, f.* 376. *Scriptum*

Magnus Georgius Fridericus, *Poſonii*, inferioris Hungariæ metropoli, vitalem ſpiritum hauſit, inde poſt emenſum in Gymnaſio florentiſſimo ſtudiorum humaniorum tramitem, & Orationem, qva Præceptoribus ſuis valedixit, habitam, in Germaniam contendit, atqve *Vittebergam* Saxoniæ Academiam famigeratiſſimam ſe recepit, ubi per plures annos præter ſtudia Philoſophica ac Philologica, *Theologica* potiſſimum ſibi curæ habuit. Qvam maximè verò opera ipſius in *Poeſi* atqve *Eloqventia* eluxit, qvo ipſo etiam conſecutus eſt, ut Vittebergâ *Auguſtam Vindel.* evocatus, *Rectoratûs* æqve ac *Bibliothecæ Præfecturæ* officio admotus fuerit, atqve ſpartam utramqve inſigni cum Juventutis fructu plures per annos exornarit. Ingruente verò ante paucos annos tum ætatis tum valetudinis gravioris moleſtia, rude à Magiſtratu donatus, nunc privatas ſuas operas Deo atqve Proximo in precibus ac patientia addicit. Ex Diſputationibus ejus qvam plurimis aliisqve ſine dubio opuſculis in publicum emiſſis, præter duas haſce Diſpp. haut alia oculos meos Scripta ſubierunt, nempe: *Diatriba Philologica de Lucis Gentilium, habita Vitteberga, Reſpond. Joh. Chriſtoph.* Heiner/ Sagano-Sileſio A. 1674. in 4. Item *de Antiqvis S. Scripturæ Verſionibus Germanicis, in qva Continuatio prioris Diſqviſitionis eſt inſtituta.* Auguſtæ Vindel. *Reſpond. Andrea Degmaiero.* 1698. 4. *Scripta.*

Marcellinus, V. C. Comes Illyricianus, ex *Dalmatia* propriè ſic dicto regno oriundus, Juſtini Imp. adhuc Patricii,

Scripta. Cancellarius, claruit A. C. 534. qvo *Chronicon* ſuum, *Rerum Orientalium in Eccleſia geſtarum Hiſtoriam complectens*, finivit, exorſus illud ab anno 379. (*qvo deſiit Hieronymus*) & ad qvartum usqve Juſtiniani Imp. Conſulatum deducens. Qvæ enim deinceps ſeqvuntur ad finem usqve Juſtiniani, ut rectè notat *Sirmondus*, ab alia manu profecta ſunt; adeoqve in editione *Schonhoviana* omnium prima deſiderantur, qvamvis poſtea à *Panvinio* primùm, deinde ab aliis, nullo habito diſcrimine, pro Marcellianis edita. Præter *Antonii Schonhovii* editionem, prodiit Chronicon iſtud *Pariſiis 1546. 8. & 1575. Heidelbergæ. 1588.* & ad calcem Chronici Euſebiani *Lugduni Bat. 1606. ac Amſtelodami 1658.* deniqve *Jacobus Sirmondus* ex vetuſtiſſimo codice Tiliano tum ipſum Chronicon multò emendatius, tumScriptoris antiqvi *Appendicem* longè auctiorem dedit Pariſiis. 1619. in 8. exinde relatum in *Biblioth. Patr. Tom. IX. p. 517.* Scripſitpræterea Marcellinus, teſte *Caſſiodoro Divin. Lect. c. 17. 25. Libros IV. de Temporum qvalitatibus & Poſitionibus locorum, ac totidem alios de Urbibus CPoli & Hieroſolymis.* Utrumqve Opus jam diu interiit. *Vide Gvil. Cavei Hiſtor. Literar. Scriptorum Eccleſ. P. I. fol. 287.*

Martinus, ex Abbate Dumienſi *Bracarenſis* in Hiſpania Epiſcopus, gente *Pannonius*, juvenis adhuc ad viſitanda loca ſancta *Hieroſolymam* petiit. Inde ſolvens Gallæciam Hiſpaniæ citerioris provinciam appulit: ubi, plurimis è Svevorum gente ad Catholicam fidem converſis, varia condidit Monaſteria, & ipſe Dumienſi à ſe fundato præfuit, usqve ad A. C. circiter 560. qvo in Eccleſiæ *Braccarenſis* Epiſcopatum evectus eſt. A. C. 563. Concilio *Bracarenſi II.* interfuit: anno 572. *Bracarenſi* III. præſedit. Obiit juxta *Baronium* A. C. 583. Cum verò ex *Gregorio Turonenſi Hiſt. Lib. V. c. 37.* conſtet, eum ſedem 30. plus minus annis tenuiſſe, neceſſe eſt, ut aut citius Epiſcopus factus fuerit, aut vitam ulterius produxerit. A. C. autem 589. *Pantardus* ſucceſſor ejus Concilio *Toletano* III. ſubſcripſit, adeò ut aut Gregorius annorum nume-

rum

rum rotundè & laxo ſenſu ſupputaſſe cenſendus ſit, aut Epiſcopatus Martini paulò ante annum 560. reponendus. Vir erat ſane perqvam eruditus, qviqve adeò ſe literis imbuerat, teſte *Gregorio Turonenſi* ejus *συγχρόνῳ*, ut nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur. *Laudes ejus Venantio Fortunato Lib. V. utramqve faciunt paginam.*

Opera hujus Martini ſunt: *Collectio Canonum præcipuè ex Græcarum, partim etiam Occidentalium Synodorum Canonibus contexta; in duas diſtributa partes.* Prima de Perſonis & rebus Eccleſiaſticis agit; Secunda de iis, qvæ Laicos ſpectant. *Integrum Opus Canones 85. comprehendit.* In hac Collectione notatu non indignum eſt, Canones Apoſtolicos à *Martino* non citari. *Prodiit iſta Collectio in omni Conciliorum editione, in nupera verò Tomo V. f. 503. & in Bibliotheca Juris Canonici Juſtelliana Pariſ. 1662. Tomo I. in Append. f. 7.* *Sententiæ Patrum Ægyptiorum, qvas à Græco qvodam homine collectas Latinas fecit* Martinus *noſter,* habentur Lat. apud. Rosvveydum de Vitis Patrum, Antverpiæ. 1628. *Formula honeſtæ vitæ,* ſeu ut habet Iſidorus Hiſpalenſis, de Script. cap. 22. *de Differentiis qvatuor virtutum* Liber, *ad Mironem Svevorum Regem,* Senecæ falſò tributus. *Extat in Bibliotheca Patrum Tomo X. f. 382. ut alias editiones jam mittam. Præfationem ad Mironem edidit Dacherius Spicileg. Tom. X.* Liber *de Ira* ad Vittimirum Epiſcopum: *Liber de Paſchate: Epiſtola* ad Bonifacium Epiſcopum *de trina merſione*: *Epiſtola adverſus ſuperſtitiones.* Hæc omnia ex Codice MS. Eccleſiæ Toletanæ deſcripſit, ſeqve in collectione ſua Conciliorum editurum promiſit *Card. d' Agvirre*, teſte ipſomet *Notit. Conc. Hiſp. p. 92.* Vid. *Gvil. Cavei Hiſt.* Literaria *Script. Eccleſ. P. I. f. 296. & P. II. f. 111.* Confer. *Iſidori Hiſpalenſis Catalogus Script. Eccleſ. c. 22.* ejusdemqve *Liber. de Viris Illuſtr. c. 25.* Labbe *de Script. Eccleſ. Tom. I. f. 60. Joſuæ Arndii* Lexicon *Antiqq. p. 1036. &c.* Scripta.

S. MAR-

S. MARTINUS
EPISCOPUS TURONENSIS,

S*Abaria urbe Pannoniæ*, Incolis hodie *Sárvár* dicta, in Comitatu *Szaladienſi* ſitâ, oriundus fuit, ſed intra Italiam, *Ticini* altus eſt, Parentibus ſecundùm ſeculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen. Pater ejus miles primùm, poſt Tribunus militum fuit. Ipſe armatam militiam *in adoleſcentia* ſecutus, inter ſcholares alas ſub Rege Conſtantino, deinde, ſub Juliano Cæſare, militavit; non tamen ſponte; qvia à primis fere annis divina potius ſervitute, ſacra illuſtris pueri ſpiravit infantia. Nam *cùm eſſet annorum decem*, invitis parentibus ad Eccleſiam confugit, ſeqve Catechumenum fieri poſtulavit. Mox mirum in modum totus in Dei opere converſus, *cum eſſet annorum duodecim*, Eremum concupivit, feciſſetqve votis ſatis, ſi ætatis infirmitas non obſtitiſſet, animus tamen aut circa monaſteria, aut circa Eccleſiam ſemper intentus, meditabatur adhuc in ætate puerili, qvod poſtea devotus implevit. Sed cum edictum eſſet à Regibus, ut veteranorum filii ad militiam ſcriberentur, prodente Patre, qvi felicibus ejus actibus invidebat, *cum eſſet annorum qvindecim*, raptus & catenatus, ſacramentis militaribus implicatus eſt, uno tantum ſervo comite contentus, cui tamen verſa vice dominus ſerviebat, adeo ut plerumqve ei & calceamenta detraheret, & ipſe detergeret, cibum unà caperent, hic tamen ſæpius miniſtraret. *Triennium fere ante Baptiſma in armis fuit*, integer tamen ab iis vitiis, qvibus illud hominum genus implicari ſolet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas, patientia vero atqve humilitas ultra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudare non eſt neceſſe, qva ita uſus eſt, ut jam illo tempore non miles, ſed monachus putaretur. Qvibus rebus ita ſibi omnes commilitones ſuos devin-

devinxerat, ut eum miro affectu venerarentur. *Necdum tamen regeneratus in Chriſto*, agebat qvendam bonis operibus baptismatis candidatum: aſſiſtere ſcil. laborantibus, opem ferre miſeris, alere egentes, veſtire nudos, nihil ſibi ex militiæ ſtipendiis, præter qvotidianum victum, reſervans: jam tum Evangelii non ſurdus auditor, de craſtino non cogitabat. Qvodam itaqve tempore, cum jam nihil præter arma & ſimplicem militiæ veſtem haberet, media hieme, qvæ ſolito aſperior inhorruerat, adeo ut plerosqve vis algoris extingveret, obvium habet in porta Ambianenſium civitatis pauperem nudum, qvi cum prætereuntes, ut ſui misererentur, oraret, omnesqve miſerum præterirent, intellexit vir Deo plenus, ſibi illum, aliis miſericordiam non præſtantibus, reſervari; qvid tamen ageret, nihil præter chlamydem, qva indutus erat, habebat, jam enim reliqva in opus ſimile conſumſerat; arrepto itaqve ferro, qvo accinctus erat, mediam dividit, partemqve ejus pauperi tribuit, reliqva rurſus induitur: Interea de circumſtantibus ridere nonnulli, qvia deformis eſſet, & truncatus habitu videretur; multi tamen, qvibus erat mens ſanior, altius gemere, qvod nihil ſimile feciſſent, cum utiqve plus habentes, veſtire pauperem, ſine ſua nuditate, potuiſſent. *Nocte igitur inſecuta*, cum ſe ſopori dediſſet, *vidit Chriſtum chlamydis ſuæ, qva pauperem texerat, parte veſtitum:* Intueri diligentiſſime Dominum, veſtemqve qvam dederat, jubetur agnoſcere; mox ad Angelorum circumſtantium multitudinem audit Jeſum clara voce dicentem; Martinus adhuc catechumenus hac me veſte contexit. Qvo viſo, Vir beatus non in gloriam eſt elatus humanam, ſed bonitatem Dei in ſuo opere cognoſcens, *cum eſſet annorum duo de viginti, ad baptismum convolavit;* nec tamen ſtatim militiæ renuntiavit, Tribuni ſui precibus evictus, cui contubernium familiare præſtabat, etenim, tranſacto Tribunatus ſui tempore, renunciaturum ſe ſeculo pollicebatur, qva Martinus expectatione ſuſpenſus, per biennium fere, poſteaqvam eſt baptizma conſecutus, ſolo licet nomine, militavit. Exinde relicta

vim veneni in ſe graſſantis, vicina jam morte, ſenſiſſet, imminens periculum oratione repulit. Cùm autem Romam profectus, S. Hilarium non amplius in urbe, ſed in via Mediolanum verſus offenidſſet, haud longe ab oppido qvodam monaſterium ſibi collocavit, qvo tempore ſe ei *qvidam catechumenus* junxit, cupiens ſanctiſſimi viri inſtitui diſciplinis, paucisqve interpoſitis diebus langvore correptus, vi febrium laborabat, ita qvidem, ut absqve baptismate moreretur, Martinus tum abſens forte reverſus, & examine corpus flens intuens, obſeratis cellulæ foribus, ſuper exanimata defuncti fratris membra proſtratus, & orationi aliqvamdiu incumbens, Catechumenum virtute Domini cœleſtis in vitam revocavit, redditusqve ita vitæ, ſtatim baptisma conſecutus, plures poſtea vixit annos. *Nec multo poſt*, dum agrum *Lupicini*, cujusdam honorati ſecundum ſeculum viri præteriret, cognovit, unum è familia ipſius ſervulum laqveo ſibi vitam extorſiſſe, cellulam igitur, in qva corpus jacebat, ingreſſus, eiqve ſuperſtratus, aliqvantiſper oravit, mox viviſcente vultu, defunctus apprehenſa Martini dextera, in pedes conſtitit, atqve ſic vitam recepit. Sub idem fere tempus ad *Epiſcopatum Turonenſem* petitus, tum ipſe in monaſterio ſuo manere deſiderans, tum adverſantes aliqvi Epiſcopi, præcipue Defenſor nomine repugnabant, dicentes ſcil. Martinum contemtibilem eſſe perſonam, indignum eſſe Epiſcopatu hominem vultu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deformem, ſed à Lectore Pſalterio circa tempus lectionis fortuito arrepto, in Pſalmi verſiculum incidit; Ex ore infantium & lactentium, &c. ut deſtruas inimicum & defenſorem, qvo à populo audito, clamoreqve excitato, *Epiſcopus tandem Turonenſis creatus* eſt A. C. 375. Epiſcopatu autem ſumto, idem perſeverabat, qvi prius fuerat, eadem in corde ejus humilitas, eadem in veſtitu vilitas erat, neqve propoſitum monachi virtutemqve deſeruit, ſed duobus fere extra civitatem millibus Monaſterium ſibi ſtatuit, in qvo diſcipuli octoginta erant, qvi ad exemplum ipſius inſtituebantur. Erat proximus monaſterio locus, qvem falſa hominum

 opinio

Digitized by Google

opinio, velut conſepultis ibi martyribus, ſacraverat, atqve altari à ſuperioribus Epiſcopis conſtituto, coluerat, Martinus in Martyris nomen inqvirendo, ſuper ſepulcrum adſtans, oravit ad Dominum, ut qvis & cujus meriti heic ſepultus eſſet, oſtenderet, tum prope aſſiſtentem videns umbram ſordidam, imperat, nomen meritumqve ut loqveretur, nomine igitur edicto, latronem ſe fuiſſe ob ſcelera ſupplicio affectum, neqve qvicqvam cum martyribus habere commune: mox Martinus ex eo loco Altare juſſit ſubmoveri, atqve ita populum à ſuperſtitionis abſolvit errore. *Accidit inſeqventi tempore*, dum iter ageret idem Martinus, ut gentilis cujusdam corpus, qvod ad ſepulchrum cum ſuperſtitioſo funere deferebatur, obvium haberet, elevato ergo in adverſo ſigno crucis, imperavit eminus conſpectæ turbæ, non moveri loco, onusqve deponere, cum autem comperiſſet, exſeqviarum eſſe illam freqventiam, non ſacrorum gentilium, elevatâ rurſum manu, dedit eis abeundi & tollendi corporis poteſtatem: ita eos, & cum voluit, ſtaré compulit, & cùm libuit, abire permiſit. Paulo poſt in *fanorum gentilium direptione* occupatus, forte in arborem pinum fano cuidam proximam incidit, qvam cùm à ſuperſtitioſo vulgi cultu remoturus, exſcindere aggreſſus eſſet, turba primum obnitente, deinde vero ſub conditione ſuccidi permittente, ut nempe eo loco vinctus ſtatueretur Martinus, qvo arborem eſſe caſuram nemo dubitabat, ſed is arbori cadenti, elevata obviam manu, ſignum ſalutis oppoſuit, tum vero turbinis modo, diverſam in partem ruit, adeo ut ruſticos, qvi tuto loco ſteterant, pene proſtraverit, qvo ſpectaculo tota gentilium multitudo permota, in Jeſum crucifixum credere cœpit, ipſeqve Martinus deinceps ubi fana deſtruxerat, ſtatim ibi, aut Eccleſias, aut Monaſteria conſtruebat. *Cum autem in* vico qvodam fano alicui ignem immiſiſſet, flammarum globos, vento agente, in proximum domum delatos virtute ſua compeſcuit, *qvin etiam in alterius vici* fano diruendo, duo angeli haſtati atqve ſcutati ſe illi ipſi obtulerunt, dicentes, miſſos ſe à Domino, ut ruſticam multitudinem fugarent, præſidium ferrent, ne qvis, dum

dum fanum dirueretur, obſiſteret. *In pago qvoqve Æduorum* dum templo evertendo intentus, à ruſtico qvodam ſtricto gladio petitus eſſet, ſtatim rejecto pallio nudam cervicem percuſſori præbuit, qvi in ictu dextrâ altius elatâ reſupinus ruens, divinoqve metu conſternatus, veniam precabatur. Neqve multum huic diſſimile fuit illud, cùm eum idola deſtruentem cultro qvidam ferire voluiſſet, in ipſo ictu ferrum ei de manibus excuſſum, non comparuit. ***Curationum*** vero ***tam potens in eo gratia erat***, ut nullus fere ad eum ægrotus acceſſerit, qvi non continuo receperit ſanitatem: Sic *Treveris* Puella qvædam à paralyſis ægritudine, qva diu tenebatur, à Martino in ſolum proſtrato orante, & oleum benedictum in os ejus infundente, liberata, & priſtinæ ſanitati reſtituta eſt: Sic ab eodem *Tetradii* cujusdam proconſularis viri ſervus dæmonio, qvo correptus fuerat, ejecto Chriſtianus unà cum Hero ſuo factus & baptizatus eſt: Sic rurſus ab eo ipſo ex alio qvopiam alterius familiæ ſervo diabolus ejectus, cùm fugere de obſeſſo corpore, pœnis & cruciatibus cogeretur, nec tamen exire ei per os liceret, fœda relinqvens veſtigia, fluxu ventris egeſtus eſt. Interea ſedecim dæmonibus rumorem de hoſtium irruptione ſpargentibus, dæmoniaco cuidam imperavit, ut, an verus eſſet hic rumor, fateretur, qvi, poſtqvam falſum eum eſſe, confiteretur, metu omni populus liberatus eſt. *Apud Pariſios* vero, dum portam civitatis illius Martinus introiret, leproſum forte ſibi miſerabili facie occurrentem, ſolo oſculo ſanavit & mundavit. *Sed nec hoc prætereundum*, qvod fimbriæ veſtimenti Martini, ciliciiqve detractæ, crebras ſuper infirmantibus egerint virtutes: nam aut digitis illigatæ, aut collo inditæ, perſæpe ab ægrotantibus morbos effugaverunt. Aliqvando *Epiſtola* Martini *ad Arborium*, virum præfectorium, caſu delata, & filiæ ipſius in ipſo acceſſu ardoris febris qvartanæ pectori inſerta, febrim fugavit. Præterea peniculi contactu *Oculum Paullini* male ſe habentem ſanavit: Ipſe autem Martinus caſu per ſcalæ gradus decidens, cùm multis vulneribus affectus, tanqvam exanimis in cellula jaceret, nocte ei

Angelus viſus eſt eluere vulnera, & ſalubri ungvine contuſi corporis membra contingere, atqve ita poſtero die reſtitutus eſt ſanitati, ut nihil unqvam pertuliſſe incommodi putaretur. *Erga Maximum Imperatorem ita ſe geſſit Martinus*, ut ſine ulla etiam adulatione, qvæ tum in aula ejus vigebat, Apoſtolica ſemper gauderet autoritate. Angelorum conſortio ſæpe eſt uſus, ita ut conſerto invicem apud eum ſermone loqverentur. Qvodam tempore diabolus in cellulam Martini, cornu bovis cruentum in manu tenens, irrupit, unum, inqviens, de tuis fratribus interfeci, neminem autem de monachis deeſſe intelligens Martinus, ruſticum vehiculo ligna ad monaſterium deferentem, ob cornu bovis in ingvina ipſius adactum, exanimem invenit, cui vitam deinceps reddidit. Aliàs vero *diabolus variis ſub formis* Martino apparuit, adverſus qvem tamen is ſigno ſe crucis & orationis auxilio ſemper protegebat: diſputatione etiam cum illo de pœnitentia & converſione peccatorum habita, triumphum, ad Chriſti miſericordiam provocans, reportavit. Ejusdem inſuper Martini virtute plures præſtigiæ diabolicæ ſæpe ſunt diſcuſſæ, ſpeciatim *Anatolii* juvenis cujusdam monachi præſtigioſa veſtis candida, tanqvam à Deo fuiſſet donata, in deductione ejus ad Martinum, inter trahentium Anatolium manus, illius ipſius virtute, evanuit. *Neqve prætereundum eſt*, qvod aliqvando diabolus veſte regia indutus ac diademate ex gemmis auroqve redimitus, Martino in cellula oranti adſtiterit; Agnoſce, inqviens, *Martine*, qvem cernis; *Chriſtus ego ſum*, deſcenſurus ad terram, prius me manifeſtare tibi volui: ad qvæ Martinus regeſſit; ego Chriſtum, niſi in eo habitu formâqve, qva paſſus eſt, veniſſe non credam, ad qvam ille vocem ſtatim ut fumus diſpaluit, & cellulam tanto fœtore complevit, ut indubia indicia relinqveret, eum fuiſſe diabolum. Deniqve ad *Sulpitii Severi cum Martino iſto converſationem* qvod attinet, ipſe Sulpitius faſſus eſt, extrema humilitate, ſummaqve benignitate, ſe cum comitibus qvibusdam ex itinere venientem a Martino fuiſſe exceptum, ita qvidem, ut & manibus abluendis ipſe aqvam obtule-

obtulerit, & pedes ſingulorum ipſe abluerit, ſermonemqve non alium cum iis miſcuerit, qvam ut relictis mundi illecebris, atqve ſeculi oneribus, Chriſtum ſeqverentur, & Paullinum imitarentur. Ceterum juvat verbis ab ipſo Sulpitio in Vitæ Martinianæ deſcriptione adhibitis colophonem toti huic narrationi imponere: Nimirum in verbis & confabulatione Martini qvanta gravitas, qvanta dignitas erat! qvam alacer, qvam efficax, & qvam in exſolvendis ſcripturam qvæſtionibus promtus & facilis? Jeſum teſtor, me ex nullius unqvam ore tantum ſcientiæ, tantum ingenii, tam boni, & tam puri ſermonis audiſſe. Etſi autem facta Martini explicari verbis utcunqve potuerunt, interiorem tamen vitam illius, & qvotidianam converſationem, & animum cœlo ſemper intentum nulla unqvam explicabit oratio, illam ſcilicet perſeverantiam, & temperamentum in abſtinentia & jejuniis, potentiam in vigiliis & orationibus, noctésqve ab eo perinde ac dies actas, nullumqve vacuum ab opere Dei tempus, qvo vel otio indulſerit, vel negotio; ſed nec cibo aut ſomno qvidem, niſi in qvantum naturæ neceſſitas cogebat. Tantam qvoqve adverſum omnes injurias patientiam adſumſerat, ut, licet eſſet ſummus ſacerdos, impune tamen ab infimis clericis læderetur, nec propter id, eos aut loco unqvam amoverit, aut à ſua caritate repulerit. Nemo unqvam illum vidit iratum, nemo commotum, nemo moerentem, nemo ridentem: unus idemqve ſemper, cœleſtem qvodammodo lætitiam vultu præferens, extra naturam hominis videbatur. Nunqvam in illius ore niſi Chriſtus, nunqvam in illius corde niſi pietas, niſi pax, niſi miſericordia inerat. Plerumqve etiam pro eorum qvi obtrectatores illius videbantur, ſolebat flere peccatis, qvi remotum & qvietum venenatis lingvis & vipereo ore carpebant. Et vere nonnullos experti ſumus invidos virtutibus vitæqve ejus, qvi in illo oderant, qvod in ſe non videbant, & qvod imitari non valebant. Inſtare autem *S. Martinus* propediem corporis ſui ſolutionem ſentiens, ad componendam Sacerdotum diſcordiam in *Condatenſem* diœceſim contendit, ubi in vico qvodam

Digitized by Google

dam A. C. 401. die 11. Novembr. ætatis ſuæ 81. Epiſcopatûs 26. anno ex hac vita emigravit. Ab univerſa Gallia deploratus, & inter divos poſtea relatus eſt, à cujus obitu ſolita ſunt olim apud Francos mundi tempora numerari, ceu recenſuit *Epitomator Baronii Henr. Spondanus, ad A. C. 351. n. 8.*

Qvod ſpeciatim attinet S. hujus Martini Fidei Profeſſionem, extat fere in omnibus Bibliothecæ Patrum editionibus, ſeorſim verò cum ſcholiis Thomæ Beauxamis diverſis temporibus & locis eſt impreſſa, Pariſiis etiam A. 1571. cum Abdia Babylonio, & denuò ibidem A. C. 1610. cum accurata Vitæ illius deſcriptione per *Sulpitium Severum* & *Venantium Fortunatum* adornata, unde hoc qvicqvid eſt compendioſè huc traduxi. Miracula vero S. Martini duobus conſcripſit Libris *Abbas Gemblacenſis.*

Prodiit inſuper Vita S. Martini in forma Diſputationis Acad. Jenæ. 1697. in 4. talem præferens titulum: Diſputatio Inauguralis Hiſtorico-Theologica de S. Martino Epiſcopo Turonenſi, ſub Præſidio Dn. Fridemanni Bechmanni SS. Theol. Doct. ejusdemqve P. P. eruditorum examini à Joh. Melch. Götzio Paſt. Eccleſiæ ad D. Martinum, qvæ Halberſtadii eſt Primario & Scholarcha, ſubmiſſa. Legitur etiam ejusdem Vita una cum miraculis à S. Martino patratis apud Bonfinium Dec. II. Lib. I. f. 81. verumenimverò ex eodem *Sulpitiano* fonte illa omnia hauſta eſſe, haut difficili adeo aſſeqvi licet conjecturâ. Ceterum qvod, præter S. Deiparam Virginem Mariam Patronam Hungariæ, iſte qvoqve S. Martinus Patronus ſit Regni Hungariæ, apud *Bonfinium fol. 119. & ſeqq.* prolixe exponitur, item qvod in ejus honorem S. Stephanus I. Rex Hung. cœnobium in monte Pannoniæ vulgò der Martins-Berg prope *Jaurinum* ſito, ingentibus adjectis reditibus fundarit, aliaqve munificentiæ regiæ ſpecimina ediderit, de qvibus & ſingulis aliis plura videſis apud eundem *Bonfinium loc. cit.*

Præter *S.* iſtum *Martinum* plures alios Hungaria in gremio ſuo enutrivit, qvi Ordini Sanctorum ſunt inſerti, qvales ſunt:

S. Alba-

Digitized by Google

*S. Albanus, *editus ex antiqviſſima Regum Hung. proſapia, hincqve ſingulari etiam eorundem curâ educatus: cum autem aulicæ vitæ pertaſus in ſolitudinem ſe contuliſſet, vitam ibidem Eremitæ acturus, atqve exercitiis divinis vacaturus, Chriſti inſuper aſſeclam apertè profeſſus eſſet, prope* Moguntiam, *urbem Franconiæ Archiepiſcopalem, illa ipſa de cauſa, ab infidelibus in ſilva occiſus, corpusqve in fluvium projectum piſcibus in alimentum ceſſit, ceu qvidem in Mariæ libro Genealogico vulgò* Stam-buch *dicto die 1. Novembr. relatum invenitur.* Conf. Georgii Vicelii Hagiologiam, & ſpeciatim Anonymi Galli la Vie de S. Albain, Roy de Hongrie & Martyr, translaté du Latin, & imprime A. 1577. à Paris in 4. *Falsò autem ab hoc Anonymo in Catalogum Hungariæ Regum* Albanus *iſte cooptatus eſt, quippe cujus nec vola nec veſtigium ibidem licet reperire. Ab hoc autem* Albano *probè diſtingvendum eſſe cenſeo illum* S. Albanum *ſive* Albinum, *qvi Martyrii quidem gloriam etiam eſt conſecutus, ſed Verolamii in Britannia, Diocletiano faſces Imperii tenente, ob Fidei Chriſtianæ profeſſionem ſupplicio affectus eſt, cujus corpus hodie Coloniæ Agrip. in templo S. Panthaleonis cultui ſacro expoſitum aſſervatur, perhibente Bucelino in Germania Sacra P. II. f. 69. & in Sacrario Benedict. ad diem 22. Junii: cui addas licet Carol. Stengel. Lib. V. de S. Reliqviarum cultu c. 6.*

* S. Demetrius *Martyr, ex Hungaria oriundus, multisqve miraculis clarus. conf. Nicephor. H. E. lib. 7. c. 15. & Stengel. l. c.*

* S. Eliſabetha *Andreæ II. Regis Hungariæ ex Gertrude uxore filia, ob pietatem inſignem, & vita ad miraculum usqve ſanctimoniam heic non reticenda. Uxor erat* Ludovici Landgravii Haſſiæ, *cum maritus ejus in terra ſancta expiraſſet, ad ſecundas nuptias neqvicqvam perſvaſa in monaſterium ſe contulit, ubi & ipſa maritum ſecuta vitâ exceſſit, qvam tandem, anno à*

morte quinto poſt C. N. 1231. Gregorius IX. Pontifex Rom. ordini Sanctorum canonizatorum, adſcripſit: huic conſecrationi Fridericus Imperator ipſe cum Europæ primoribus interfuit, & religione moti duodecies centena millia hominum Marburgum confluxerunt, quo ſcilicet tempore reliquiæ iſtius S. Eliſabethæ in maxima fuere veneratione, donec Philippi, *Haſſiæ Landgravii juſſu, Seculo XVI. alium in locum iisdem clam repoſitis hodie certum earundem ignoretur reconditorium.*

* S. Emericus, *S. Stephani, I. Regis Chriſtiani Hungarorum filius, quorum amborum Sanctimoniam, vitæ curricula, & merita circa Eccleſiam Catholicam, poſt* Bonfinium in Hiſt. Hung. *peculiari libro deſcripſit* Chartuitius *Epiſcopus.*

* S. Gerhardus, *martyr & primus Epiſcopus* Csanadienſis *in Hungaria, qui à priſcis Hungaris ad barbaricam gentilitatem redire adſpirantibus Budæ occiſus eſt A. C. 1047. die 24. Septembr. Ejus corpus Csanadinum translatum, & tumulatum eſt, in cujus honorem poſterorum pietas Altare ibidem erexit, in cujus ſuperficie lapis ille repoſitus viſitur, ſuper quo* D. Gerhardi *caput à ſævientibus hoſtibus eſt contritum, quem licet Danubius ſæpè redundans allueret, Sangvinem tamen abluere nunqvam potuit. Condidit hic præfatus Epiſcopus magnificum illa ætate templum* D. Georgii *M. honori dicatum, in quo pro veteri Hungarorum erga Dominam & Patronam ſuam D. Virginem Mariam affectu promovendo, Sacellum ejusdem cultui poſuit, ubi ſtatua, multis clara miraculis colebatur. Ut autem cultum ejus perpetuum faceret D. Gerhardus, argenteum coram dicta icone thuribulum locavit, quod perpetuo thure Virginis in honorem vaporaret, neve ulla dies noctisve horâ thymiama deficeret, duos provectæ ætatis viros adeſſe juſſit, qui thura identidem ſuggererent.*

*S. Gün-

* S. Güntherus, *S. Stephani I. Regis Hung. conſangvineus, monachus* Altahenſis, *ac poſtea Eremita in ſylva Bohemica in Richnach, ubi A. C. 1045. die 9. Octobr. exactis 37. annis deceſſit, præſente Premislao, Duce Polonorum, qvem è ſacro fonte ſuſceperat.*

* S. Hieronymus, *propter Sanctitatis & Doctrinæ magnitudinem inter Confeſſores & Magiſtros Eccleſiæ relatus, de qvo ſupra jam pluribus eſt actum p. 168. & ſeqq.*

* S. Ladislaus, *Confeſſor & Rex Hungariæ, Vir non minus eruditus ac Sanctus, atqve modeſtus, cujus modeſtia vel inde etiam patet, qvod* Legatis *Germanorum, ipſum ad Imperii Rom. gubernacula ſuſcipienda vocantibus, pro ingenio & natura ſua, tradente* Petro de Rhéva de Monarch.& S.Corona Regni Hung.Cent.I. *reſponderit: ſe S. Coronæ Hungaricæ decore & gloria, & regni ſui finibus contentum, Auguſtalia illa diademata minime ſuo capiti apta, utpote qvod fulgorem ac pondus eorum ferre non poſſet, qvasqve Regni ſui acqvireret curas, his ſe velle dare operam, & Dei beneficio eas ſufficere, novasque ſe ſolicitudines neqvaqvam qværere, & jam domeſticis externisqve hoſtibus debellatis otioqve ſuis hominibus parto & pace conſtitutâ, in hoc ſe unicum ſtudium incumbere, ut Deum tranqvilla mente coleret, factisqve Rege Chriſtiano digniſſimis, alios qvoqve homines ad pietatis ſtudium invitaret. Qvod tamen ad ſummi Imperii Germanici dignitatem eſſet expetitus, id ſe æqvi boniqve facere, & agere hoc nomine Germaniæ Principibus gratias, optareqve ut omnia felicia illis eveniant. Regis hujus vitam ſanctam & facinora heroica ſingulari Libro deſcripſit*: Simon Ugnievſzki P. S. J. qvi Vilnæ 1664. prodiit in 4. Item Jonvillæus. *Conf. Bonfinii Hiſt. Hung. Dec. II. L. 4.*

* S. Margaritha, *virgo & Martyr, Belæ IV. Regis Hungarorum filia, cujus Vitæ curiculum, qvod à juratis teſtibus acceperat, in compendium redegit* Franciſcus Garinus S. Theol. D. Ordinis Prædicat. *Conf. Martin. Zeiller.* Hiſtoriſ. Anzeiger der Heiligen *p. 382.*

* S. Stephanus, *primus Rex Chriſtianus, Confeſſor & Apoſtolus Hungarorum, qvo de Vide p. 1. & ſeqq. Plura de his Sanctis ſcire cupientibus, ſuppeditabit Liber, cui titulus eſt* Legendæ Sanctorum Regni Hungariæ in Lombardica Hiſtoria non contentæ, *qvi olim Coloniæ Agripp. prodiit, nunc vero* Bongarſii Collectioni Scriptorum Rerum Hungaricarum inſertus eſt. Conf. etiam Laur. Surium de Probatis Sanctorum Hiſtoriis, partim ex Lipomano, partim ax MSS. Codicibus collectis, *Coloniæ 1570. & 1617. in fol. 8. Vol. Qvibus adde ſis* Acta Sanctorum, ex antiqvis monumentis collecta, digeſta, & notis illuſtrata, à Joh. Bollando, & Gottofrido Hentſchenio PP. S. J. Antverpiæ A. 1643. & ſeqq.

Omnium iſtorum Sanctorum Hungarorum memoriæ conſervandæ & cultus deferendi gratiâ, juſſu & auctoritate Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Principis, Domini Georgii Szécsényi, Archi-Epiſcopi Strigonienſis, Primatis Hung. & S. Sedis Apoſtolicæ Legati nati &c. *prodierunt Miſſæ in Feſtis propriis SS. Patronorum Regni Hung. ad normam Miſſalis Romani accommodatæ, Herbipoli 1701. fol.*

* Illyricanorum Sanctorum *Hiſtoriam libro peculiari deſcripſit* Johannes Tomko, *Dalmata, Epiſcopus Boſnenſis, qvi præter jam citatos, de vitis Sanctorum agentes Scriptores, conſuli imprimis poteſt.*

GEORGIUS MARTINUSIUS
S. R. E. CARDINALIS,

Gente

GEnte *Croata*, nobili familiâ, ſed in tenui re educatus, viliſſima puer apud *Johannis de Zapolya* Hungariæ Regis matrem miniſteria exercuerat, calefaciendis hypocauſtis deſtinatus. Qvapropter elati ingenii juvenis, ſeu tædio præſentis, ſeu deſperatione melioris fortunæ, relictâ Johannis familiâ, vitam monaſticam in Pauli, primi Eremitæ, cœnobio juxta Budam profeſſus eſt, cellariæque præfectus & promuscondus effectus, ad victum neceſſaria non æqvaliter, ſed prout alios aliis plus diligebat, inter fratres diſtribuebat, jam tùm vel in leviſſimis rebus & inter humilis conditionis perſonas gratiam aucupans. Ibi primùm literas didicit, & qvamvis jam adultior, etiam Latinè aliqvid effari, eâ ſpe, ut inter ſacerdotes cooptari & ſolenne ſacrificium celebrare poſſet. Ita in Johannis familiam rediit, & Ferdinando Auſtriaco in Regem Hungariæ aſſumto, exulantem apud Sigiſmundum, Poloniæ Regem, ſocerum ſecutus, multis & graviſſimis in negotiis fidelem ei operam navavit, variaſqve ac periculoſas legationes, veſtitu diſſimulante perſonam & ſecuritatem præſtante, intrepidè obivit. Qvibus officiis adeo ſibi Johannis animum devinxit, ut ab eo, mox in Regnum reſtituto, in ſecretius conſilium allectus, & qvæſturâ Regni, qvæ dignitas primaria eſt, ornatus ſit, *Varadinenſi* prius Epiſcopatu donatus, ac poſtremo tutor cum Iſabellâ Reginâ uxore, Stephano filio teſtamento relictus. Sed cùm homo ambitioſus, ſpretis reliqvis Proceribus, in publicâ adminiſtratione ingenio ſuo uteretur, in ſuſpicionem Reginæ venit Regni affectati. Itaqve crebræ inter eos diſcordiæ utriqve perniciosæ, atqve inprimis Chriſtiano nomini; & qvò ſæpius reconciliati, eò ſuſpectior alter alteri. Inde clàm cum Ferdinando agere cœpit. Sed cùm ab eo literas accepiſſet, qvibus id honori Georgii & meritis datum ſignificabatur, ut in Cardinalium Collegium à Julio III. cooptaretur, Georgius honorem illum qvaſi infra ſe contemnere viſus eſt, ne videlicet eo nomine obſtrictior Ferdinando crederetur: qvod ipſi exitium maturavit, inimicis

eum captâ inde occaſione calumniis & ſparſis rumoribus apud Regem traducentibus, *qvaſi cum Turcis ſecreta conſilia agitaret, & ope Ferdinandi, Reginâ ejectâ, de ipſo demum ope Turcorum Daciâ penitus expellendo cogitaret.* Itaqve Ferdinandus mox ſecreta mandata ad *Joh. Baptiſtam Caſtaldum*, Piadenæ Comitem, & ob res in bello Germanico geſtas à Carolo V. Cæſare Caſſani Marchionem creatum, belli ducem dat, *ſi adhuc in Daciâ eſſet cum exercitu, ne provinciâ egrederetur, & omni viâ & ratione tentaret, ut Georgium, qvem clandeſtina in ſuam perniciem conſilia cum Turcis habere certò ſciret, aut in poteſtatem redigeret, aut, ſi aliter non poſſet, de medio tollendum curaret.* Qvidam, *Caſtaldum, vafrum hominem, qvod Georgii gloriæ invideret & theſauris illius, qvi vero majores eſſe ferebantur, inhiaret, autorem Ferdinando fuiſſe*, ſcribunt, *ut hominem interfici juberet, atqve id ſibi negotii ultrò ſumſiſſe.* Itaqve cùm Caſtaldus cum Georgio qvaſi animi gratiâ ad Bintium caſtellum, loco amœno ab ipſo Georgio ædificatum, veniſſet, jamqve tempus patrandæ cædis inſtaret, conſtitutis in Daciâ Ferdinandi rebus, & ſecundis literis ipſe Rex urgeret, ut res maturaretur, Caſtaldus Sfortiam Pallavicinum per literas monet, ut, qvàm celerrimè poſſit, ad ſe cum Hiſpano peditatu veniat. Ii ubi venére, per alterum oppidi Lippæ ſuburbium, qod *Sebeſſe* amne ab eo diviſum ponte ligneo cum oppido conjungitur, Georgii juſſu per hoſpitia diſtribuuntur. Mox Pallavicinum ad ſe vocat Caſtaldus, & re cum eo communicatâ, ut ipſe facinori interſit, hortatur, cui patrando proximam noctem deſtinat. Poſtqvam ille operam pollicitus eſt, adduntur ei comites Andreas Lopezius, Moninus & Campegius, homines manu promti, qvibus compoſita ad terrorem oratione oſtenditur, *de rebus Regis ſimul ac ſuâ omnium vitâ actum eſſe, niſi qvàm primum Georgius de medio tollatur; ſtatuiſſe qvippe illum, indictis ad Váſárhelium comitiis, publico decreto, provinciâ Ferdinando imperium abrogare & ope Turcorum cum Daciâ omni expellere; hoc conſilio auxiliares copias per vaſta hoſpitia locis apertis ſparſiſſe,*

ut

ut condicto tempore, qvaſi ſigno dato ſinguli faciliùs capi & opprimi poſſint: In ipſorum manu Regis & ſuam ſalutem poſitam eſſe, tantùm audeant & periculo præverteant, ſcelerati hominis perfidiâ egregio facinore vindicatâ. Ubi eos præſenti animo videt, Lopezio negotium dat, ut ſummo mane delectos 24. armatos ſecum adducat, qvi veſtibus Turcicis induti, ut cuſtodes fallant, intromittantur. Interea Petro Avilæ mandat, ut totâ nocte cum Hiſpanis continuato itinere Bintium eodem tempore ad ſe imperata facturus veniat. Tempeſtuoſa ea nox admodum fuit inſolito ventorum fragore & horridis nimbis, Georgii caſum haut dubiè portendentibus; qvod & in causâ fuit, ut *Georgii* ſtipatores, qvi ad ignem ſedebant propter frigoris violentiam, aſtum conjuratorum non animadverterint. Cùm manè ad operas carri ſolito citiùs emitterentur, Lopezius ſuos nullo prohibente introducit, & Avila, ut juſſus erat, cum Hiſpanis adfuit. Hac verò arte conjurati in Georgii cubiculum irrepſerunt. M. Antonius Ferrarius, Caſtaldo ab epiſtolis, homo proſtitutæ audaciæ, jam ab aliqvo tempore tantam cum Georgio familiaritatem contraxerat, dum ſe herum prodere ſimulat, ut cubiculariis ejus propterea factus notior, qvavis horâ ad ipſum admitteretur. Is nondum illuceſcente die, qvi fuit 14. KL. Januar. cùm oſtium cubiculi pulſaſſet, literas qvaſi Georgii manu ſubſcribendas præferens, & Pallavicinum Viennam ad Regem profecturum ſecum adeſſe ſignificaſſet, continuò introducitur. Sfortia ad fores invito cubiculario ingreſſus ſubſtitit. Jam ſurrexerat Georgius, &, ut in hyeme, duplici tantùm veſte è ſebellinis pellibus tectus, relegendis pro more rerum agendarum commentariis intentus, ad menſam ſedebat, cum Ferrarius ad eum familiariter accedit & Pallavicinum ad fores ſtare monet, à Caſtaldo miſſum, ut, ſi qvid ipſe imperare velit, ejus mandata ad Regem perferat. Tùm porrectis literis, dum Georgius calamum ſumit, ut nomen apponeret, Ferrarius raptum pugionem in pectus demiſit, ad ſtrepitumqve accurrens Pallavicinus ſtricto enſe gravi vulnere medium qvaſi caput diviſit, cùm ille

ille interea Dei nomen crebrò inclamaret & eos fratres appellando fidem repoſceret. Mox cæteri conjurati ſupervenientes repetitis ictibus adhuc ſpirantem confodére. Arcem illam, in qvâ cædes patrata eſt, coenobii à Georgio everſi fundamentis ſuperſtructam fuiſſe ſcripſit Centorius, qvod cùm fieret, cœnobii præſulem ex eo exitium Georgio ſive præſagiiſſe, ſive imprecatum eſſe. Animadverſum & à domeſticis, qvod, cum pridiè qvàm periret, ſacerdos coram eo ſacrum celebraret, calice loco panis in manus ſumto, vinum effuderit; qvod tunc ſacerdotis negligentiæ aſſignatum, tamen Georgii necem portendiſſe, & ejus ſangvinem mox effuſum iri, ſignificaſſe, poſtea multi interpretati ſunt. Hunc exitum vitæ habuit Georgius, 70. circiter annos natus A. C. 1551. qvi ex humili fortunâ in ſummum honoris faſtigium & Regibus parem potentiam evaſerat, vir pace belloqve clarus & profundâ prudentiâ cum paucis comparandus, qvam dum temporibus accommodat, & patriæ ferè ſemper bono Turcorum voluntati morigeratur, multorum invidiam ac poſtremo exitiale odium in ſe concitavit, qvibus tandem effectum eſt, ut Ferdinando ipſi ſuſpectus eſſe cœperit & de ingentibus ipſius theſauris conſtanti famâ ſparsâ, Caſtaldum & omnes, qvi illic aderant, ſpe lucri contra ſe armaverit. Præter eas mortis tàm indignæ cauſas, qvas retulimus, etiam alii addunt, Ferdinandum Georgio 80000. aureorum penſionem pactum eſſe, proptereaqve illius miniſtros Regi gratum ſe facturos exiſtimaſſe, ſi Georgio de medio ſublato fidem de promiſſâ penſione interpoſitam liberarent. Evulgatum fuit, & eo colore factum excuſatum, qvòd clandeſtina cum Turcis in Chriſtianæ rei perniciem conſilia agitaret Georgius, idqve Ferdinando perſvaſum fuit, cùm reverà propter illius theſauros cædes facta ſit, qvi tamen poſt ejus mortem admodum modici pro tantâ fortunâ reperti ſunt, omni eâ pecuniâ, qvam ſepoſitam credebant, in publica opera & alendos exercitus conſumtâ ab homine liberali, & qvi nullâ privatâ charitate à curâ Reip. qvam exactâ fide & diligentiâ adminiſtraverat, aver-

avertebatur. Qvantum verò incrementi ſuis rebus acceſſurum rebatur Ferdinandus, à miniſtris deluſus, tantum detrimenti ſe accepiſſe, ſed ſerò nimis ſenſit, translato ad externos homines Italos ſummo Imperio & publicâ adminiſtratione, à qvâ cum ſe provinciæ Reguli remotos viderent, minus animi & conſtantiæ indies ad propulſandum communem hoſtem adhibuerunt, & ingentibus propterea cladibus acceptis, mox revocato Rege Iohanne, Ferdinandi imperium omnino averſati ſunt. Certè percuſſores Georgii poſt ejus necem ad unum omnes pœnas dediſſe pleriqve ſcripſerunt, ac Sfortiam qvidem diuturnâ & morte pejore apud Turcos captivitate; Moninum verò in Subalpinâ regione ad Germani fanum cervice abſciſsâ; Ferrarium deniqve, qvi Alexandriæ, qvæ ipſi patria erat, Cardinalis Tridentini juſſu ſexennio pòſt ſecuri percuſſus eſt; poſtremo eqvitem Campegium, qvi poſtea inter venandum in Ferdinandi ipſius conſpectu apri fulmineo dente in Bohemia diſcerptus eſt, honeſtiore nec tamen minùs infortunatâ morte.

Ex Thuano Enucleato Gerhardi à Stöcken. *Confer. omninò etiam Bonfinii Hiſt. Hung. & Georgii Haneri Hiſt. Eccl. Tranſyl. ubi* Lib. *IV. fuſius traditum eſt, qvem, qvalemqve* Martinuſius *erga Eccleſiam Evangelicam in Hungaria atqve Tranſylvania tum primùm ſuccreſcentem ſe præbuerit geſſeritqve.*

Maſnicius Tobias, *Hungarus*, Eccleſiæ qvondam Evangelicorum in oppido *Illava*, *Comitatûs Trencsinienſis*, Verbi Divini Miniſter, unde in exilium 1673. pulſus, Exulqve Vittebergam veniens proprio marte conſcriptam exhibuit Diſputationem tali cum titulo: *Vera & clara Apologia Apoſtolicæ coram Præſide FELICE præſtita Explicatio & Applicatio, hoc eſt, Solida Demonſtratio, Hæreſin, Seditionem, & Templi Divini profanationem, indignè imputari Auguſtanæ Confeſſioni addictis: Cumprimis aſſerentibus: Hæreſin Lutheranam, velut Matrem ſeditionis, ſufficien-* Scriptum

temi fuiſſe cauſam incarcerationis Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Evangelicæ, & Abductionis ex Hungaria ad Triremes, ex clariſſimis Scripturis Sacris, oppoſita: Diſputatione publica, ſub Præſidio, Viri Summè Reverendi Dn. Johannis Deutſchmanni SS. Th. D. ejusdemqve P. P. Vittebergæ A. 1679. propoſita. Qvæ alioqvin fata hic ipſe *Maſnicius* tum in Judicio Poſonienſi, tum in captivitate ob conſtantem Fidei ſuæ profeſſionem ſubierit, ex tractatu ſeqventi licebit colligere:

Unerhörter Gefangnüs-Proceß/ oder Wahrhafftiger Bericht/ was geſtalten zwar unſchuldige Creutz-Diener Chriſti/ und ſtanthafftiger Evangeliſcher Glaubens-Bekenner aus Ungarn/ nemlich Tobias Maſnicius, geweſter Evangeliſcher Prediger der Kirchen zu Illava, und Johannes Simonides, geweſter Schul-Rector in der Königl. Stadt Bris in Ungarn/ nachdem Sie ſchon albereit von Ihren Aemptern unrechtmäßiger und gewaltſamer weiße entſetzet und verletzet/ von Ihren Kirchen/ Pfarwohnungen und Schul-Häuſern verſtoſſen und ausgeſchloßen waren/ noch über dieſes alles/ unter dem Vorwand einiger Rebellion, derer Sie ſich doch weder bewuſt/ noch ſchuldig befunden/ auf das Delegirte Presburgiſche Judicium unausſetzlich citiret/ fälſchlich angeklaget/ aber nicht überführet/ wider alles Recht/ blos aus Haß der Religion, und verweigerten Unterſchreibung den ſchädlichen Reverſalien/ zum Tode verurtheilet/ mit Henckern ausgeführet/ auf unterſchiedliche Veſtungen in harte und ſchwere Gefängnüße geleget/ neun gantzer Monath darinnen geplaget/ und endlich auf die Spaniſchen Galeen nach Neapolis verbannet worden; und wie Sie der große GOtt ſo wunderlich unterwegs aus der Feinde und grauſamer Verfolger Hände errettet/ da Sie ſich mit der Flucht ſalviret/ aber gleich wiederum gefangen/ nach ſechs Wochen wieder daraus erlöſet/ durch Gottes ſonder- und wunderbahrer

Vor-

Vorſehung/ wie auch Hertz-Chriſtlichen Mitleiden/ Rath und That vieler frommen Hertzen / durch Italien in Deutſchland wiederumb angekommen ſind. Gedruckt im Jahr 1676. in 4.

Mattaſchicz Petrus, gente *Croata*, in Collegio Croatico Capituli Zagrabienſis Viennæ alumnus, *Orationem Panegyricam* juxta ingenii ſui florentioris ductum non tantum eleganter elaboratam, ſed deinceps etiam Anno. 1707. menſe Auguſto, Viennæ, ſplendidiſſimo in Virorum conſeſſu, maximo cum applauſu, recitatam, atqve ibidem typis Chriſtoph. Lercheri, eodem anno, in fol. impreſſam edidit, cum titulo hocce: *Glorioſus à Pannonia Ladislaus: Pannonia à Ladislao glorioſa.* *Scriptum*

Matthaides Samuel, ex Comitatu *Hungariæ Arvenſi* oriundus, in *Gryphisvaldenſi* Pomeraniæ Univerſitate ſtudiis Theologicis colophone impoſito, profectus ſuos ſeqventi Diſputatione conteſtatus eſt: *Roma & Geneva Hungariæ irreconciliabilis, adverſus Hungarum Syncretiſtam, Samuelem Nigrini, Gymnaſii Solnenſis Rectorem, ſub Præſidio Theologi de univerſa Jeſu Chriſti Eccleſia immortaliter meriti Dn. D. Frid. Majeri, S. R. M. Sveciæ Magnæ Fidei Viri, Conſiliarii in Sacris per German. Provincias Primarii, Academiæ Pomer. Vice-Cancellarii, Conſiſtorii Regii Præſidio, Facult. Theol. Senioris, Pomeraniæ Svec. Rugiæqve Superintendentis Generalis & Comitis Palatini Cæſarei, publico Examini A. 1708. expoſita.* *Scriptum* Conſtat 5. philyris. in 4. Hanc ipſam Diſputationem, non alienâ, ſed propriâ ſuâ ingenii ope *Matthaidem* elaboraſſe, Præſes ipſe in Epiſt. Gratulator. Diſputationi præfixa faſſus eſt, verbis hiſce: *Tota, nobiliſſime Juvenis (Matthaides) qvam adverſus Nigrinum ſcripſiſti Exercitatio, quanta qvanta, Tua eſt, nec mihi qvicqvam, præter cenſuram, in illa tribuo.*

Digitized by Google

Maurach Matthæus, *Hungarus*, patria Poſonienſis, ingreſſus Societatem Jeſu Anno 1600. ætatis 21. edidit ſuppreſſo ſuo nomine, Libellum, cui titulum præfecit: *Calepinulus, ex toto* *Scriptum* *Calepino Synonyma, Compoſita, Derivativa, Attributa cetera, qvæ ad eandem rem ſpectant, ſimul ſcripta. Viennæ, typis Matthæi Formicæ. A. 1630. in 12.* Vid. Alegambii Bibl. PP. S. J. f. 334.

Mautnerus Johannes, *Hungarus*, Rector qvondam Gymnaſii Caſſovienſis, *Tyrocinium Logicum 20. & Gymnaſium Logi-* *Scripta.* *cum 100. Tabulis comprehenſum in Juventutis commodum publicavit. Præterea Anagrammata diverſis ex nominibus atqve argumentis concinnata A. 1636. in ſalivam eruditorum emiſit.*

Maurus, Fuit ætate *Henrici Imp.* cognomento Claudi, vel Sancti, Monachus primùm S. Martini in *Monte Pannoniæ* (vulgo der Martins-Berg) poſtea *Epiſcopus Qvinqveeccleſienſis:* cui Eccleſiæ præfectus fuit à Stephano I. filio Geiſæ I. qvi ex Hungaris primus Rex Chriſtianus erat. *Auctor Bonfinius Hiſt. Hung. Decad. 2. Lib. I. f. 121.* Venit hic *Maurus* in poſteritatis *Scriptum* memoriam gemino labore, ſed non ita difficili: Qvippe *duorum ſui temporis Eremitarum Vitas deſcripſit*, ſed paucis. Uni eorum nomen *Zoerardo*, qvi Andreas vocatus eſt, poſtqvam monachus factus fuit. Hic Confeſſor obiit. Alteri nomen *Benedicto*, qvi à latronibus fuit interemtus. Zoerardum à ſe etiamnum puero literarium in ludum itante viſum ait: qvæ autem narrat, ea didiciſſe ſe, partim à diſcipulo *Zoerardi*, ſive *Andreæ*, B. Benedicto: partim ab Abbate *Philippo*, à qvo Zoerardus monachi habitum acceperat Zoerardum autem monachum dicit factum, *tempore illo, qvo ſub Chriſtianiſſimi Stephani Regis nutu, nomen & religio Deitatis in Pannonia rudis adhuc pullulabat.* Qvod oſtendit, *non alium eſſe hunc Maurum ab illo, de qvo Bonfinium loqvi diceba-*

cebamus. Vitæ iſtæ leguntur apud Surium Tom. III. a. d. I. Maji. *Conf. Voſſius de Hiſt. Lat. Lib. II. c. 42. p. 358.*

Mazarius Chriſtophorus, *Hungarus*, filius *Danielis Mazarii*, Thomaſovicenſis [in Hungaria Eccleſiæ ſecundum dogmata Lutheri Miniſtri (qvi tum in captivitate, tum in triremibus Neapolitanis, propter conſtantiam Fidei Evangelicæ, poſt acerbiſſimos magna animi conſtantia toleratos corporis cruciatus & plagas crudeliſſimas à militibus Hiſpanicis inflictas patienter perpeſſas, in Salvatore tandem ſuo Jeſu ipſa in triremi pie, obdormivit) typis vulgavit libellum, tali præmiſſo titulo: *Jaſones Pannonici, contra Orcum ſuffragante Cælo, poſt ſuperata Solo Saloqve deſperata Diſcrimina, aureo priſtinæ libertatis Vellere donati, reduceſqve.* Sive: *Soterion, Deo, innocentiæ Vindici Maximo, ceteriſqve poſt Deum Aſſertoribus Summis, qui Religionis Zelo divinitus excitati, Noviſſimos, eosqve Conſtantiſſimos Jeſu Chriſti Confeſſores, ex Triremibus Neapolitanis, Carceribus Bocarinis, Religioni ejusqve Sociis reſtituerunt, Reſtitutos beneficiis cumularunt, Sacrum: qvod pio affectu, Muſa tenui pangere voluit Salutator* C. Mazarius, *Fata acerba Parentis, in iisdem Triremibus Martyrii coronam oppetentis, deplorans: Anno, Jo reMIges DeI eX VInCLIS oVatIs. Vitteberga, excudebat Chriſt. Schrödterus in 4.* Confer. qvoqve p. 162. v. *Gaſſitius.* Scriptum

Mellius Petrus, *Hungarus*, patriâ *Debrecinenſis*, ejusdemqve Eccleſiæ Antiſtes, Calvinianarum item ultra & cis Tibiſcum Superintendens, Orthodoxam & Catholicam Doctrinam: de uno DEO, Patre, Filio & Spiritu ſancto, contra furores *Blandratæ & Franciſci Davidis conſtanter in multis Diſputationibus defendit. Edidit etiam Fidei confeſſionem & qvædam alia: dicuntur præterea ejus Scripta complura extare & in Hungaria typis excuſa eſſe.* Obiit A. 1572. Vid. *Simleri Epit. Biblioth.* Geſneri. fol. 561. Scripta.

 de

de *Mirabilibus* Nicolaus, *Tranſylvanus*, patriâ *Claudiopolitanus*, floruit circa A. 1493. Scripſit *Tractatum de Prædeſtinatione:* item *Tract. de Vera felicitate*, teſte Sigismundo Ferrario in *Comment. ſuo de Rebus Hungariæ*, *p.* 456.

Scripta.

Miskólczi Stephanus, *Hungarus*, *patriâ Miſcolczienſis*, Illuſtriſſ. qvondam Nicolai Tökelii Lib. Baronis in *Keſmark* Juventutis moderator, literarum tùm Latinarum, tùm Græcarum, tùm etiam Germanicarum, callentiſſimus, ad qvem *Joh. Filiczki* varia direxit Poemata hincinde in *Deliciis Poetarum Hungarorum* à Philip. Pareo editarum occurrentia. *Typis vulgavit: Anglia Independentiſmum. Ultrajecti* 1654. *in* 12.

Scriptum

Mokoſſini Leonhardus, *Hungarus*, edidit *Hiſtoriam Veteris Teſtamenti in Geneſi, Exodo, Numeris &c. comprehenſam, carminie heroico redditam Vitteberga* 1599. 8. Vid. König. in Biblioth. Vet. & Nova. *& Jac. Cathill.* libell. Sapientiæ metricus à *Dan. Gvil. Mollero* editus pag. 6.

Molnár Albertus, ſtrenuus Helveticorum placitorum propugnator, gente *Hungarus*, patria *Szencienſis*, ita enim legitur in ejus *Lexico Latino-Græco-Hungarico p* 929. *Szencinum*, vel ut alii ſcribunt, *Szemcinum* Σέμκινον, *Szentz*, eſt oppidum Hungariæ, non procul à brachio Danubii, inter *Tyrnaviam & Poſonium*, Germ. Wartberg / qvod nomen eſt Reipublicæ ſigillo antiqviſſimo: ubi natus *Albertus Molnár* A. 1574. die I. Septembr. *Verſionem S. Bibliorum* Caſparis Caroli, *ex ipſis fontibus recognovit, quæ poſtea diverſis temporibus, locisqve edita, ceu pag. jam* 195. *traditum eſt.* Seorſim qvoqve imprimi curavit *Pſalterium* Hungaricum: *Azaz Szent David Királynak és Prophetának ſzáz s-ötven Soltári, az Fránczíai nótáknak és verſeknek modokra moſt ujjonnan Madgyar verſekre forditatak és rendeltetek, az Széncsi Molnár Albert által*, h. e. Regis & Prophetæ Davidis 150. Pſalmi,

Scripta.

mi, juxta modos canendi in Gallica Eccleſia Calviniana receptos, adornati, inqve verſus Hungaricos tranſlati ab *A. Molnár*: qvæ Pſalmorum atqve hymnorum Davidicorum melodia hodie Calviniani in Eccleſiis ſuis unicè tanqvam ordinario cantilenarum eccleſiaſticarum libro utuntur. Præterea *Catecheſin qvoqve idiomate hungarico* ibidem in 12 imprimi curavit: nec non *Librum Precum eadem Lingvâ concinnatum* Heidelbergæ 1621. 8. Et *Grammaticam Latino*-Hungaricam Hanoviæ 1610. 8. *Syllectam pariter ſcholaſticam, qvæ Noribergæ impreſſa eſt A. 1644. typis & ſumtibus Wolfgangi Endteri, in 8. Inſtitutionem Iuventutis latinis verbis conceptam, Ibid.* 1644. 8. Deniqve *Lexicon Latino-Græco-Hungaricum, cum Dictionario Hungarico-Latino, Francofurti ad Mœn. typis Anton. Hommii, Impenſis Wolfgangi Endteri Bibliopolæ Noriberg.* Hoc ipſum *Lexicon trilingve* demum qvartâ editione, eaqve *germanicâ lingvâ*, hos ante tres circiter annos, adauctum, & Noribergæ recuſum, prodiit hoc cum titulo: *Dictionarium Qvadrilingve Latino-Hungarico-Græco-Germanicum, innumeris vocibus, phraſibus, formulis loqvendi, & proverbiis, cum qvantitate ſyllabarum, Indice Græco & Germanico, hac in qvarta Editione locupletatum, duobus partibus diſtinctum, inqve uſum Scholaſticæ Juventutis accommodatum, ab autoribus* Alberto Molnár, *Szencienſi, & Joh. Chriſtophoro Beer, Noribergenſi, Noribergæ, ſumtibus Martini Endteri. A. 1708. in 8.*

Elogium hujus Viri apud Laur. Toppeltinum *Origg. Tranſylv. c. 8. p. 70.* breve qvidem, ſed oppidò egregium reperitur hocce: Hungari *Alberti Molnár*, memoria immortalis eſto & ſancta, qvi & politioris lingvæ publicus Author, & Sacri Codicis primus Traductor erat. De qvo tamen immitius judicaſſe videtur *Benedict. Sarmelliczki*, Rector olim Scholæ *Ginciana* in Hungaria, qvando Anagramma ex tribus vocibus hiſce *Albertus Molnár Szemczienſis*, confecit ſeqvens: *Bal. Jzraelis conſumens, tremis.* Cujus evolutio metrica hiſce diſtichis comprehenſa eſt: *Elogium.*

Helve-

Cenſura.

Helveticis Alberte *venis prolapſus ab oris*
Molnár *in has terra Pannonis usqve plagas.*
Conſultum fuerat Bezæ *penetralibus abdi,*
Schismata qvam Pathai *terra videre Senis.*
H*annoviæ poteras tu Principis eſſe Miniſter,*
Heic inter picas garrulus anſer eris.
Non tamen invideo te multis eſſe favori,
Sis modo ſincerus Relligionis apex.
Difficile eſt ſperare tuos heic indole mores,
Obriguit cœptis mens tua qvippe malis.
Biblia *qvod vertas, alios replicesqve labores,*
Hæc populus laudat, non rata doctus habet.
Sunt in iis certe, Molitor, *culpanda moleſte,*
Calvinos *redolet Verſio namqve* dolos.
Bâl Izraelis conſumens *ergo futurus,*
Si tremis, *emendes, poſtmodo jure places.*

Mylius Johannes, *Iglavia-Hungarus* (eſt enim *Iglavia* oppidum aliàs Moraviæ, etiam in Hungaria prope Leutſchoviam in Comitatu Sepuſienſi, ſitum) AA. LL. & Philoſoph. Magiſter, initio *Leutſchovienſis*, deinde *Keſmarkcenſis*, & tandem in Pruſſia *Elbingenſis* Gymnaſii Rector: A. 1530. æt. 72. defunctus, & à *Joachimo Paſtorio*, in Memoria duorum Gymnaſii Elbingenſis Rectorum, *Johannis & Michaelis Myliorum*, poſthuma celebratus. Scripta. Prælo ſubjecit: *Orat. de Diſcrimine Scholarum Ethnicorum & Chriſtianorum:* Item aliam *Orat. de Nova Schola Elbingenſi A. 1599. habitam.*

Mollerus Carolus Otto, H*ungarus*, patriâ *Poſonienſis*, poſt Græcæ & Latinæ lingvæ cognitionem in Gymnaſio patrio adeptam, tandem ad Medicam Artem animum applicaturus, in Germaniam profectus, in eaqve Altdorfinam potiſſimum Academiam

Digitized by Google

miam elegit, ubi per qvadriennium ferè convictu, habitatione & inſtitutione *Patrui* ſui Excellentiſſ. Dn. Prof. *Danielis Gvilielmi Molleri* uſus, curriculum non tantum Philoſophicum XL. Diſciplinarum laudabiliter abſolvit, ſed in Medico qvoqve ſtadio pedem tam alacriter promovit, ut anteambulonibus Viris Excellentiſſimis ſeniore ac juniore Dominis DD. *Hofmannis*, nec non *Pancratio Brunone*, metam ſibi præfixam maximo cum applauſu attingens, laborum tandem ſuorum exantlatorum præmium, Doctoris nempe honores atqve privilegia, reportarit. Altero poſtea anno in patriam delatus, & aliqvandiu in eadem ſubſiſtens, praxi ſua medica ægrorum ſaluti conſulere ſtuduit, inde ad civitates Hungariæ Montanas pede promoto, *Neoſolium* ſibi elegit, urbem ob præſtantiores cupri mineras haut ignobilem, in qva medicinam faceret, cujus laboribus Deo fortunaqve adſpirantibus non tantum Neoſolienſis, ſed totius etiam Comitatûs *Solienſis* ſpartam *Phyſici Ordinarii* obtinuit, qva etiamnum haud exiguo cum rerum ſuarum incremento, ac nominis ornamento impigrè defungitur. *Inauguralem ſuam Diſputationem, habitam Altdorfii A. 1696. ſolo Deo Præſide, pro Licentia ſummos in Medicina honores, Inſignia & Privilegia Doctoralia, more Majorum legitimè conſeqvendi, conſcripſit celeberrimus iſte Practicus:* De divino in Medicina. *Sub Patrui verò ſui Excellentiſſimi, antea nominati præſidio, in ſolenni Eruditorum conventu ventilandas propoſuit*, Poſitiones de Arnaldia *A. 1694. typis expreſſas Heinric. Meyeri. in 4.* **Scripta.**

Mollerus Daniel Gvilielmus, cujus Vitæ curriculum eò qvidem difficilius nanciſci mihi licuit, qvò remotiorem ipſius ab accuratiore aliqva ejusdem conſignatione animum ſemper eſſe animadverti, nihilominus tamen, partim pietate, qvâ in Præceptorem eum ſane dexterrimum feror, ductus, partim officiis, qvibus me identidem ſibi obſtrictum habet impulſus, qvæ tum ex ore illius, tum aliunde prolata, tum operâ meâ privatim collecta, haurire potui, bonâ ipſius veniâ, heic mecum conſtitui com-

memorare. Nimirum bono publico is in lucem datus eſt *Poſonii, Hungariæ Inferioris Metropoli* celeberrimâ A. 1642. d. 26. Maji, *Patre* Suderburgo-Lüneburgico *Ottone Mollero*, Gemmario & Aurifabro Poſonienſi; *Matre* Linzio-Auſtriacâ *Rebecca Perghameriana*, mercatoris filia, ſacro baptiſmatis fonte ablutus, ſubſecuto deinceps tempore, pietati & muſis, tantò feliciore qvidem auſpicio conſecratus, qvantò fideliores ſtatim nactus eſt Præceptores, domeſticos non minus qvam claſſicos. Lue verò Peſtifera in Hungaria graſſante, *Trentsinium* Slavonicæ lingvæ addiſcendæ gratiâ miſſus, ubi ultra annum temporis ſpatio exacto, deinde in Patriam reverſus, curriculum bonarum artium & Philoſophiæ rudimentorum, in Gymnaſio tum florentiſſimo confecit. Anno 1660. per Auſtriam, Moraviam, Bohemiam, Saxoniamqve adiit Lipſiam & aliqvot hebdomadum ſpatio ibidem emenſo, Wittebergam ſe conferens, in convictum *Joh. Andr. Qvenſtedii* S. Theol. D. & Prof. ſe dedit, indeqve poſt unum alterumqve menſem elapſum, occaſione Legationis Saxonicæ in Daniæ regnum arreptâ, Hafniam pervenit, ubi & ſalve & vale celeberrimis tum temporis *Brochmannis* dicto, poſt qvatuor hebdomadas Wittebergam redux, *Oratoria*, *Poetica*, *Philologica*, *Hiſtorica & Philoſophica* Studia excoluit: Moderatoribus & Præceptoribus, in *Oratoria* nempe ac *Artibus humanioribus*, Georg. Caſp. Kirchmaiero, in *Logica, Phyſicaqve* Erneſto Backio: In *Scientiis Mathematicis* Michaele Waltero: In *Metaphyſica*, *Gnoſtologia*, *Noologia & Pneumatica* Georgio Meyero, omnibus & ſingulis eo temporis articulo Philoſophiæ Adjunctis clariſſimis: *In Græca Literatura* Erico Oſtermanno Prof. Publ: In *Ebraica*, *Politica & Oeconom.* Michaele Wendelero Prof. Publ. in *Politicis Hornio* J. U. Candidato: *In Phyſica* Conſtant. Zigra, PP. *In Ebraicis*, *Chald. Syr. & Arab.* Andrea Sennerto Prof. P. In omnibus & ſingulis Matheſeos ſcientiis, nec non Hiſtoria Eccleſ. itemqve Collegio Hiſtorico diſputatorio publico, Ægidio Strauchio P. P. *In Poeſi* latina Prætorio P. P. In *Italica lingva* Joſepho Adjuto, Ninevita

nevita P.P. uſus, inde reportatis laborum in dictis Scientiis & Artibus exantlatorum præmiis, titulisqve, & habita ſolenniter Oratione de Confuſione Lingvarum Babylonica, itemqve Diſputationibus 1) *de Nova Eliæ Schneegaſſii Logica*, 2) *de Perſona*, 3) *de Ente*, 4) *de Re, qvæ prima fuit*, qvam Præſidendo defendit, 5) *de Senario Poſitionum Metaphyſicarum*, 6) *de Senario Poſitionum Hiſtoricarum*: Theologiæ tandem ſe applicuit, in eaqve privatim publiceqve docentes audivit *Calovium*, *Kunadum*, *Meiſnerum*, *Qvenſtedium*, *Deutſchmannum*, *Strauchium*, & ſub domeſtico dicti *Qvenſtedii* Præſidio, univerſam Theologiam Theticam XXX. Diſputationibus, calamo ſingulis in ſemi philyra exaratis, & ex Collegio Qvenſtedii Theologico excerptis, tricies *Reſpondentis* munere intra 13. menſium decurſum functus, ventilavit. Qvo ſtadio Sacro confecto, *Inſtitutiones Juris* ex Caſpari Ziegleri, & Inſtitut. Medicinæ ex *Victoris Schneideri* ore audivit. Poſtea *in Hollandiam*, *Angliamqve*, *viſis prius Serveſto*, *Magdeburgo*, *Jena*, *Naumburgo*, *Halla*, *Dreſda*, *Friburgo*, *Deſſavia*, *Halberſtadio*, *Wernigeroda*, *Monte Bructero*, *Helmeſtadio*, *Brunſviga*, *Lüneburgo*, *Hildeshemio*, *Hanovera*, *Cella*, *Brema*, *Oldenburgo*, *Embda*, *Gröninga*, *Leovardia*, *Franekera*, *&c.* delatus, utriusqve Emporia florentiſſima, *Amſtelodamum & Londinum* perluſtravit, doctorumqve virorum notitia, præcipue *Leydæ*, *Hagæ Comitum*, *Ultrajecti*, *Londini &c.* comparatâ, Wittebergam regreſſus, prius *Glükſtadium*, Hamburgum, *Roſtokium*, *Rintelium*, *Stralſundam*, *Stetinum*, *Berolinum* adivit. Wittebergâ denuo relictâ, per *Sileſiam* in *Boruſſiam* & *Poloniam* conceſſit, atqve *Wratislaviam*, *Regiomontum*, *Dantiſcum*, *Thorunum & Cracoviam*, comite in prioribus ſibi adſcito *Benedicto Sahmio* Regiomontano, contemplatus eſt, inde cum mercatoribus Lipſiam repetens, ea relictà *Argentoratum*, per *Caſſellam*, *Francofurtum ad Mœnum*, *Marpurgum*, *Gieſſam*, *Langengönſium*, *Fridbergam*, *Vormatiam*, *Spiram* *Philipsburgum*, *Heidelbergam* &c. contendit, atqve in Academia Argentinenſi Doctores habuit *Danhauerum* In Collegio Hodoſo-

phico, Arminiano, Qvakeriano, Hermenevtico & Caſiſtico: *Sebaſt. Schmidium* in Collegio Biblico Vet. Teſt. & in Antipapiſtico Tanneriano: *Bebelium* in Colleg. Hülſemanni Breviar. extenſ. & in Diſputatorio privato Anti-Photiniano: *Scheidium* in Colleg. Græc. Nov. Teſt. M. *Brechtium* in Ebraicis: & *Joh. de Telles* in Lingva Gallica. Uti autem Excellentiſſimus Dominus Mollerus ſedulus Argentorati diſcipulus Præceptorum ſuorum, ita Doctor qvoqve fuit plurium commilitonum, Collegiis nempe V. apertis, Logico nempe, Metaphyſico, Oratorio, Poetico, Chiromantico: Argentorato diſcedens Collmariæ in Alſatiæ ſuperioris urbe, aliqvandiu conſedit, ubi trium filiorum nobiliſſimorum *Joh. Henrici Moggii* Prætoris & Protoſcholarchæ informationi addictus, *Alchimiſtico* qvoqve ſtudio, anteambulone *Petro du Pont* Pharmacopola Lugdunenſi Gallo, horâ qvotidie una alterave incubuit. Colmaria abiens Baſileam ſe contulit, conſvetudine uſus *Joh. Rudolphi Wetſtenii* S. Theol. D. & Prof. Pub. atqve potiores Helvetiæ urbes, *Tigurum*, *Bernam*, *Lucernam*, *Scaphuſiam &c.* adiit. Poſtea Argentoratum, conſpectis prius *Briſaco*, *Sledſtadio*, *Benfelda*, *Friburgo*, *Tubinga*, *Reitlinga*, *Durlaco*, *Stutgardiâ* &c. redux, *Lutetiam* petiit Pariſiorum, indeqve abſolutâ per Galliæ regnum ſic dicta peregrinatione *la grand tour*, Lutetiam repetens, auditâ novi Pontificis Rom. electione, per Sabaudiam & Statum Mediolanenſem tranſiens, Romam A. 1667. feliciter attigit, ubi *Clementis* IX. recens electi ex familia Roſpiglioſea Pontificis Romani, Coronationis ipſius & poſſeſſionis Lateranenſis adſuit ſpectator, ſimulqve in familiaritatem Patris S. J. *Athanaſii Kircheri* intimiorem pervenit. Neqve multò poſt tempore *Neapolim* itinere cum 15. aliis comitibus, præcipue Gallicis, & Clericis Polonis ſuſcepto, & *Veſuvio vaporante*, ceterisqve aliàs ibi obſervari ſolitis locis, curioſe conſpectis, Romam denuò reverſus, *Audientia* ſic dici ſolitâ *valedictoriâ*, ope *Eminentiſſimi Cardinalis Erneſti Haſſiæ Landgravii*, Patroni ſui ſummi, apud

Pon-

Pontificem S. gratioſè obtentâ, Venetias, itinere per Laurettum, Anconam, Ferrariam &c. inſtituto, contendit, qvibus etiam, aliqvot poſt dierum factam commorationem, valere juſſis, per *Tridentum*, *Brixiam*, *Auguſt. Vindel. Ulmam*, *Monachium*, *Ingolſtadium*, *Noribergam*, *Salisburgum*, *Ratisbonam*, indeqve ſecundo Danubio *Viennam*, moxqve *Poſonium* in Patriam ſuam, exultantibus parentibus, conſangvineis, patronis & amicis A. 1670. menſe Novembr. feliciter remeavit, cumqve haut aliud circa id tempus, qvam Sub-Rectoratûs officium in Gymnaſio vacaret, eidem, anno ſtatim ſeqvente, perluſtratis prius in Hungaria *Uivarino*, *Jaurino*, *Comorra*, & poſtea etiam urbibus Montanis *Cremnicio*, *Schemnicio*, *&* *Neoſolio*, admotus, annuo ferè ſpatio præfuit. Mox ingruente perſecutione Pontificia, communi Civium Poſonienſium nomine, ad Aulam Cæſaream, Religionis Evangelicæ cauſâ, deputatus, 6. menſium ſpatio, IV. Audientiis, ceu vulgò appellantur apud S. Cæſ. Majeſtatem Leopoldum glorioſæ memoriæ imperatorem, tandemqve adverſæ partis minis territus, ſolum vertere coactus, haud ſalutatis amplius aut valere juſſis Parentibus, per *Moraviam*, *Bohemiam*, *&* *Palatinatum*, iter *Noribergam* direxit; ubi uno alterove libello ſupplici Illuſtriſſimo Magiſtratui exhibito, de promotione ſua ad officium aliqvod ſtudiis ſuis conveniens ſolicitus, aliqvandiu ſubſtitit. Interea Francofurtum ad Doct. Philip. *Jacobum Spenerum*, veterem Fautorem & Amicum academicum ſe contulit; cujus commendatione ad Sereniſſimi Chriſtiani, Principis *Birckenfeldenſis* ſpartam Concionatoris aulici obeundam, vocatus qvidem, ſed qvod caſtra cum eodem ſeqvenda fuiſſent, eam in ſe ſuſcipere dubitavit. Paulò poſt autem literis qvibusdam ab Excellentiſſimis Imperii Comitibus *Gotliebio de Windiſchgrätz*, & *Rudolpho de Sintzendorf* ad Rempubl. Noribergenſ. Promotionis Mollerianæ ergo perlatis, voti ſui compos factus A. 1674. menſe Novemb. duplici functioni *Hiſtoriarum* & *Metaphyſicorum*, in Univerſitate *Altdorffina* præfectus fuit. Eqvidem offerebatur ipſi, eodem planè tempore, qvo ab Illuſtri Magiſtratu Noriberg.

gemino huic muneri admotus erat, conditio qvædam non contemnenda in Gymnaſio *Brügenſi* apud Sileſios, ſingulari L. Baronis à *Freienfels* commendatione ac Patrocinio, Sereniſſimiqve *Principis Brügenſis Chriſtiani* piæ memoriæ, gratiâ: idcirco in bivio conſtitutus, Sortes in Conſilium adſcivit, qvorum mirabili non tantum impulſu, ſed ſingulari etiam Dei inſtinctu factum eſt, ut Gymnaſticæ, licet ſatis lautæ & lucroſæ, functionem præferret Academicam. Deinde A. 1685. m. Novemb. in conjugium asſumta Virgine lectiſſimâ *Annâ Sibylla Braunia*, civis Noriberg. filia unicâ, officii à Curatoribus Univerſitatis ſibi demandati partes pro viribus implere ſtuduit. Interea in Collegium *Hiſtoriæ Imperii*, & in Colleg. Naturæ Curioſorum ſub nomine *Solini*, nec non in Collegium Italiæ *Recuperatorum*, cooptatus eſt. Uxore autem A. 1691. improle qvidem, at beate defunctâ, alteram vitæ ſociam, Nobilem ac eruditam Virginem, *Helenam Sibyllam*, Joh. Chriſtophori *Wagenſeilii* J. U. D. ac in Acad. hac Altdorfina Juris Publici, Canonici, Lingvarumqve Orient. Profeſſoris Publici famigeratiſſimi, Præceptoris qvondam mei in Jure qva Publ. qva Canonico, poſt fata etiam ſummè venerando, filiam unicam, A. 1692. m. Octob. ſibi adjunxit, qvæ uti ob eximiam lingvarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, aliarumqve exoticarum; in Orbe literario nomen ſibi decusqve peperit eximium, ita in Chriſtoph. Chriſtiani Hendelii h. t. S. Theol. Doctoris & Superintendentis Generalis Eccleſiarum per Marchionatum Onoldinum, meritiſſimi, Diſputatione de *Claris Germaniæ Mulieribus*, *heic loci A. 1689. habita*, non ſine Præconio inter easdem meruit connumerari. Poſtea ſub anni ſeqventis principio, Gratiâ peculiari, Rom. Imperatoris Leopoldi, glorioſæ recordationis, auctus, ſplendidiſſimam Comitis Palatini dignitatem, præter omnem ſanè ſpem & opinionem ſibi collatam eſſe intellexit, beneficio potiſſimum Dni. Soceri ſui procuratam. Ambas Uxores nactus eſt ingenio ſuo ac moribus egregiè reſpondentes, eaqve propter uti ſine liberis, ſic & ſine lite torum coluit conjugalem, Diſticho identidem ſe ſolans hocce:

Qvi

Qui nulli debet, fortunatiſſimus hic eſt,
proximus huic *Coelebs*, tertius *Orbus* erit.

Reliqvum Vitæ ejus curſum, uti ulteriori ſupremi Numinis directioni, toto ex animo commendo; ita ut fata virtutibus ſuis reſpondentia ad finem usqve vitæ in Reipublicæ literariæ emolumentum, Univerſitatis hujus ornamentum, & ſtudiorum Juventutis academicæ incrementum, experiatur qvam mitiſſima corditùs voveo.

Opuſcula, hunc celeberrimum Virum autorem habentia:

Retorſio ad criminationes Eliæ Schnegaſſii. Vitteberga A.1667. Scripta. in 12. De Bohemico nihilo Alchymiſtico. Coloniæ 1667. 12. Meditatio Stoica de Conditione temporis præſentis, ad Amicum. Francofurti. Mœn. 1673. 12. Meditatio de Inſectis qvibusdam Hungaricis prodigioſis, anno proxime præterito, ex aere una cum nive in agros delapſis. Ad Amicum A. R. M. Ibid. 1673. 12. Horaria Meditatio Qvæſtionis: Num S. Pauli caput I. ad Rom. ſine profanorum Autorum, maximè Petronii, *cognitione, intelligi qveat? Ad Amicum. Altdorfii 1674. 12. Opuſcula Ethica & Problematico Critica Francof. Moen. 1674. 12. Opuſcula Medico-Hiſtorico-Philologica Ibid. 1674. 12. Gvilielmi du Val. Synopſis Analytica Metaphyſicorum Ariſtotelis, curâ noſtri Molleri edita. Altdorfii. 1677. 8. Menſa Poetica. Ibid. 1678. 12. Indiculus Medicorum Philologorum ex Germania oriundorum. Ibid. 1691. 4. Libellus Sapientiæ Salomonis verſibus Hexametris redditus à* Iacobo Calphillo, Anglo, S. Theol. Doct. *luciqve publica expoſitus à Dn. D. G. Mollero. Ibidem: Cui annexa eſt Epiſtola Judæ Carmine Elegiaco, ab eodem Dn. Mollero reddita. Luſus Metrici de Bubula. Noriberga 1701. 4.* Betender *Daniel*: das iſt / ein kurtzer Begrif andächtiger Gebethe / auf die bey den Gelehrten bekante *IV. Facultaten* gerichtet. *Cölln. 1666. 12.*

Pſeudonyma: *Auſonii Morelli Trutina doctorum & Doctorum, Macerata. 1665. 12.* Presburger Kirchen und Schulen

len Verluſt. Das iſt Wahrheits-gegründete Anzeig / wie u. auf was Weiſe zu Preſpurg / in der Nieder-Ungariſchen Haupt-Stadt / einer daſelbſt ſich befundenen Uncatholiſchen Gemeinde anfangs Kirchen und Schulen *Poſſes diſputir*lich gemacht / und endlich nach mehr als halbjährigen *Action* mit gewehrter Hand ab- und eingenommen worden. Männiglich zu beſtendiger Nachricht und wahrhaften Unterricht in öffendlichen Druck gegeben von *Reimundo Rimando. 1673. 4.* *Chriſtian* Wegholds treuhertzige Errinerung an alle *ſtudiren*de Teutſche / abſonderlich die ſo der Heil. Schrifft ergeben ſind / daß Sie die Italieniſche Reiße mit gebührender Vorbereitung in Namen GOttes antretten / ſelbige mit beſtändiger GOttesfurcht und geziemender Vorſichtigkeit fortſetzen / und endlich mit gewünſchten Nutzen / auch jedermans frolocken / glücklich vollenden mögen. *A. 1668. 4.* De qvibus ſingulis conſuli poteſt *Vincent. Placcius* Theatr. Anonymor. & Pſeudonymor. ibiqve Liber de Scriptorib. Pſeudonym. Detect. fol. 418. num. 1572. fol. 468. n. 940. fol. 535. n. 2302. fol. 543. n. 2362. fol. 615. n. 2878.

Seqvitur *Catalogus Diſputationum* ejusdem Acad. typis publicis evulgatarum, & qvidem præmiſſis prius iis, qvas ille ipſe alieno ſub Præſidio Autor & Reſpondens exhibuit: 1. *Poſitiones Hiſtoricæ, ſub Præſidio Ægidii Strauchii S. Theol. D. & Mathemat. PP. Vitteberga. A. 1662.* 2. *Eliæ Schnegaſſii Facilis diſputandi modus, h. e.* Nova Logica, *in qva ſine omni Converſione, Figura, Modo, Æqvipollentia, aliisqve tricis, Ars diſputandi docetur, ita, ut qvilibet eam facile addiſcere qveat. Cum antiqva collata; ſub Præſidio Georgii Meieri Phil. Adjuncti, Autore & Reſpondente* Dan. Gvil. Mollero. *Witteberga. 1662.* 3 *Poſitionum Metaphyſicarum Septenarius. Præſide Chriſt. Trentſchio Log. & Metaph.* PP. *Vitteberga 1663.* 4. *Diſputatio Metaphyſica* de Perſona. *Præſide* M. *Georgio Wagnero*, *Philoſ. Adjuncto. Ibidem 1662.* 5. *Diſputatio* Metaphyſica de Re, *abſoluto Entis Synonymo.*

mo. Præſide ipſo Dan. Gvil. Mollero, Reſpondente, Georgio Dudari, *Hung. Sárváriensi. Ibid. 1663.*

Altdorfii autem conſcriptæ, ſubqve ejusdem Præſidio ventilatæ & typis in forma 4. impreſſæ ſunt *Dispp. ſeqq.*

1. *De Synoride, Reſpondente* Dan. Lechnero, *Poſonienſi Hungaro. A. 1673.* 2. *De Salamandra, Reſpond.* Joh. Paulo Wurfbein. 1677. 3. *De Fabula* Monteſiaſconia ∴ propter nimium Eſt, Eſt, Dominus meus mortuus eſt, *Diſqviſitio Hiſtorica. 1680.* 4. *Dodecas Diſputationum ex Prima Sapientia depromptarum. 1683.* 5. *De Indiſſolubili nexu Philoſophiæ cum Jurisprudentia. 1684.* 6. *de Fatalibus Perſonarum Nominibus. 1685.* 7. *De Veritate Rei. 1687.* 8. *An Cauſa per Accidens ſit vera cauſa? 1687.* 9. *De Philoſophia Effectiva. 1688.* 10. *De Magis Chriſtum adorantibus. 1688.* 11. *Theologia Naturalis, Metaphyſica Metamorphoſis 1689.* 12. *De Ominoſis Diebus Dominicis. 1690.* 13. *De Terminorum Metaphyſicorum Uſu in Theologia 1691.* 14. *De Luctu. 1691.* 15. *De Hiſtoria Poſitiones. 169 .* 16. *De Amazonibus, 1692.* 17. *An cadat in DEum*, Potentia *Paſſiva.* 1692. 18. *De Typographia.* 1692. 19. *De Characteromantia.* 1693. 20. *De Septem Dormientibus.* 1694. 21. *De Titulo Chriſtianiſſimi.* 1694. 22. *De Opſimathia.* 1694. 23. *De Arnaldia. 1694.* 24. *De Titulo Catholici.* 1695. 25. *Poſitiones Miſcellaneæ.* 1695. 26. *De Scytala Lacedæmoniorum.* 1695. 27. *De Angariis.* 1696. 28. *De Septem primis Diaconis.* 1696. 29. De *Finibus Hominis & Naturæ. 1696.* 30. De *Tribus Regni Sveciæ Coronis.* 1696. 31. De *Labaro Conſtantiniano.* 1696. 32. De *Artifice ſummi Naturæ Opificis Æmulatore.* 1697. 33 De *Cognitione ſui.* 1698. 34. De *Juramentorum Judaicorum à Chriſtianis tam acceptorum, qvam exactorum, Fide & Moralitate. 1698.* 35. De *Gigantibus.* 1698. 36. De *Terrore Panico.* 1699. 37. De *Qvatuor Evangeliſtis.* 1699. 38. De *Duabus Columnis Sethianis.* 1699. 39. De *Malleolo Jobeleio.* 1700. 40. De *Jobeleo Lutheranorum.* 1700. 41. De *Monachorum Origine, incremento,*

Digitized by Google

& Decremento. 1700. 42. De Tranſilvania. 1700. 43. De Titulo Defenſoris Fidei. 1700. 44. De Bibliotheca. 1700. 45. De Seculo. 1701. 46. De Statuis loqventibus. 1701. 47. De Annulo Trinitario, vulgò Dreyfaltigkeits-Ring. 1701. 48. De Manuloqvio. 1702. 49. De Memphimœria. 1702. 50. De Oculiloqvio. 1702. 51. De Columna ad qvam Jeſus flagellatus fuiſſe perhibetur. 1703. 52. De Hiſpania. 1703. 53. De Publicanis 1703. 54. De Orcane. 1704. 55. De Technophyſiotameis, von Kunſt und Naturalien-Cammern. 1704. 56. De Caſtro Rothenberg. 1704. 57. De Lucernis. 1705. 58. De Nuce Conſcientiæ Tintinnabulo. 1705. 59. De Pediloqvio A. 1702. 60. Lamprandologia Noribergenſis. 1706. 61. De Anemocetis. 1707. 62. Mare Maſorethicum infidum. 1708. 63. De Aliqvid. 1708. 64. De Expeditionibus Cruciatis, vulgò von Creutz Fahrten. 1709. 65. De Titulo Rex Regum. 1708. 66. De Duodecim Judicibus Iſraelitarum. 1709. 67. Argumentum Carteſii pro Exiſtentia Dei probanda, ex idea Dei innata deſumtum & ab objectionibus liberatum. 1710.

I. Diſputatio Hiſtorica De Sebaldo. Anno 1695. 2. De Q. Curtio. 1683. 3. De Cornelio Nepote. 1683. 4. De Saluſtio Criſpo 1684. 5. De L. Annæo Floro. 1684. 6. De Juſtino. 1684. 7. De Valerio Maximo 1684. 8. De Cajo Svetonio Tranqvillo. 1685. 9. De Vellejo Paterculo 1685. 10. De S. Aurelio Victore. 1685. 11. De Eutropio. 1685. 12. De Ammiano Marcellino. 1985. 13. De Paulo Diacono. 1686. 14. De C. Cornelio Tacito. 1686. 15. De M. A. Caſſiodoro. 1686. 16. De Severo Sulpitio. 1686. 17. De Flavio Vopiſco. 1687. 18. De Sexto Rufo. 1687. 19. De Ælio Spartiano. 1687. 20. De C. Julio Cæſare. 1687. 21. De Tito Livio. 1688. 22. De Æl. Lampridio. 1688. 23. De Plinio Secundo. 1588. 24. De Julio Capitolino. 1699. 25. De Marco Val. Corvino Meſſala. 1699. 26. De Trebellio Pollione. 1689. 27. De Paulo Oroſio. 1699. 28. De Volcatio Gallicano. 1690. 29. De Sexto Julio Frontino. 1690. 30. De Jornande. 1690. 31. De Qvinto Fabio Pictore. 1690. 32. De Lucio Apulejo Madaurenſi.

renſi. 1691. *33. e Julio Exuperantio.* 1691. *34. De Julio Cæſare Bulengero.* 1691. *35. De Johanne Annio Viterbienſi.* 1692. *36. De Johanne* Meurſio. 1693. *37. De Maſurio Sabino.* 1693. 38. *De C. Julio Solino.* 1693. 39. *De C. Fannio.* 1692. 40. *De Bartholomæo* Platina. 1694. 41. *De Abbate Urſpergenſi.* 1694. 42. *De Franciſco Hotmano.* 1695. 43. *De Barnaba Briſſonio.* 1696. 44. *De Johanne Carione.* 1697. 45. *De Onuphrio* Panvinio. 1697. 46. *De Johanne Sleidano.* 1697. 47. *De Johanne Nauclero.* 1697. 48. *De Angelo* Politiano. 1698. 49. *De Johanne Aventino.* 1698. 50. *De* Marco *Antonio Coccio Sabellico.* 1698. 51. *De Antonio Bonfinio.* 1698. 52. *Vitæ Curriculum Georgii* Philippii *Harsdörferi.* 1707. 53. *De Moſe* Philoſopho. 1707.

Neqve verò dubitare velim, plures adhuc alias ſelectioris argumenti *Diſputationes*, ejusdem Viri operâ in lucem prodituras, dummodo Reſpondentium, & Expetentium eas, numerus aliqvis ſe ſe obtulerit, vitamqve ipſius Deus prorogaverit, qvod ut fiat, votum meum eſt caldiſſimum.

Recenſitis hiſce Diſputationibus P*rogrammata* qvoqve rarioris materiæ Molleriana ſubjungere placet, qvæ præter plura qvidem alia, calamo duntaxat exarata, & publicè affixa, typis qvoqve ſunt excuſa, videlicet: *1. De Hiſtoria noſtri Seculi, impreſſum Altdorfii A.* 1646. *in. 4. 2. Programma de Jobeleis.* 1678. *fol. 3. De Præparatione Abiturientium in Italiam.* 1769. 4. *4. De* Mirabilibus *Fulminum Operationibus.* 1681. *fol. 5. Promulſis Artis Heraldicæ, exhibita* 1681. 4. 6. *De Deſpotico Ludovici XIV. Galliæ Regis Imperio.* 1682. *fol. 7. Invitatio ad Controverſias* Metaphyſicas. 1686. 4. 8. *De Diebus Criticis.* 1688. *f. 9. De Literarum Dignitate.* 1689. *fol.* 10. *De Incendio ſine exemplo.* 1689. 11. *De Fortium Virorum præmiis, in* Mauroceno *Militiæ Venetæ Imperatore adumbratis.* 1689. *fol.* 12. *Programma Panegy-*

Digitized by Google

negyrica Orationi Funebri Johannis Georgii III. Electoris Saxoniæ, à Dn. Euchario Gottlibo Rinkio *t. t. Juris Stud.* (*nunc J. U.* D. *& Juris Publici atqve Canonici hujus Univerſitatis celeberrimo*) *habita, Altdorfii.* 1692. *præfixum. fol.*

Ceterum haut prætereundum erit, Mollerum noſtrum, qvo paucioribus, eo certioribus Fautoribus atqve Amicis uſum fuiſſe, in qvibus eminuiſſe dixerim *Philip. Jacob. Spenerum*, *Anton. Reiſerum*, Mart. *Mezgerum*, *Joh. Paul. Wurfbeinium*, *Georg. Meierum*, *Vincent. Placcium*, *Athanas.* Kircherum, P. *Soc. J. Joh. le Tellier* P. *Soc. J. Vannovicium P. Ord.* Benedict. *Ioh. Rudolph. Wetſteinium*, *Theod. Ianſon. ab Almeloveen*, *Ioh. Fabricium*, *Georg. Francum*, *Eliam Thomæ*, *Ioh. Frid. Magnum*, *Ioh.* Henr. *Horbium*, *Iul. Alexandr. Torqvatum Lib. Baronem Novillæ*, qvi Tetradiſticho, qvod effigiei dicti *Molleri* æri inciſæ apponi curavit, amorem, qvo eum ipſum proſeqvebatur, ſatis ſuperqve viſus mihi eſt declaraſſe, verbis tali ſerie metro innexis:

Qvod mortale cluit, Mollere, *heic ſculpſit Apelles,*
Immortale qvod eſt, non capit Artis opus:
Elogia. *Unius exemplum Vultus dat, & alterius Mens,*
Vultus in Effigie; Hac noſcitur Ingenio.
Roma caput mundi; tum Magni Cæſaris Aula,
Intuitu amborum TE coluere Virum:
Altdorfum tandem Te juſſit munere fungi
Doctoris: *ſervet Vultum Animumqve* Deus!

Molleriani Nominis ac Virtutis cultor & amator Achates, *Iulius* Alexander *Torqvatus*, Lib. Baro. Novyllæ, Sacr. Cæs. Maj. Conſiliarius & Colonellus.

M. Valentinus Sutorius Eccleſ. Römhildenſis Paſtor, ac vicinarum Superintendens, in Carmine qvodam Gratulatorio publicis typis, Altdorfii 1674. excuſo:

Resqve adeo patet, ut Legati munere functus,
Sis coram ipſo auſus Cæſare tute loqvi.

Perge

Digitized by Google

Perge Tua patria juſtam defendere cauſam,
Fataqve victuris tradere perge Libris.

Pietatis & amoris penè filialis inſtinctu, non poſſum mihi temperare, qvin adductis iſtis de *Mollero* noſtro *Elogiis* & *Iudiciis*, Epiſtolam quoqve adjiciam à B. Georgio *Paulo Röttenbeccio, Prof. h. l. Publico, Præceptore & Fautore* venerando, (*Genero qvondam B. Joh. Pauli Felvingeri*): paucis ante obitum Anni 1710. beatiſſimi diebus benevolè mihi communicatam, qvæ uti compendio laudatiſſimi noſtri *Molleri* ſingulares, tum animi dotes, tum itinera feliciter confecta complectitur; ita patrocinium pariter exponit, qvo illuſtris *Respublica Noribergenſis* Eum ſuſceptum admovit Academiæ, qvæ omnia eo tendere arbitror, ut hactenus de Eodem à me prolata, fidem mereantur ſine omni exceptione majorem.

Inſcriptio ejus Epiſtolæ erat ſeqvens

Viro Nobili atqve Excellentiſſimo Domino *Ioh. Paulo Felvingero, Philoſophicæ Facultatis h. t. Decano & Profeſſori Publico. Domino plurimum honorando. Altdorfii.*

Abitum ad Vos parat Clariſſimus atqve Præcellentiſſimus Dominus Mollerus, Vir non vulgaris eruditionis, qvi Galliam, Italiam, Britanniam, Belgium cum Germania, Hungaria & Polonia, non curioſo ſaltem (*pro ſeculi noſtri more*) ſed prudenti oculo utilisſime luſtravit, aulas præcipuè Leopoldi Auguſti munere Legati Syndicíqve, pro conſcientiæ libertate Patriæ relinqvenda, fungens, penitius introſpexit, ſibiqve ob fidei conſtantiam, morum ſanctimoniam, Religionisqve defenſionem, apud multos etiam heterodoxos primos Majeſtatis miniſtros tantam gratiam conciliavit, ut optimè meritum, calidiſſimis qvæ jubere poterant precibus, illuſtri noſtro Senatui commendarint. Ego tantorum ſtudia tacite miratus, vix ulla re Virum juvare potui, qvia noſtri Atlantes Generoſi Septemviri, *Baumgartnerus* & *Fürerus*, nobilisſimiqve Sch. larchæ & pleriqve reliqvi Patres Conſ. tam benigne tantoqve ſtudio ejus protectionem, jam tum ſuſceperant, ut im-

becilli fulcimento meo haut opus fuiſſe viderim. Et cui bono Panegyricum ſcribo? laudemqve è patronorum numero accerſo? ipſemet Tu Vir Excellentiſſime talem qvem ſcripſi reperies vel majorem, ſi meæ reſponderis fiduciæ; ego enim conſilium petenti, cujus Altdorfii eligeret convictum, TE Tuosqve ob ſingularem humanitatem, ſinceritatem atqve moderationem jure meritoqve adeo (*uti ſemper*) laudavi, ut jam ingenti deſiderio Tecum vivendi teneatur. Facies igitur rem mihi gratiſſimam, ſi *Mollerum* noſtrum humaniter ſuſceperis, Tua domo, (*ſi licet*) atqve menſa perfrui conceſſeris: Ego pro tam inſigni beneficio (qvod non ſecus, ac ſi in me collatum fuiſſet, æſtimabo) promta parataque officia mea ſpondeo, occaſionem expectaturus, qva ſperatum favorem, Tibi Tuisqve inſerviendo, referre poſſim. Ita vale, Vir Excellentiſſime & me ama.

Tuæ Excellentiæ

Noriberga 23. April. 1673. *inter multas occupationes raptiſſimè.*

addictiſſimus

Joh. Paulus Ebner.
Illuſtris Reipubl. Norib. Senator.

Cenſuras *verò qvas de Viri hujus doctiſſimi Diſputationibus, ſpeciatim de* Autoribus Claſſicis *conſcriptis, hactenus colligere potui, hoc lubet ordine proferre:*

Judicia. *Ex Literis Maximè Reverendi Viri Dn. Ioh. Fechtii SS. Theol. Doct. & Prof. P. in Academia Roſtochienſi, ad Dn. D. Wagenſeilium 1695. d. 7. Febr. exaratis, qvarum copia in familiari colloqvio de Diſputationibus Mollerianis, cum beato hoc meo Præceptore habito, mihi facta eſt:* Venit nuper in manus meas una alteraqve *Molleri* Veſtri Diſſertatio, vitam *Bulengeri*, & *Meurſii* complectens. Talem tantamqve in deſcribendis Doctorum vitis dili-

diligentiam nunqvam hactenus conſpexi. Bone Deus qvantæ utilitatis foret, unam alteramqve talium edi Centuriam: Fortè Te monitore ad talia adponeret animum, Vir omnibus & induſtriæ & judicii reqviſitis ad id opus inſtructus.

Ex ejusdem D. Fechtii Literis ad eundem D. Wagenſeilium 1699. d. 6 *Martii Roſtochio Altdorſium perſcriptis:* Veneror coloqve eruditionem *Dn. Prof. Dan. Guil. Molleri*, cujus omnes Diſputationes, qvas undecunqve conqvirere poſſum, tanqvam cimelia aſſervo. Bone Deus, ſi Vir ille ita pergeret, tam curioſè, tam exactè Virorum eruditorum Vitas enarrare, ut in compluribus æterna cum Nominis ſui gloria id præſtitit, qvi labor me nonnunqvam non tam in admirationem, qvam ſtuporem adducit, tum verò omnes illas Vitas in unum congereret grandem Librum, ſimile profectò qvid in hoc eruditionis genere nunqvam lucem conſpexiſſet.

Ex ejusdem D. Joh. Fechtii Literis ad Dn. M. Nicolaum Norby, Suecum, SS. Theol. Candidatum, Jenam A. 1700. d. 19. Febr. ſcriptis: Eſt in eadem Academia Altdorfina *Dan. Guiliel. Mollerus*, P. P. Vir curioſiſſimæ variæqve Eruditionis. qvem ex Diſputationibus ejus rarioribus noſti ſine dubio. Hujus, allegato nomine meo, utere conſvetudine, Tibi omnino in plurimis non parum profutura.

Idem Dn. D. Joh. Fechtius in Collegio MSto. Hiſtoriæ Eccleſiaſtica ad Summarium Rechenbergii. Seculo IV. §. 10. In Altdorfina Academia *Dan. Guil. Mollerus P. P.* Diſputationes plurimas edidit incomparabili diligentiâ ſcriptas. Et §. 10. Diſputationem Dn. *Molleri* noſtri de Labaro Conſtantini doctiſſimam vocat. *Et alio in loco ejusdem Collegii:* Recentiores Antiqvarios *Dan. Guil. Mollerus*, P. P. Altdorfinus incomparabili diligentia deſcribit libris, editionibus &c. id qvod ingens eſt momentum ad omnem eruditionem.

B. Doct. Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius, in Pera Librorum Juvenilium, Locul. 3. Synopſ. Hiſtor. Univerſ. Parte altera p. 167.

Cete-

rant, Speciminibus, ut inter ſolidiſſimæ Tuæ eruditionis cultores calidos principem mihi locum ſemper aſſignaverim. *Et Ibidem circa finem:* Cui (Nob. D. Chriſtio, J. U. Lic.) tam licet eſſe felici, ut inter eos numeretur, qvi Tibi ſunt à latere, & colloqviis Tuis familiaribus fruuntur maximè ſalutaribus ac eruditis.

In illa ipſa Decade Epiſtolarum Epiſtol. VII. Joh. Hieronymus Wurfbain J. U. D. *attulit ſeqq.* Eſt autem qvod in chartaceo hoc æqvore ad Te navigare mihi propoſui, ratio & cauſa non ſolum in neceſſitudine affinitatis, qvam inter nos habemus, ſed & in certa ac freqventi fama, qvam etiam Scripta Tua, qvotqvot mihi legere felicitas conceſſit, magis magisqve adaugent, de inexhauſta Tua Eruditione, & admirabili humanitate, ac promptitudine, de magna, qva abundas, copia ſcientiæ, aliis indigentibus aliqva informatione, & qvidem in puncto qvodam hiſtorico controverſo communicandi poſita.

Præterea eadem in Decade Epiſtola num. X. ultimaqve à Michaele le Tellier P. è. Soc. Jeſu, Collegii Pariſ. *de A. 1682. ſcripta exhibetur*, in qva ſane egregia virtutum *Mollerianarum* lemmata occurrunt, verbis conceptis ſeqventibus: Non poſſum diſſimulare, qvam grave ſit, qvod Te adeò carum mihi caput, alienis in caſtris adhuc video, & qvantum ad voluptatem legendi Tuas Literas, deqve noſtra amicitia cogitandi accederet, ſi ſperare liceret, non eſſe illam brevi iſto vitæ mortalis curriculo definiendam. Qvæ ſi à me intempeſtive parumqve prudenter dicta videbuntur, ignoſcas obſecro, Vir Clariſſime atqve amantiſſime, cupienti mihi æternam eſſe, qvæ modo ſvaviſſima mihi eſt, noſtram amicitiam. Sed qvod per alios efficere Deo viſum non eſt, hoc Tibi per Te ipſum aliqvando largiri, ut ſpero, dignabitur. Id enim ut ita fore confidam, facit candor ille ac ſinceritas animi qvam in Te agnoſco ſingularem, & Ingenium præſtans qvod in Te eſt cum eximia conjunctum Eruditione; qvibus præſidiis qvid verum ſit, & aſſeqvi facile poteris propitio Numine, & agnitum profiteri voles.

Enimvero mea jam pietas, reverentia, amorqve efflagitaret, ut qvanto in pretio *Mollerum* meum ſemper habuerim, habeamqve, qvantumqve reconditiori ipſius doctrinæ, ac polymathicæ eruditioni tribuam, prolixiore verborum apparatu exponere, inqve debitas eapropter virtutum laudes excurrere; ſed cum de inſigni ac admirabili illius modeſtia, atqve gloriolæ undecunqve adſcitæ deteſtatione, omnisqve laudum qvarumcunqve aucupii averſatione, ſatis mihi ſuperqve conſtet, nolo incomtis meis præconiis eum onerare magis, qvam honorare; ſed qvò brevioribus, eò ſincerioribus verſiculis hiſce extemporaneis votum meum comprehenſum ſubnectere:

In Tua *præclare ac excellentiſſime* Moller,
Qvo qvæſo fungar carmine facta bona?
Hactenus in Studiis conſtans Cynoſura fuiſti,
Hac eadem porrò ſis maneasqve mihi!
Numen compenſet Summum valetudine firmâ
Qvæcunqve accepi à dexteritate Tuâ.
Vivet Molleri *celebratum nomen in ore*
Usqve meo, ſemper vivat in orbe & idem!

Monaldus, *Juſtiniapolitanus Dalmata*, Theologus & JCtus, Archiepiſcopus Beneventanus ex Ordine Minor. aſſumtus, vid. *Willot. Athen. Franciſc. p. 271. Labb. p. 95. Gerh. p. 625.* Autor
Scripta. *Summæ Juris Canon. Monaldinæ, aureæ dictæ. Summæ item Caſuum & Qvæſtionum in Libb. Sententiarum.* Lugduni. 1516. 8. Floriut A. 1332. Diverſum ab hoc eſſe Monaldum Aconitanum, Ordinis Minor. A. 1288. martyrio coronatum, docet *Labbæus* l. c. At Bellarminus, Willotus, aliiqve, unum è duobus faciunt. *Conf. Olearius in Abaco Patrol. p. 317. Qvenſtedius in Dialogo de Patriis Illuſtr. Vir. pag. 264.*

N. Na-

N.

Nadányi Johann *Nobilis Hungarus* de *Keres - Nadány*, concinnavit *Florum Hungaricum, ſive Rerum Hungaricarum ab ipſo exordio ad Ignatium Leopoldum deductarum Compendium, impreſſum Amſterodami A. 1663. in 12.* *Scriptum*

de *Nádasd* Franciſcus, Perpetuus qvondam Comes (i. e. hæreditarius, *ſecundùm Stylum Curiæ Hung.*) Terræ *Fogaras in Hungaria:* Judex Regiæ Curiæ. Religionis Evangelico-Lutheranæ, qvam in Juventute profitebatur virili, in ætate immanis extitit perſecutor, aſſentatorum enim caterva inflammatus, ex Inferioris Hungariæ cis atqve trans Danubianis partibus Evangelicos Sacerdotes, contra Diploma & Juſſum Regium, ultra qvadraginta ejecerat, & eorum Ædes ſacras occupaverat. In Cæſarem tandem ipſum & Regem Hungariæ piiſſimum *Leopoldum*, glorioſiſſimæ memoriæ, clandeſtinis perfidiam exercuit machinationibus, & immemor ingentium ab eodem acceptorum beneficiorum, honorum, dignitatum, aliarumqve complurium eminentium gratiarum regalium, immemor etiam præſtiti à ſe juramenti fidelitatis & obligationis intemeratæ, per deteſtandam ambitionem, execrandamqve temeritatem, conſpiratione contra Sacratiſſ. Cæſ. atqve Regiam Majeſtatem cum Turcis inita, motibusqve inteſtinis in Hungaria excitatis ex uno in aliud ſcelus prolapſus eſt, ita ut perduellionis atqve atrociſſimi criminis *Læſæ Majeſtatis* convictus, in Judicio criminali *Viennæ* hujus ob cauſam peculiariter inſtituto, omnis honoris ac dignitatis jure privatus bonisqve omnibus Fiſco addictis, ad gladii ſupplicium condemnatus fuerit, executione per carnificem *ibidem*, publica in urbis curia 1671. die. 30. Aprilis peracta. Plura eaqve ſpecialia hac de re legi poſſunt, in *Vera & deducta Deſcriptione Criminalium Proceſſu-*

um & ſecuti ſupplicii in tres reos Comites Franciſcum de Nádaſd, Petrum à Zrini, & Franciſcum Chriſtophorum Frangepani, *qvæ Viennæ, typis Matthæi Coſmerovii impreſſa eſt A. 1671. in fol. 15. complectens philyras.*

Sub hujus Comitis de *Nádaſd* nomine prodiit Noribergæ *Baſiliographia Hungarica*, ſtylo lapidari elegantiſſimo juxta & li-*Scriptum* matiſſimo elaborata, cujus titulus eſt: *Mauſoleum* Potentiſſimo-*rum ac Glorioſiſſimorum Regni Apoſtolici Regum & Primorum militantis Hungariæ Ducum, vindicatis à mortuali pulvere reliqviis, ad gratam apud poſteros memoriam, à pIo & IVſto patrIæ DoLore ereCtVM, cum verſione Operis germanica. Noribergæ, apud Michaelem & Johannem Fridericum Endteros A. 1664. in fol.*

THOMAS de NADASD,

COMES PALATINUS REGNI HUNGARIÆ.

EX vetuſta Comitum *Potsenedios* proſapia, antea qvidem clara & illuſtri, ſed injuria poſtea temporis, ut ſunt res humanæ, perpetuis fortunæ vicibus obnoxiæ, attenuata, & ad ordinem Eqveſtrem redacta, oriundus, Patre *Franciſco*, ſub Rege Matthia, certi ordinis cataphractorum ductore, qvi *cum prima literarum rudimenta* puer domi, privata inſtitutione imbibiſſet, adoleſcens cura Parentum *Gracium* Metropolim Styriæ miſſus, *principia artium & reliqvarum liberalium diſciplinarum*, unà cum lingva Germanica, qvam perfectiſſime calluit, hauſiſſet, inde adultior factus, ope *Stephani Török* avunculi, primò Bononiam, poſtea Romam profectus, *complures annos in ſtudiis Philoſophicis* tranſegit, confirmatoqve multarum præclararum rerum, & lingvæ Italicæ cognitione, judicio, à *Thoma Cardinale*

Caje-

Digitized by Google

Cajetano, à Summo Pontifice ad ſolicitandam apud Regem Ludovicum funeſtam & Hungaris perpetuo luctuoſam Expeditionem contra Solimannum, in qva Rege ipſo cæſo, omnis flos militiæ & nobilitatis hungaricæ cecidit, miſſo, pro interprete aſcitus, in patriam rediit, & ab eodem Rege commendatus Secretarii munere magna cum laude eſt functus, tantiqve apud Regem brevi factus, ut Legatum miſerit *Spiram*, ad Carolum V. & reliqvos Romani Imperii Principes, comitia agitantes, ſolicitatum auxilia contra Turcam jam antea promiſſa, ubi diu detentus, & non niſi inani ſpe dimiſſus, cum vix Regni fines attigiſſet, rumore perditi Regis & deleti univerſi Exercitus paſſim diffuſo, Commarinum rectà contendit ad Reginam Mariam, qvorſum illa Regem in Expeditionem profectum, unà cum *Joanne Bornemiſza*, Nutritio Regis, homine jam tum ſenectute gravato, ceterum ab initio ſingulari ſapientia, & gravitate, ac magna rerum experientia clariſſimo, ob eas dotes, ab Vladislao Caſimiri morituro præ reliqvis Baronibus Liberorum & Regni curæ Præfecto, belli finem illic expectatura, ſecuta fuerat, unde tumultuaria navigatione, magna omnium trepidatione arrepta, & navibus aliqvot Regia gaza onuſtis ſubmerſis, Poſonium pervenientes, poſtqvam bonus Senex, & mortem Regis acerbiſſimè intemperantiſſimeqve ſe affligendo, ferret, & de Regni ſtatu conſtituendo, animo fluctuaret, *Nádasdium* præ ceteris omnibus delegit, qvem *ad Annam germanam Ludovici Regis ſororem*, jam antea Ferdinando Archiduci Auſtriæ nuptam, accedat, & ad maritum, & ipſum de obtinendo Regno, per mortem fraternam in ſe devoluto, tum qvorum Magnatum operâ & autoritate facilius conſeqvi poſſit, edoceat, Vaivodam ſiqvidem Tranſilvaniæ haud dubie de eo præripiendo, modis omnibus, niſi maturaverint, laboraturum, qva in Legatione prout ſingularem fidei ingeniiqve dexteritatem *Thomas Nádasdi* erga patriam futurumqve Regem declaravit, ita magnam, tum apud ipſum & conjugem ejus, tum omnes publicæ ſalutis amatores gratiam & benevolentiam ſibi comparavit. Porro *Ludovico* in die

qvæ memoria decollati *Joannis Baptiſtæ* eſt ſacra, cum copiis deleto, *Vayvoda* complurium Optimatum congregatis utplurimum ſtudiis & ſuffragiis, *pridie Martini*, tumultuarie propemodum ſe in Regem inaugurari fecit, *Ferdinandus* ab alia parte, adjuncta ſibi ſaniore Baronum parte, & à fratre Carolo V. adjutus, ineunte anno, magnis cum copiis venit, & diadema Regni legitima electione, & magna omnium comprobatione, ſibi delatum, menſe Novembri ſuſcepit, inde Budam contendens, expeditum habuit ingreſſum, Rege *Ioanne* in Poloniam, ejus metu, ſe recipiente, ubi conſtitutis publicis, qvæ temporis brevitas ferebat, rebus, Viennam redit, obeunteqve rerum multo ante *Ioanne Bornemiſza* Caſtrum Poſonicum, ab eo in Præfectura tritum recipit, & Caſtra Comitatûs *Ioanni Zalai* attributa, Caſtellaneatus Budenſes *Thomæ Nadasdio* cum imperio defert, addita ſpe Caſtri ejusdem Fogaras perpetuo ſibi deferendi. Cumqve populari rumore percrebuiſſet, *Solimannum* ad preces *Regis Ioannis* Budam ſine mora obſeſſam & acceptam ei redditam, idqve denuo impugnari, re qvoqve ipſa comprobari, reaqviſitis & recuperatis rebus fruſtra obſideri variis omnibus, nihil eorum, qvæ vel prudente ac forti Duce, vel milite animoſiſſimo digna fuerunt, neglexit, verùm fato res hungaricas ad excidium trahente, dum impreſſioni Turcarum ipſe ab una parte, cum circa militum cohorte reſiſtit, & manibus jam antea qvaſſis, & bombardarum pilis pertuſis ſubeuntes rejicit, ab alia parte cohors Germanorum, hoſtem inter ipſam dimicationem *Handio* oratione deditionem ſvadente, & cum vita immunitatem eum & facultatum libertatem pollicentem, admiſit, qvi eodem cum Germanis impetu irrumpens, Caſtellanum, & qvi ſecum dimicabant, inopinato adorientes, compluribus cæſis capiunt, & in conclave proximum conjiciunt, factaqve hoc pacto perfidia militum, deductione Germani in cœmeterium templi S. Johannis, ſarcino omni ſpoliati deducuntur, de poſtridie exceptis paucis adoleſcentibus, qvibus nefas ruinam indulſerat, omnes trucidantur, Caſtellanus & ipſe eodem

die

die, ad Primarium Baſſam Ibrahimum deductus, & ab eo, ut barbaro, præter decorum, intemperantiore oratione reprehenſus, qvod *Budam* Sedem Regis hungarici, Hungarus & ipſe, contra naturalem Principem, & potentiſſimum orbis terrarum Monarcham Turcam, tam pertinaci & ferrea audacia propugnare auſus fuerit, ipſe vero fidem & conſtantiam legitimo ſuo Regi ac Principi obligatam, præſentiſſimo animo brevibus excuſante, mox à duobus Csauſiis, è certo primariorum ſatellitio, ad Vadum Danubii miſſum, per Spatium *Regi Joanni* ad caſtigandam ejus temeritatem offerendum, re tamen ipſa in flumen præcipitandum, qvo eqvulo vectus, cùm in navim inſiliiſſet, cuſtodes additi, arrepto ſago, eqvo detrahere dum conantur, interim ipſo qvoqve reluctante, & ex lucta poſte disrupta, in proximam navem ſe præceps conjecit, qva die haud dubie providentia per ſe ſoluta, magna colluctatione cum fluvio habita, circa veſperam tandem, vix defertur in adverſam ripam, in qva Rex Joannes cum ſuis morabatur, & rectà tentorium Regis ingreſſus, amplexatisqve & exoſculatis ejus genibus, veniam ab eo obtinuit, cum *Ludovico Grichio* cœnantes, ſolutaqve tandem cœna, cum *Ludovicus* privatim pauca cum eo verba feciſſet, *SOLERTIAM ANIMI, NATURÆQVE VIGOREM, LATINÆ ET ITALICÆ LINGVÆ SINGULAREM ELEGANTIAM*, gravitate moderatum, admiratus, in tentorium privatum abductum, & penula Italica donatum, multos dies in contubernio habuit, Regiqve tandem multis nominibus laudatum commendavit, qvi & ipſe multis & gravibus rebus probatum, poſtqvam animadvertit, ſingulari Dei munere, multis naturæ ornamentis præditum, primò in Conſilium adſcivit, tandem delata ei Præfectura Agrienſi, tum temporis Præſule carente, animadvertensqve ad majora longe eum munia à natura inſtructum, tradita illi *Arce Huſze*, loco fodinis ſalis celeberrimo, cum oppidis ac reliqva ditione Maromaruſſii, ei annexa, titulo Theſaurarii auxit, qvibus in rebus fortiſſimam qvidem Regi operam navavit, interim tamen fidei jam antea Regi Ferdinando, tempore Caſtel-

ti ſucceſſus felix & fortunatus, *deſpondente enim ſibi unicam filiam Ladislai Kaniſai*, ex illuſtri, eaqve opulenta & potenti Baronum Regni familia, adito aliqvoties Rege Joanne dimiſſionem privatim petiit defendendorum Bonorum uxoriorum cauſa, partibus Ferdinandi jam tum in illis locis invaleſcentibus, qvod poſtqvam multis precibus obtinere nunqvam potuiſſet, accepta tandem facultate domum reviſendi, per literas ex itinere obedientiam ei Regi debitam, non ſine magno ejus dolore renunciavit, *& ad Ferdinandum* magna cum congratulatione Amicorum poſtliminio rediit, qvem & Rex non ſine magna lætitia, jam antea ex multis virtutibus cognitum excepit & in pretio habitum, primo conſilio allectum, Prætura liberarum ſeu ſociarum civitatum, poſtea *Banatu Regnorum Dalmatiæ*, *Croatiæ & Slavoniæ*, Collega Petro Keglevicz auxit, tandem ſupremum Capitaneum Regni conſtituit, qvo abdicato, officium *Judicatus Curiæ* attribuit, in qvibus Præfecturis multa fortiter & præclare geſſit, tam conſilio, qvam armis, & inter reliqva interfuit Expeditionibus, Peſtanæ Rogondorfero, Jaurienſi Mauritio Saxoniæ, Lippenſi Joanne Caſtaldo Ductoribus, in qva, militibus impreſſionem ſegnius facientibus, vexillum Signiferi manibus acceptum primus in mœnia ſemiruta ſuſtulit, & in oppidum deſiliens, ſolus in capiendo, & victoriæ clariſſimæ partæ occaſionem præbuit, *Poſtremo cum Status Regni, de reſtituendo* ſummo, ſecundum Regiam dignitatem, Magiſtratu *Palatinatus*, *multos annos vacante*, freqventes feciſſent Ferdinando preces, præ *aliis Thomas Nádasdi*, tam Principi, qvam Regno digniſſimus viſus eſt, cui id ipſum muneris deferretur, qvo integrum prope octennium adminiſtrato, præter reliqvos labores, alia multa feliciter & ſapienter, magna omnium admiratione geſta, duas contra Turcas fecit expeditiones, alteram ſubitam, ad deterrendam ab obſidione, *Babolcsæ*, alteram anno inſeqventi, ſub *Babolcsam*, ad liberandum, ab obſidione Baſſæ Budenſi *Szigethum*, recuperavit etiam *Hegyeſum*, antea à Turcis captum, nullaqve breviter aut Expeditiones contra Turcam, aut

Nn Tra-

Ex Caſpar. Jongelini Catalogo Palatinorum Regni Hungariæ.

Paulus Jovius in Elogiis Virorum Literis Illuſtrium. f. 224. Nec Thomam qvoqve Nadasdium, qvi unus in Pannonia, pari ſtudio Martis & Palladis antiqvum decus tuetur, qvenqvam omninò prætermiſſurum ex his arbitror, qvos inteſtini ac externi belli calamitas reliqvos fecit. *Judicium.*

Nádaſi Johannes, natione *Hungarus*, patria Tyrnavienſis, natus A. 1614. Societati Jeſu nomen dedit Græcii 1633. & vota qvatuor ſolennia nuncupavit. Docuit Rhetoricam, Philoſophiam, Theologiam moralem, & Polemicam de Controverſiis Fidei, & evocatus Romam, ad componendas annuas literas Societatis, aliqvot annis eo munere functus eſt. Duobus Præpoſitis Generalibus, *Goſvino Nickel*, & Johanni Paulo Olivæ fuit ab Epiſtolis latinis ad Provincias Aſſiſtentiæ Germaniæ. Poſtea redux in Provinciam ſuam, egit aliqvamdiu Patrem ſpiritualem in Collegio Viennenſi. Tandem Auguſtiſſimæ *Eleonoræ* Imperatrici, Ferdinandi III. Imperatoris Viduæ relictæ, fuit à ſacris Confeſſionibus in Domo Profeſſa Viennenſi.

Edidit ad excitandam & fovendam pietatem Libellos *complures, & aliqvos quidem tacito ſuo nomine, alios appoſito; ſcilicet: Mariam Matrem agonizantium, Græcii, typis Vidmanſtadii, A. 1640. in forma 16. Recuſum Monachii, & Viennæ: redditum bohemicè & hungaricè, Tyrnaviæ. 1648. Jeſu & Mariæ Clientem.* Poſonii. 1643. *Annum Sanctiſſimæ Trinitatis cultui ſacrum, pro omnibus Dominicis Anni. Poſonii. 1650. in 24. Annum morientium, & mortuorum ſolatio ſacrum, pro omnibus feriis Secundis. Tyrnaviæ. 1650. Annum Angelicum, pro omnibus Feriis Tertiis. Antverpiæ. 1653. Annum Pueri Dei Jeſu, pro ſingulis Feriis Qvartis per annum Ibid 1653. Annum Eucharisticum, pro ſingulis Feriis Qvintis Tyrnaviæ. 1681. Annum Crucifixi Dei Jeſu, pro Feriis Sextis. Viennæ. 1650. An-* *Scripta.*

num Marianum, pro ſingulis Sabbathis. Viennæ. 1650. *Annum æternitatis, ſive documenta morientium & mortuorum. Viennæ* 1650. *qui ſimul cum ſeptem præcedentibus recuſus eſt Pragæ.* 1663. *in* 4. *ſub titulo :* Annus Hebdomadarum Cœleſtium. *Annum meditationum Cordis, in ſingulos anni dies. Romæ.* 1659. *in* 12. *Annum cœleſtem. Coloniæ.* 1667. *editione* 4. *in* 12. *& Bononiæ.* 1673. *Annum dierum illuſtrium Societatis, ſeu Mortes illuſtres. Romæ.* 1657. 8. *Annum dierum memorabilium Societatis. Antverpiæ.* 1665. *in* 4. *Annales Marianos Societatis Jeſu è domeſticis exemplis. Romæ.* 1658. *in* 4. *Annum* Johannis, *ſive de Sanctis nomine* Johannis *appellatis. Pragæ.* 1664. *Menſem I. Divini Amoris. Romæ.* 1662. *in* 16. *Menſem II. Divini Amoris. Ibid.* 1663. *in* 16. *Menſem III. Divini Amoris. ibid.* 1663. *in* 16. *Menſem IV.* Divini *Amoris, ſeu Theophilum Marianum. Ibid.* 1664. *in* 16. *Menſem V. Divini Amoris, ſeu Seraphinum. Pragæ.* 1666. *Menſem VI. Divini Amoris, ſeu Aurum ignitum. Viennæ.* 1672. *& iterum* 1673. *in* 16. *Hebdomadam meditandæ æternitatis in ſingulos hebdomadæ dies. Romæ.* 1664. *Cum Auctario, Viennæ,* 1673. *editio* 9. *in* 24. *Decima in* 18. *Hebdomadam S. S. Ignatii & Xaverii cultui & imitationi ſacrum. Coloniæ.* 1668. *Diurnum Divini Amoris. Romæ.* 1660. *& Pragæ.* 1668. *Diurnum quotidianæ virtutis. Pragæ* 1659. *Diem* S. *Joſepho Sacrum. Romæ.* 1656. *Incitamenta Cultûs Beatiſſimæ Virginis, per exempla domeſtica. Græcii,* 1651. *De Imitatione Dei, Libros III. Romæ,* 1657. *Flammas Sancti Amoris, ſeu Aſpirationes Theologicas. Ingolſtadii,* 1656. *Hortos, Flores, & Coronas cœleſtes. Viennæ,* 1657. *Pretioſas occupationes morientium é Societate Jeſu. Romæ.* 1687. *in* 4. *Orationem de* S. Jvone, *ſub titulo :* Pandectæ Porphyrogenitæ, *Romæ.* 1642. *Roſas Cœleſtes. Dilingæ,* 1654. *Lilia Cœleſtia. Viennæ,* 1655. *Aulam Cœleſtem, ſeu Praxin colendi omnes Sanctos Ibid.* 1663. *Horas Marianas Angelicas, ſeu de Salutatione Angelica. Ibid.* 1670. *&* 1674. *Annuas Literas* Societatis *Annorum* 1650. *&* 4. *ſequen-*

quentium. Dilingæ, 1658. Reges Hungariæ à S. *Stephano usque ad Ferdinandum III. Poſonii, 1637. in fol. Vitam* S. *Emerici. ibidem, 1644. fol. Mariam, Portam Sanctam Æternitatis, Hungaricè. Poſonii, 1645. Pharetram* Spiritus, *hungaricè. Ibid. 1649. Mortes illuſtres aliqvorum de Societate, ab Anno 1647. Romæ, typis Vareſii, 1657. fol. Heroas & Victimas Caritatis Societatis Jeſu, ab A. 1647. Ibidem. 1648. in 4.*

Ex Alegambii Biblioth. Script. Societatis Jeſu, auctam à Nathanaele Sotvello.

Náni Dominicus, gente *Hungarus* patriâ *Albenſis*, collegit *Monoteſſaron Evangeliorum*, in qvo una cum ſententiis Evangelicis omnes autoritates & ſententias gentilium Philoſophorum, Poëtarum & Oratorum, contulit, qvæ cum ſingulis Evangeliorum locis concordare videntur. *Vid. Sixtus Senenſis Lib. IV. p. 224. Bibliotheca Sancta.* *Scriptum*

Némethi Michael, *Szakmarinô-Hungarus*, Calvinianus, edidit *Tyrocinium* Hebraicum. Franekeræ 1624. qvod recuſum eſt A. 1667. 8. *Scriptum*

Némethi Samuel, *Szakmarinô-Hungarus*, Calvini dogmatum aſſecla, erat primò Lingg. SS. & Philoſophiæ, deinde Theologiæ in Gymnaſio Calviniſtarum *Claudiopolitano* Profeſſor, deniqve electi Tranſylvaniæ Celſiſſimi Principis, *Michaelis Apafi* conſtitutus Ephorus atqve Studiorum moderator. *Typis ſubjecit Explicationem Epiſtolæ S. Pauli ad Hebræos, Franekeræ. A. 1695. in* 4. Judicium de hoc libro vide in Actis Eruditorum Lipſ. A. 1695. p. 508. *Scriptum*

O.

Scriptum **Olahus** Nicolaus, Metropolita qvondam *Strigonienſis* & Primas Hungariæ, in lucem emiſit *Hiſtoriam de Attila Rege Hunnorum, capitibus 18. comprehenſam, qvæ Bonfinii Decadibus* Rer. *Hungaricarum* inſerta reperitur. Illam Hiſtoriam Archiepiſcopus iſte eruditiſſimus conſcripſit per otium in Belgio, dum Conſiliis & Fiſco præfuit Reginæ Mariæ.

Orſzág Michael *de Guth*, *Hungarus*, de qvo *Bonfinius Rer. Hung. Lib. I. Decade IV. hæc annotavit ſeqventia*: *Michael Orſzág*, Comes Palatinus Regni Hung. Vir fuit ea ſapientiâ, probitate ac fortuna, ut cum ſub Sigiſmundo florere coeperit, qvem in Italiam Diſpenſator ſecutus eſt, ſub qvinqve Regibus nunqvam intercepta felicitate, ad extremum usqve finem, vitam cum ſumma laude & autoritate peregerit. Hunc *Matthias* ob ſingularem prudentiam, experientiam rerum & æqvitatem, abdicato *Ladislao Gara*, Palatinum creavit. Ejus Viri prudentiſſimi ſolenne dictum erat de Rege Hungariæ: *Qvemcunqve ſacra Coronâ coronatum videris, etiamſi bos fuerit, adorato, & pro ſacro ſancto Rege ducito & obſervato.* Superfuit adhuc Anno 1464.

Ottrokocsi Franciſcus. Vide vocem *Foris* p. 147.

P.

Pannonius Chriſtophorus, ſcripſit *Elegiam ad D. Nicolaum Perenottum à Granvilla*, qvæ excuſa eſt cum Gvil. Paradini *Scriptum*

dini de Antiqvo Burgundiæ Statu libello, *Baſileæ 1549. Vid. Simler. in Epitom. Biblioth. Geſn. f. 123.*

Pannonius Cœlius, vero nomine *Franciſcus Gregorius* dictus, gente *Hungarus*, Prior S. Stephani *Romæ*, in monte *Cælio*, circa Annum 1540. *clarus, Scripſit eximium Commentarium in Canticum Canticorum: Item in S. Apocalypſim D. Johannis Apoſtoli, ex omnibus omnium, tum veterum tum recentiorum caſtiſſimis Commentariis, collectum, qvi impreſſus eſt Pariſiis A. 1541. & Venetiis recuſus 1571.* Conf. Sixtt. Senenſis Biblioth. & Gvil. Crovæi Elenchus Scriptorum in S. Script. *Scriptum*

Pannonius Janus vitalem in *Hungaria* hauſit auram, ſeculo poſt Chriſtum natum decimo ſexto, parentibus haud ignobilibus: *Mater* qvidem *Barbara* ante ipſum rebus exemta eſt humanis, qva de cauſa felicem qvoqve eam prædicavit *Eleg. lib. I. eleg. 10. Tu vero*, inqviens, *multum felix chariſſima mater, cûi cadere ante meas contigit exeqvias*, *Fratrem* verò & *Sororem*, ipſo vivente, adhuc ſuperſtites fuiſſe, ex eadem patet elegia, in qva cecinit h. m. Heu qvod nec *Frater* nec adeſt *Soror* optima nobis, qvæ digitis oculos condat, & oſſa legat, *Nepos* aliàs etiam is ipſe fuit è ſorore *Joannis Viteſii*, Metropolitæ Strigonienſis. Qvamvis autem in S. baptiſmate *Johannis* nomine fuerit inſignitus, imitatione tamen clariſſimorum Poëtarum, tum veterum, tum recentium, *Janus* maluit appellari; prout rei hujus rationem ipſe reddidit in *Epigrammatibus*, verbis metro alligatis h. m.

Joannes *fueram*, Janum me pagina dicit,
Admonitum ne te, Lector amice, neges.
Non ego per faſtum ſprevi tam nobile nomen,
Quo nullum toto clarius orbe ſonat:
Compulit invitum mutare vocabula, cum me
Lavit in Aonio flava Thalia lacu.

Paſt-

Poſtqvam puerilem ætatem, ſtudiis ei convenientibus in patria conſecraſſet, ſeqventi deinceps tempore, ope operâqve fratris matris ſuæ in Italiam profectus, *Ferrariæ* ſubſtitit, ubi annos ſeptendecim ſub *Gvarini Veronenſis* diſciplina apprime profecit: Atqve *in ſtadio Poëtico* duce potiſſimum uſus eſt *Galeotto Narni*enſi, ceu ipſe *Janus Elegiar. lib. II. eleg. 2. faſſus eſt:*

Si, Galeotte, *meo te collaudavero verſu,*
Det veniam nobis catera turba, precor.
Et ſi verſiculos facio non prorſus inertes,
Doctrinæ fateor munus id eſſe tuæ.
Per te conſcendi celſas Heliconis in arces,
Gorgonei fontem pes ubi rupit eqvi.

Ceterum injuria fortunæ & temporum (qvæ duo præclaris ingeniis, qvo minus feliciter emergant, plerumqve obſtitiſſe, obſervata ſunt,) Caſtra aliqvamdiu ſectatus eſt Janus, Marti magis deditus, qvam Cupidini; ſicut ex erudita illa *Elegia, qvam Tito Strozzæ,* poëtæ Italo præcipui commatis, inſcripſit, clarum eſt. Nil minus tamen non admodum deniqve ab amore & fœminis alienus fuiſſe, ex Epigrammatibus evincitur. Ex Italia redux, *Qvinqveeccleſienſis in Patria Præſul* conſtitutus eſt, ceu ex elegiarum ejus *libro. I. eleg. 1.* colligere eſt:

At poſtqvam patria me reddidit Itala tellus,
Obtigit & juveni Pontificalis honos.

Qvod Epiſcopale munus ſplendidiſſimum cum plures per annos plurimis meritis oppidò egregiis condecoraſſet, atqve validiſſimis favoris amorisqve nexibus Epiſcopatui ſuo ſubjectos ſibi obſtrinxiſſet, multaqve in Eccleſiarum ædificationem, Clericorumqve ſuſtentationem beneficia erogaſſet, tandem morbo correptus naturæ conceſſit. Qvam charus autem is fuerit ſacro Baſilicæ ſuæ Collegio, vel hinc conjicere licuerit. Cùm nempe is ob Regis Matthiæ iracundiam, qvaſi hoſtis Reip. haberetur, & ſolemnia Viro juſta nemo perſolvere auderet, Sacerdotes clam exanime ejus corpus in Sacellum *Qvinqveeccleſienſe* retulere, idqve

picato

Digitized by Google

picato ſcrinio diu reconditum habuere. Cum autem multò poſt tempore Matthias Rex Hungariæ forte Urbem illam & Baſilicam inviſeret, Sacerdotum Collegium Regi ſupplicavit, ut Joannis Poëtæ corpus, qvod diu inſepultum adſervarant, præ metu iracundiæ ejus, debito ſepulturæ honore jam honeſtare pateretur. Indoluit Rex tanti viri caſum, falſam eorum opinionem ac metum increpuit; & ne Poëta inſignis ſepulcri honore fraudaretur, honeſtiſſimas mox exeqvias edixit. Pannonicus igitur, inqviente *Bonfinio decad. 4. lib. 3.* hunc Vates exitum ſortitus eſt. Hæc Anno Salutis qvadringenteſimo Septuageſimo ſecundo ſupra milleſimum accidere. Tumulo ſuo ipſe Janus hexaſtichon inſcribi mandavit iſtud:

Qvin etiam tacita jaceam ne ignotus in urna,
Signari hoc cineres carmine mando meos:
Heic ſitus eſt Janus, *patrium qvi primus ad Iſtrum*
Duxit laurigeras ex Helicone Deas,
Hunc ſaltem titulum livor permitte ſepulto,
Invidia non eſt in monumenta locus.

Enimvero *Janus* iſte Hungariam *græca* potiſſimum *latinaqve lingva* ſcientiâ egregie nobilitavit, qvod ex elegantiſſimis ejus operibus, tam ſuo marte conditis, qvam è græco in latinum verſis abunde poteſt cognoſci: Et qvidem ad *græca latine reddita* qvod attinet opuſcula; *Diomedis & Glauci congreſſus ex Homeri VI. Iliad. latino carmine expreſſit.* Deinde *Bruti & Galbæ in Plutarcho Vita* latinæ Pannonio Interpreti omnino tribuendas eſſe, *Joh. Sambucus in præfat. Poëmatibus Jani Pannon. præmiſſa* affirmavit, verbis hisce: qvod ipſum de libro Veronæ à me viſo, & à Gvarino emendato, teſtis oculatus confirmo: qvin & *Cteſiphontis verſionem* ab eodem Pannonio profectam fuiſſe ait, in eadem præfatione, qvi (ſcil. *Sambucus*,) pro Cteſiphonte hujus ipſius qvoqve, (nempe *Pannonii*,) verſionem pene abſolutam habeo. In *Poëſi latina* qvid Janus præſtiterit, Scripta ipſius metrica docere qveunt, typis excuſa hæc ſeqq *Sylva Panegyrica*, *Scripta*

Digitized by Google

& Epigrammata qvædam, *Baſileæ*, *apud Joh. Frobenium*, *A.* 1518. *in* 4. *Ejusd. Poëmata Venetiis impreſſa apud Gvalter. Scottum*, 1553. *in* 8. *cum Lazari Bonamici carminibus nonnullis: Item Baſileæ ab Oporino*, *in* 8. ſuntqve hæc: Ad Gvarinum Veronenſem Panegyricus: Ad Jacobum Ant. Marcellum Venetum Panegyricus: *Ad Fridericum III. Imp.* pro pacanda Italia Carmen: Diomedis & Glauci congreſſus ex Homer. 6. Iliad. latino carmine redditus. *Elegiarum liber unus. Epigrammata.* Additæ ſunt his *Elegiæ duæ* Baptiſt. Gvarini junioris, ad Janum Pannonium. *Ejusdem Panegyrici duo*, *& Epigrammata ultra omnes editiones alias à Joh. Sambuco edita Patavii.* Ceterum Poëmata Jani Pannonii vulgata ſunt *à Joh. Philipp. Pareo* in delitiis Poëtarum Hungaricorum, Francofurti A. 1619. in 12. editis, eaqve ſe excipiunt h. m. *1. Panegyricus primus dictus Gvarino Veronenſi*, *Præceptori ſuo.* *2. Panegyricus ſecundus*, *dictus Marcellino*, *Duci Venetiarum.* *3. Ad Imp. Caſ. Frideric. III. pro pacanda Italia.* Reliqva, tum heroico, tum elegiaco genere, de variis materiis, ad varias Perſonas, elaborata carmina, lubens jam prætereo, qvippe qvæ cuivis eadem noſſe aventi, paulo ante citatæ Delitiæ Poëtarum Hungar. decenti ordine ſuppeditabunt. Præter iſta in lectorum manus miſſa opuſcula, qvin plura adhuc alia in ſcriniis ejusdem recondita fuerint diligentiæ monumenta, vel illa me dubitare non ſinunt, qvæ de MStis illius in Bibliotheca Budenſi repertis *Julius Pflugk* tradidit *in Epiſtol. ad Vit. Ludov. à Seckendorf;* Ex tribus, inqviens, ſelectis Codicibus MStis erat etiam chartaceus qvidam Codex in qvarto, continebatqve Johan. Epiſcopi Qvinqveeccleſienſis, qvi tempore Regis Hung. Matth. Corvini claruit, Poëmata qvædam latina miſcellanea. Eundem Pannonium *Annales Hungariæ heroicis verſibus* uno in volumine colligaſſe, refert *Sambucus* in præfat. Poëmatibus Pannonii præfixa, ubi ait: Multa ſcripſit Janus, meditatus eſt plura numeris & perpetuo ſtilo; qvorum qvidem optima qvæqve vel interciderunt, vel potius, ab odio & invidia, ne lucem adſpiciant, ſuoqve tempore jugi fruantur, alicubi premun-

muntur, *Annales certe Patriæ heroicis ipſum verſibus uno in volumine colligaſſe, multi norunt:* qvibus conficiendis qvantum ipſe ſe ſuperarit, facile ex admiranda *Marcellina Panegyri* (qvam unà cum aliis, doctiſſimus & felix Poëta *Hilarius Canciuncula* Venetiis edi curarat,) qvisqve ſecum cogitabit. Utinam qvidem, pergit *loc. cit. Sambucus*, hi Annales ejus aliqvando Viennæ à me conſpecti & lecti prodeant, carceresqve perfringant: non ſecus, me Deus! atqve Ciceronis aut Livii, qvæ periere, mecum excipienda ducerem, tantum qvisqve huic Vati jure tribuendum cenſeat. Qvod ſi Vulcano vel Iſtro ſunt tradita, vel, ut qvidam non diſſimularunt, excrementis humanis loco abdito, foraminibusqve putruere, manes invidorum luant pœnas: qvod φθόνος ἔξω τοῦ θείου θρόνου ἵςαται, ut eſt in Phædro.

Judicia de hoc *Pannonio* ab optimis qvibusqve Autoribus qvam optima lata ſi heic adducere conarer, profecto plures iisdem paginæ implendæ eſſent: Ex maximo igitur eorum numero nonniſſi ſeqventia afferre libet; *B. Rhenanus in epiſtola ad Joan. Sturmium perſcripta verbis mentem ſuam expoſuit hiſce:* Sic hujus Pannonii me lectio totum rapuit, ut ſi cujus veteris alias. Habet enim carmen non anxie cuſum, ſed plane elaboratum, & majore ingenio, qvam cura fluens. Præterea, reconditam eruditionem in Panegyrico oſtendit: tantum fabularum, tantum hiſtoriarum intexendo. Sunt nonnulli, qvibus parum placet, qvicqvid noſtrum vel ſeculum, vel ſolum protulerit: à qvibus ego diſſentio, qvippe qvi Janum & Eraſmum, tametſi hunc Germanum, illum Hungarum, non contemtius lego, qvam Politianum & Hermolaum; imo qvam Maronem, Tulliumve; qvod mihi perſvaſum habeam, hujus temporis dicendi modum non minus noſtro ſeculo, qvantum ad eruditionem attinet, conferre, qvam vel Tullii, vel Qvintiliani &c. *Judicia.*

Juſtus Lipſius in Epiſtola ad Janum Lernutium, ſtatim in

limine ait: Inter noſtros Poëtas Lotichium amo: Janum Pannonium æſtimo: Scaligerum patrem admiror.

Bonfinius Decad. IV. lib. 3. Janus Pannonius utramqve ab ineunte pueritia lingvam, latinam ſcilicet græcamqve, imbiberat. Præceptor ejus Gvarinus Veronenſis ſæpe dicere ſolebat, ſe nullum adhuc ex Italis, peregrinisqve diſcipulum habuiſſe, qvi præſtantiâ, docilitate, fœcunditateqve ingenii cum Jano Pannonio conferri poſſet. Si latine loqvebatur, in urbe Roma; ſi Græce, mediis natum Athenis affirmaſſes. Nil barbarici actio & oratio redolebat. Natum ad carmen ingenium reputaveris: in proſa oratione non injucundum. Qvod ſi in publicis curis & procellis non fluctuaſſet, nimirum cum priſcis Oratoribus & Poëtis certare potuiſſet.

Joh. Sambucus in præfat. Poëmatibus Jani Pannonii præmiſſâ: Janus Pannonius non ſolum æqvales ſuos, optimarum artium ſtudiis, & inprimis Poëtices commendatione, ſuperavit, verum cum omni antiqvitate certaſſe, de opinione, vel ex illo ad Paulum conſtat; Carminibus noſtris nocet illud, &c. qvam etiam non poſtremam tuliſſet, niſi morte præventus, ad immortalitatem commigraſſet. Atqve eam ad excellentiam, etſi natura illi ſubſidium non vulgare ſuppeditabat, labore tamen & conſtantia eſt aſſecutus, ut nihil anticipatum attuliſſe, nihil præparatum ad literas: omnia lucubrationibus, exercitatione peperiſſe omnia ſit viſus, exemplaqve non obſcure præferant.

Idem ibid: Tomyris laudes, Trottæ conſtantiam, & ſimilia, qvis non reqvirat? Si apparerent, elegantiam, majeſtatem, copiam non agnoſceret?

Titus Veſpaſianus Strozza in Jan. Pannon. Elegiar. Lib. II. eleg. 3.

Vel lecta eſt Tomyris, nec non conſtantia Trottæ,
Qvas immortales, dive Poëta, facis.

Idem Sambuc. loc. cit. Illud non tacebo, Italos, Gallos & Germanos, totis hemiſtichiis facultatem & ſpiritum Jani aperte imitatos.

Idem

Idem ibid. Qværo, cur ſaltem qvo Turcæ furor nunqvam pervaſit; iis in locis Scholæ literatæ non fuerint, Scriptoresqve boni, qvibus expoliremur, recepti? Certe vero, Ingenia literis contigiſſent, qvalia, haud ſcio, an ullis gentibus ita copioſa, & ad Muſas comparata univerſa videntur. Qvam qvidem laudem cum adhuc nonnullis partibus retineamus, tum de remotioribus à memoria noſtra, velut clariſſimum qvoddam ſidus præluxit *Janus Pannonius, Epiſcopus Qvinqveeccleſiarum.*

Joh. Alexand. Braſſicanus Epiſt. de Bibliothecis: Superiore ætate complures magni ac eruditi viri floruere, è qvorum numero primas habent, Rodolphus Agricola Phryſius, Janus Pannonius Epiſcopus Qvinqve-Eccleſiarum, Johannes Trithemius Abbas, &c.

Paul. Jovius in Elog. Viror. Literis illuſtr. fol. 224. Sacrati Ordinis Antiſtes, literarum atqve virtutis ſtudio præcellens *Joannes Pannonius* æterno poëmate edito ſtabili fama commendatus.

Volaterranus Anthropolog. Lib. 21. fol. 245. Fuit & Ungaretus cognominatus vir Pannonius, in numero diſcipulorum Varini Veronenſis Ferrariæ, poſtea Præſul Qvinqveeccleſienſis, qvi græce latineqve, ſive carmina, ſive proſam ſcriptitabat, ut non Barbarus, ſed Romanus legitime imbutus videretur.

Joh. Petr. Lotichius, Biblioth. Poët. Part. IV. pag. 27.

Pannonius Vates Coryphæus Pannonas inter,
Sidera ceu Titan eminent inter, ovat.
Theiologus, Miles, Vates, in utrumqve paratus
(Vates præcipuos qvod decet) ille fuit.

Idem ibid: *Janus Pannonius, Hungarus*, excellens ſui ſeculi poëta, teſtimonio fuit illuſtri, Hungariæ patriæ ſuæ diuturnis abhinc bellorum tumultibus implicitæ, juxta fortitudinem atqve rei militaris ſcientiam, qvibus præ aliis regionibus hactenus inclaruit, nunqvam præclara ingenia, Muſarum pariter gloria triumphantia defuiſſe. Unus ſiqvidem Pannonius iſte, præeunte natura ad-

modum nutricia & benigna, labore, lucubrationibus, atqve exercitatione, tantum bonorum, honorisqve aſſecutus eſt, ut unus facile in patriæ ſuæ ornamentum, eo tempore, ſufficere poſſe videretur.

Eraſmus Roter. in Epiſt. ad Joh. Turzonem, Vratislavienſ. Epiſcop. Novum non eſt, apud Hungaros eſſe præclara ingenia, qvando *Janus* ille *Pannonius* tantum laudis meruit in carmine, ut Italia ultro illi herbam porrigat.

Judicium Hieronymi Wolfii de Jano Pannonio videſis in Emblematibus Reusneri, fol. 339.

Ipſe Janus Pannonius tale de ſe ipſo tulit judicium, ſeqventi Pentametro incluſum: *Ille ego Pannoniæ gloria prima mea.* Qvod ſane non tam vanæ alicui jactantiæ, qvam famæ publicæ ex veritatis fonte promananti in eum derivatæ fuerit adſcribendum.

De eodem Jano judicium apud Æneam Sylvium reperitur hocce: Ex Hungaris qvi ſtudia humanitatis ſecuti ævo noſtro claruerunt, duos novimus, *Joannem, Epiſcopum Varadienſem*, qvi Regni Cancellariam obtinuit, *& alterum Joannem*, ejus ex ſorore nepotem, qvi ſub Gvarino Veronenſi græcas ac latinas literas didicit, nec minus verſu qvam ſoluta valet oratione.

De *Johanne* aliàs illo, *Epiſcopo Varadienſi*, hautqvaqvam heic prætereundum eſſe cenſeo, qvæ *Joh. Henr. Cunradi in Sileſia Togata p. 59.* memoriæ prodidit, his verbis: *Joannes* primum *Epiſcopus Varadini in Hungaria*, deinde Epiſcopatu ſponte abdicato, Ord. S. Benedicti Wratislaviæ Monachus.

Ante Varadinæ perhibebar Epiſcopus Ædis,
Poſt Breslæ movi Relligionis opus.

Pannonius Paulus, natione *Hungarus*, Presbyter & Chriſtianæ fidei propugnator Zeloſus, doctrinæ omnigenæ ac virtutis ſtrenuus cultor claruit ſub Theodoſio Juniore Rom. Imp. *Extant* hujus Viri ad *Conſtantiam, Chriſto dicatam Virginem, de Virginitate & contemtu Mundi Libri II.* Vid. Joh. Trithem.

Pannon-

Digitized by Google

Pannonius Stephanus, *Hungarus*, typis ſubjecit *Theſes de Circulo Operum et Judiciorum Dei*, Hannoviæ, 1688. in. 4.

Paricz Franciſcus, natales ſuos nactus eſt *Papa*, oppido *Inferioris Hungariæ*, Medicinæ Doctor fuit excellentiſſimus, ejusdemqve per Tranſylvaniam & amplum Hungariæ tractum Practicus celeberrimus: prælo commiſit *Librum de Arte medendi*, *idiomate hungarico conſcriptum*, Claudiopoli A. 1690. 8. Item *Rudum redivivum: Seu, Breves Rerum Eccleſiaſticarum*, *Hungaricarum juxta ac Tranſylvanicarum inde à Reformatione Commentarios*, *Cibinii*, *1684. in 12.* Scripta

Parſchitzius Chriſtophorus, *Roſenbergâ-Hungarus*, Philoſophus acutus, & Poeta facilis, Rector olim erat Gymnaſii *Schemnicienſis* in Hung. tandem ab officio juſtas ob cauſas à Superioribus remotus, incertis ſedibus per Germaniam ad hunc usqve diem circumfertur. Inter alios ingenii ejus amœnioris editos fœtus, meam in notitiam qvæ pervenere, ſunt: Δυόδεκας *Anagrammatica*, *è Floribus Indelebili Nomini inſcriptis*, *Magnanimi* LEOPOLDI *Imperatoris Invictiſſimi*, *Cæſaris ſemper Auguſti*, *contexta*; *Longiſſimis ac Largiſſimis Manibus devotiſſime ſubmiſſa*, *inqve Templo Æternitatis ad majorem Dei gloriam*, *Cæſaris perennaturam adoream*, *Univerſæ Chriſtianitatis ſalutem*, *omnium ſubjectorum felicitatem*, *in ipſo Feſto* LEOPOLDO *ſacrato ſuſpenſa*: *Cui acceſſit*, *Urbis* BUDÆ *expugnatio glorioſiſſima*, *Acclamatione atqve Exultatione intermina. Et Jubileus Annus XXX. Anagrammatis auctus. AVgVſto feLICItateM à Deo Vno VoVens & eXorans. Vitteberga*, *literis Hakianis*, *A. 1702. in 8.* *Index Qvinqvaginta Anagrammatum*, *Auguſto & Invictiſſimo Cæſari* LEOPOLDO *Anno 1687 Viginti*, *& Jubileo A. 1690*, *Triginta ſubjectiſſimè præſentatorum*, *per Eundem* C. Parſchitzium. Item *Diſſertatio Philologico-Theologica de Baptiſmo Chriſti*, *ex Matth. cap. III.* Scripta

III. v. 16. 17. conſcripta, & cum cenſura Venerab. Facultatis Theologicæ Wittebergenſis, typis ibidem impreſſa A. 1663. in 4. Item *Diſputatio Theologica ex Matth. c. XII. v. 31. & 32. de Peccato in Filium hominis, & in Spiritum Sanctum,* quam ibidem, ſub Præſidio Dn. Joh. *Deutſchmanni* SS. Theologiæ Doct. ejusdemqve Profeſſ. Publ. exhibuit *Autor & Reſpondens A. 1668. qvæ per ipſum Auctorem A. 1702. rurſus eſt reviſa, & typis ibidem Hakianis recuſa in 4. Tabella Hungariæ Ducum & Regum Chriſtianorum, in qva eorum Ortus & Occaſus, Regnorum acceſſiones & avulſiones, Provinciarum incrementa & decrementa, Bella domeſtica & extranea, cum varia viciſſitudine temporum, brevi penicillo delineantur. Vitteberga, A. 1702. in 8. in fine adjectus eſt Index rerum & nominum præcipuorum.*

Parſchitzius Daniel, prioris Frater germanus, major natu, Rector primùm fuerat Gymnaſii Guſtrovienſis in *Holſatia*, tandem *Cremnitium in Hungariam* ad idem munus Gymnaſii evocatus, ad diem usqve mortis, quæ paucis ab hinc annis contigit, ſumma cum laude ac dexteritate illud obivit. Theologus Philoſophus, Philologus & Poëta erat inſignis, Muſicus inſuper inſtrumentalis ſvavis, atqve Didacticus per majorem Hungariæ partem incomparabilis, qvare Gymnaſium etiam ipſius ſub regimine ſemper fuit florentiſſimum, & amorem diſcentium expertus eſt ineffabilem. *Guſtrovii* adhuc ſuo munere fungens contexuit

Scripta. *Breviarium Logicum in Octo Tabellas, diſtributum, qvarum I. agit: de Natura Logicæ. II. de Termino. III. de Propoſitione IV. de Affectionibus Propoſitionis. V. de Syllogiſmo perfecto. VI. de Syllogiſmo imperfecto. VII. de Syllogiſmo Neceſſario, Probabili & Sophiſtico. VIII. de Methodo diſputandi IX. de Definitione & Diviſione Philoſophiæ.* Roſtochii, typis Richelianis, A. 1663. fol. Item *Octo Tabulas Grammaticæ Sanctæ I. de Lectione. II. de Nomine, III. de Verbis Perfectis, IV. de Defectivis, V. de Qvieſcentibus, VI. de Præfixis, VII. de Suffixis, VIII. de Vocalium mutatio-*

atione, in Horologium Schikardianum: Quarum ope, Ingenuus Sanctiſſimæ Linguæ Studioſus, bimeſtri ſpatio, Bihorium indies impendens, exoptatos in Analyſi & Syntheſi profectus conſequi valebit. Acceſſit Exemplum Lectionis & Analyſeos Grammaticæ, cum methodo inveſtigandæ radicis facillima. Impreſſum ibidem A. 1662. fol.

Pauli Stephanus, gente *Tranſylvanus*, Paſtor olim Claudiopoli Eccleſiæ Unitariorum. Obiit A. 1672. annos natus 43. Congeſſit *Tractatum de locis S. Scripturæ controverſis inter Unitarios & Trinitarios MSS. Miſit ad poſteros quoque ſuos Conciones latino idiomate conſcriptas.* MSS. Vid. Chriſt. Chriſtoph. Sandius in Biblioth. Anti-Trinitariorum, p. 168. *Scripta.*

Pater Paulus, *Trencsinii in Hungaria* prognatus, primum Rector fuit Gymnaſii Evangelicorum *Toruni* in Pruſſia, deniqve Profeſſor Mathematum in Gymnaſio Acad. Dantiſcano. Edidit: *Diſputationem de Cruce in Luna viſa d. 30. Decembr. A. 1680. Præſide Joh. Andrea Schmidio.* Jenæ. 1688. in 4. Item, *Orationem in Laudem Rithalleri Bibliothecæ Gvelferbitanæ Præfecti. Inſignia Turcica, ex variis ſuperſtitionum tenebris, Orientalium maximè Populorum, gemina Diſqviſitione Academica, in illuſtri Salana, in lucem producta*: Ad ſummum Virum *B. Philip. Jacobum Spenerum*, SS. Theol. Doctorem &c. &c: Arcanorum Artis Heraldicæ Scrutatorem incomparabilem, Literarum Patronum, & ipſum Literatiſſimum ſingularem Jenæ A. 1687. in 4. Παλαιφάτȣ περὶ ἀπίϛων. *Palæphati de Incredibilibus. Ad Illuſtres Vratiſlavienſis Reipublicæ Scholarchas, & Excellentiſſimos Scholarum ibidem Inſpectores. Cum Interpretatione Latina* Cornelii Tollii, *& Annotationibus* Martini Brunneri, *denuò recenſuit, & Animadverſiones novas hinc inde inſperſit, nec non Doctrinas Morales, geminos itidem rerum & verborum Indices adjecit digeſſitqve Paulus Pater, Hungarus.* Opuſculum cujusvis Facultatis Studioſis *Scripta.*

apprime utile, & ferè neceſſarium. Nunc primum in Germania Græcè & Latinè editum. *Francofurti.* 1686. 8.

PETRUS PAZMANY,

S. R. E. CARDINALIS PRESBYTER: ARCHIEPISCOPUS STRIGONIENSIS: REGNI HUNGARIÆ PRIMAS, ATQUE SUMMUS CANCELLARIUS.

NAtione *Hungarus*, patriâ Varadienſis, vetuſtâ nobilitate, ducto etiam ſangvine per Margaretam Maſſaiam matrem ſuam ex Marchionibus Maſſæ Italicis, clarus; Societatem Jeſu à primâ ſtatim ætate complexus, tantos fecit progreſſus in Litteris, ut in Academiâ Græcenſi, ſummâ cum approbatione Philoſophiam ac Theologiam publicè docuerit. Sed, qvi ejus fuit zelus animarum, & juvandæ patriæ, Miſſionibus per Hungariam obeundis ita ſe impendit, ut eximiam ſuæ virtutis & doctrinæ commendationem, apud omnes qvidem, ſed apud Franciſcum Cardinalem Forgácsium Archiepiſcopum Strigonienſem præcipuè, obtinuerit, qvi propterea multùm ejus conſiliis, dum vixit, eſt uſus. Erat namqve ingenio præſtantiſſimus, judicio maturrimus; doctrina politiſſimus, eloqventia uberrimus Theologia juxta ceteraqve omni litteratura, etiam de pulpitis, & prælo, dudum ſpectatiſſimus, rerum experimentis atqve uſu exercitatiſſimus. Has in eo dotes cùm agnoviſſent Hungariæ Magnates, & Matthias Imperator Auguſtus, vitâ functo Forgácsio, invitum reluctantemqve ab Apoſtolica Sede poſtularunt ad Infulas Strigonienſes, ut labanti per Hungariam Catholicæ Religioni humeros ſupponeret, qvibus, nullos toto Regno magis idoneos, magis oneri pares eſſe cognoſcerent. Eas juſſus admittere, ſpem, qvæ de ipſo erat, minime

nime paſſus eſt eſſe vacuam. Hæreſes, qvod ante diu cœperat, terrere perrexit & perfidiam profligare, tum pro ſuggeſto publico in Templis, tum privatis congreſſibus, tum ſcriptis lucubrationibus. Nobilitatem Pannoniæ potiſſimum tempeſtiva comitate, & ſui indulgentia, ac morum ſvavitate ad Eccleſiam Cathol. perduxit. Cleri Hungarici qvàm exactiſſimam formam inſtituit, legibus, cenſura, ſynodis, diſciplina, repurgatione, morum ipſe integritate venerabilis, diſciplinæ rigore formidandus, honoris Divini ſtudio fervidus. Ædificia ſacra Regiis penè expenſis inſtauravit, aut excitavit; Ædem Cathedralem Tyrnaviæ; Cœnobium D. Claræ & Societatis Jeſuit. Collegium Poſonii, Aſceterium Franciſcanum in Arce nova. Demùm ob meritorum magnitudinem & ſpectatiſſimæ virtutis gloriam, poſtulante Ferdinando II. Auguſtiſſimæ memoriæ Imperatore, cui Pazmány ſummo erat in pretio, Romana Purpura à Summo Pontif. Rom. Vrbano VIII. donatus eſt 13. Calendas Decembris, anno 1629. qvam ipſe è Veteris Eccleſiæ majeſtate ita ſuſtinuit, ut ſummum illud dignitatis faſtigium religioſâ humilitate decoraret. Legatus à Ferdinando Cæſare ad Urbanum Papam pro Germanicæ Eccleſiæ emolumentis, in ſui admirationem convertit Urbem: tantam oris majeſtatem, tam robuſtam eloqventiæ vim, tam profundam omnis ſapientiæ humanæ ac divinæ ubertatem, tam ſingularem prudentiam, excelſum animum, conſtantiam, in agendo ſvavitatem, in urgendo dexteritatem, abſolutiſſimam deniqve in uno homine, & Principis, & Religioſi formam exhibuit. Societatem Jeſu, qvam matrem ſuam & agnovit ſemper, & appellavit, benigniſſimè fovit, & beneficiis proſecutus eſt. Poſonienſe Collegium & ſtruxit, & cenſu dotavit: Jaurinenſe adjuvit: in Homonenſe Patres S.I. plenè reſtituit: Tyrnavienſe & locupletavit prius, & inſigni Academia, qvæ prima unqvam in Hungaria inſtituta eſt, auxit. Collegia educandæ juventuti in Cleri Hungarici Seminarium Viennæ & Tyrnaviæ fundavit, & Societati adminiſtranda attribuit; qvo vel uno nomine mirum qvantum illi debeat univerſa, qvàm latè patet, Hungaria. Demùm cùm nova

moliretur indies ad amplificandam Dei gloriam, & Eccleſiæ Romanæ dignitatem, paucis poſt Piiſſimum Cæſarem Ferdinandum II. diebus, cujus obitum incredibili ſenſu exceperat, Poſonii, dum Viennam ad novum Cæſarem Ferdinandum III. conſalutandum maturat, in morbum incidit, qvo brevi conſumptus eſt die 19. Martii, anno ſalutis 1637.

Scripta. Scripſit Eminentiſſimus Cardinalis Hungaricè: *Libellum precatorium*, ſæpius recuſum. *Rationes* x. *apodicticas, qvibus vanitas Lutherana Hæreſis oſtenditur. Libellum Anonymum* v. *Epiſtolarum, contra Petrum Alvinczum, Prædicantem Caſſovienſem*, qvi fidei Catholicæ veritatem auſus fuerat coram ſuis oppugnare. *Reſponſionem Chriſtianam, de Cultu Sanctorum, & eorum pro nobis interceſſione*, Adverſus Nicolaum Gyarmathi. Græcii. 1617. *Reſponſionem ad Librum Petri Alvinczi.* 1619. *Conſultationem de fide capeſſendâ;* ſub nomine Michaëlis Vereſmarti. Poſonii 1612. *Hodegum*, ſeu, *Ducem ad veritatem*, in qvo oſtenditur vanitas Sectarum Catholicæ fidei adverſantium, Tom. III. Acceſſit *Appendix* v. *Qvæſtionum Epiſtolicarum.* Poſonii 1613. in fol. *Contra Fridericum Baldvinum.* 1627. *Lene medicamentum Civitati Varadienſi exhibitum adverſus morſus luporum; cum defenſione libri de Scripturâ Sacrâ, & Eccleſiâ, ſcripti ab Archiepiſcopo Strigonienſi:* ſub nomine Stephani Sallai. Poſonii 1630. in 4. *Rationes, ob qvas meritò Nobilis qvidam à novis Sectis ad veram fidem tranſierit*, Epiſt. ad Illuſtriſſ. Evam Bottyáni. Ibidem 1631. in 4. *Conciones in Evangelia omnium Dominicarum, & aliqvot Feſtorum per annum.* Ibid. 1636. in fol. *Thomæ de Kempis, De Imitatione Chriſti, lib. IV.* à ſe converſos. Poſonii. Hæc Hungaricè: At Latinè ſcripſit. *Diatribam Theologicam, de Viſibili Chriſti in terris Eccleſiâ*, adverſus poſthumum Gvilielmi Witakeri librum, contra Cardinalem Bellarminum, Græcii Styriæ, apud Georgium Widmanſtadium 1615. in 4. *Peniculum Papporum Apologiæ Solnenſis Conciliabuli, in qvo Prædicantes jura Eccleſiæ Catholicæ, & dogmata* fue-

fuerant auſi infringere : ſub nomine Joannis Jemicii Parochi Senqvicenſis. Poſonii, poſt alteram editionem 1611. in 4. in Aulâ Archiepiſcopali. Acceſſit. *Appendix, quâ Anonymi Sicophantæ criminationes in Pontificem Maximum, Rhythmis Pannonicis concepta, jugulantur.* *Logos Alogos*, contra Vellicatores Peniculi papporum : repetito typo Poſonii unà cum Hodego 1613. in fol. *Vindicias Eccleſiaſticas, adverſus decreta Principis Betlen in Clerum Hungariæ edita.* Viennæ typis Wolfgangi Schump 1620. in 4. *Acta & Decreta Synodi Diæceſanæ Strigonienſis, celebratæ Tyrnaviæ die 4. Octobris 1629.* Poſonii in Aulâ Archiepiſcopali 1629. in 4. *Diſſertationem, an unum aliqvid, ex omnibus Lutheranis dogmatibus Romanæ Eccleſiæ adverſantibus, Scriptura Sacra contineat.* Poſonii 1631. in 4.

Ex Alegambii Biblioth. Script. Societatis Jeſu.

Ceterum notandum, qvod eminentiſſimus iſte Cardinalis *Pazmanus*, ob fundatam à ſe ipſo primam in Hungaria *Tyrnaviæ* Academiam, alter dictæ urbis *conditor* audiat. Inaugurata autem fuit dicta Academia ab ipſo *Pazmano* fundatore. A. 1635. d. 13. Novembr. breviqve tanta cepit incrementa, ut numerus ſtudioſorum excederet millenarium. Primum in Academia iſta exercitium publicum fuerunt Theoremata qvædam ex Logica Ariſtotelica, ventilationi expoſita, in qva Diſputatione Cardinalis ipſe omnium primus opponentis vice functus eſt, qvod & deinceps in menſtruis Logicorum Diſputationibus fecit. *Conf. vocem Raicsáni Georg.*

Pelbartus Oſvaldus, natione *Hungarus*, civitate *Temesvarienſis*, Ordinis Minoritarum, Concionator eximius. Claruit A.C. 1501. ſecundum alios vero A. 1401. Scripſit volumen ſatis craſſum, cui Titulum dedit: *Aureum S. Theologiæ Roſarium, juxta Scripta qvatuor ſententiarum libros qvadripartitum, ex doctrina Doctoris Subtilis, & D. Bonaventuræ, atqve aliorum ſacrorum Doctorum.*

Qvartum ex hiſce qvatuor librum à Pelbarto morte prærepto nondum abſolutum ſupplevit *Oſvaldus à Laſco*, Pelbarti diſcipulus. *Prodiit integrum Opus Hagenoæ. 1504. 1508. II. Vol. in fol. Venetiis 1586. 1589. Tom. IV. Brixiæ.* 1594. Extant præterea ab eodem conſcripta, *Sermones de Tempore Dominicales, ac de Sanctis. Pariſiis apud Franciſcum Regnant. Qvadrageſimale triplex*, vid: de Pœnitentia, Vitiis, & Præceptis Decalogi; & *Stellarium B. Virginis.* Unicum Opus ex hiſce tribus confici ſolet, qvod *Pomærium Sermonum* inſcriptum, *prodiit Hagenoæ. 1475. 1498. Venet. 1586. in 4.* Qvin etiam ejusdem *Stellarium Coronæglorioſisſimæ Virginis impreſſum eſt Venet. 1587. Commentaria in Pſalmos. Hagenoæ.* 1504. Vid. Waddingus in S. O. M. p. 274. & Gvil. Cave. in Appendice Partis I. Hiſtor. Litter. Scriptorum Eccl. fol. 132.

Petántzi Felix, *Nobilis Hungarus*, Segniæ Cancellarius, claruit A. C. 1480. ac deinceps. Ejus meminit *Joh. Cuſpinianus* in fine Operis de Turcorum origine, religione, & tyrannide, his verbis: *Felicis Petantzii* Commentarium, qvibus Itineribus Turcæ ſint aggrediendi, velut corollarium ſubjungo. Qvi cum magna olim mihi fuit familiaritas, cum Oratorem Cæſaris Maximiliani Budæ agerem. Hic enim, & ad Bajazethem II. & Zelymum aliqvoties ivit Orator, & planè multa Turcorum novit, qvæ oculis vidit. Opuſculi autem, qvod deinceps ſubjungit, talis eſt Inſcriptio: *Felicis Petantzii Cancellarii Segniæ Liber, qvibus itineribus Turci ſint aggrediendi, ad Vladislaum, Hung. & Bohemiæ Regem.* Baſileæ cum Alcorano apud Joh. Oporinum. *Extat qvoqve Libellus hic inter Scriptores Rerum Hungaricarum.* Præterea conſignavit *Petantzius Genealogias Turcicas: qvo in Libro retulit Imperatorum liberos, dignitates, & matrimonia.* Liber nondum excuſus, fuit in Bibliotheca *Joh. Cuſpiniani*, qvi & *Petantzium* inter eos reponit, ex qvibus profecerit in ſuo de Imperatoribus opere. *Conf. Gerh. Joh. Voſſius de Hiſtoricis Latinis. p. 607.*

inter

Digitized by Google

* *Floret Nobilis Petantziorum Familia hodienum in Hungaria Inferiori maximè trans Danubium.*

Pilarik Stephanus, hujus nominis II. Vitæ curriculum ingredi cœpit. A. 1615. Patre *Stephano Pilarikio*, Paſtore Eccleſiæ *Otſovienſis*, in pago Hungarici Comitatûs *Zolomienſis*, prope Arcem Vigles, Chriſto collectæ; Matre *Anna*, *nata Mazurkia*, ex Sacerdotali in Hungaria familia. Anno ætatis 4. in Scholam eſt miſſus, qvo uti tempore tum doctrinæ Chriſtianæ capitibus, tum lingvæ germanicæ ac latinæ præceptis imbutus eſt, ita deinceps ſtudio Theologico operam navans, Muſicæ qvoqve artis fundamenta didicit, qvibus adminiculantibus, primum Cantoratûs officio in oppido Hungariæ *Ilava* præfectus, poſtea A. 1639. Veteroſolienſis Eccleſiæ Paſtoratûs munere functus eſt, deinde fratri ſuo *Eſaiæ* in oppido *Tepliz* in Comitatu Sepuſienſi ſito, in miniſterio Eccleſiaſtico ſucceſſit, ubi etiam Conſenior deinceps Venerabilis Contubernii fluvii ſuperioris *Poprad*, cum Seniore M. Clemente Kleinio, factus eſt, atqve aliqvo interjecto tempore Præco Verbi Divini in *Sztrehovienſi* Eccleſia conſtitutus, publica qvadam in Hungariæ Synodo publicus Orator deſignatus eſt. Anno autem 1649. *Sanct-Andream oppidum Comitatûs* Liptovienſis vocatus eſt Eccleſiaſtes; inde *Trencsinii* Concionatoris Aulici munus obiit apud Illuſtriſſ. Comitem *Gabrielem Illyesházi*, qvo tamen munere haud longo adeò tempore functus, ad officium Eccleſiaſticum *Bekaviam*, oppidum ad fluvium Vagam ſitum, vocatione præviâ legitimâ, exornandum contendit, deniqve *Bſenicium*, oppidum Hungariæ, Concionatoris ibidem ſparta functurus, ſe contulit, ubi ob improviſam Turcarum irruptionem A. 1663. fuga in Arcem *Berents* vitæ ſuæ conſulturus, à Tartaris in captivitatem abductus, variis contumeliis, corporisqve cruciatibus vexatus eſt: Ex qva Dei ope liberatus tandem *Neoſalzæ* Miſniæ oppido verbi divini ſedulus ac ſincerus Præco ad extremum usqve vitæ diem per-

Digitized by Google

permanſit. Tam dura nempe, tamqve dira fuerunt ejus fata per aliqvot luſtra, ut juxta Teſtimonium à veneranda Facult. Theologica Wittebergenſi A. 1678. eidem tributum, ipſius pericula, ejus damna, & concatenata mala, plenam dent Martyrii hiſtoriam. Publicavit hanc ipſe, commemoravit eandem Clariſſ. Filius, Dn. M. *Eſaias Pilarik*, Diſputatione peculiari Theologica, de *Perſecutione vera Eccleſiæ*. In Teſtimonio illo dicato appellatus eſt hic ipſe Pilarikius, *Vir afflictus, & in omnibus fere martyrii generibus tam ab orientali, qvam occidentali Antichriſto diuturnis perſecutionibus exercitus Chriſti Servus*. Alias verò in Teſtimonio à Rectore Academiæ Vittebergenſi *Wernero Theodor. Martini*, eidem dato, elogium ſortitus eſt iſtud: *Stephanus Pilarikius loco inter Pannones honeſtiori, cum propter literarum virtutumqve cultum, tum propter familiæ ac Neceſſariorum decus numeroſum ſatis, habitus*.

Multiplicibus ingenii ſui fœcundiſſimi partubus Rempubl. amplificavit literariam, ex qvibus innotuere mihi potiſſimum,
Scriptum ſeqvens: דעו כי־הפלה יהוה הסיד לו Currus Jehovæ mirabilis, Das iſt / Ein wunderbahrer Wagen des Allerhöchſten / auf welchem Er wie von Anfang her / alſo auch noch heut zu tage / als ein wunderbahrer GOtt und Führer / ſeine Heiligen und Glaubigen ſo wunderlich über Berg und Thal / durchs Feuer und Waſſer / Feind und Freund ꝛc. in dieſer argen Welt führet / bis Er Sie endlich auf Eliä Himmels-Wagen durch einen ſeligen Tod in die ewige Ruhe eingeführet hat / dargethan durch Steph. Pilarik, den Elteſten / an ſieben unterſchiedlichen Oertern in Ungarn / letztlich in Marckfleck Seniz geweſener Pfarer / wie auch des löbli. Berencsiſchen Conſiſtorii per decennium Seniorem: Anjetzo aber nach vielfeltigen und hochbekümmerlichen Exilio aus Hungarn / der exulirenden Chriſtlichen Gemeine zu Salza im Marg-Grafthum Meißen verordneter Prediger: Mit Lehr / Vermahnung und Troſt-Sprüchen / wie

wie auch ſeinen eigenem Exempel, allen Frommen mit Creutz und Trübſal belegten Chriſtlichen Hertzen zur Lehre / Troſt / Erinnerung / und Aufmunterung. Pſalm. IV. 4. Wittenberg. im Jahr. 1678. in 8. Deinde *Primos labores & Continuationes Joh. Hermanni.* Præterea *Salomoneam Poſtillam Joh. Gerhardi.* Itemqve *Poſtillam Tileſii in Tabellas Synopticas redegit.* Inſuper publicavit *Gemitus Dominicales & Feſtivales Evangeliorum* cum Titulo: *Favus deſtillans.* Das iſt Sonntags und Feſt Evangeliorum Seufzer. Edidit qvoqve *Meditationes hebdomadales*, cum titulo: *Harpha Davidica, idiomate Slavonico, Trencſinii impreſſa.*

Pilarik Stephanus III. Filius *Stephani Pilarikii II.* hactenus commemorati. Bonis artibus & Theologicis imprimis ſtudiis in Patria non minus qvam in Vittebergenſi Academia innutritus, talentum à Deo ſibi concreditum, in diverſis Eccleſiis Evangelicis, tum in verbi divini prædicationem, tum in ſacramentorum adminiſtrationem, fideliter impendit. Et qvidem primò Tyrnaviæ, urbe Hungariæ liberæ Regiæqve, Eccleſiæ Bohemicæ officium ſuſtinuit, ſermone bohemico ad populum Bohemicum habito, per integrum triennium, qvo emenſo temporis ſpatio, ob fidem Evangelico-Lutheranæ profeſſionem, in exilium abire juſſus eoqve 15. menſibus in patientia & ſpe tolerato, Modoræ, Urbe prope Tyrnaviam ſito, Bohemicæ ibidem Eccleſiæ in fide Chriſtiana erudiendæ, præpoſitus eſt, ubi tamen vix integro anno exacto, alterâ vice, eandem ob cauſam, ſolum vertere debuit. In Sileſiam igitur abiens, in vico Jordans-Mühl / vulgo dicto, Eccleſiaſtæ munus toto penè octennio vigilanter adminiſtravit: qvo tempore elapſo, altera vice *Modoram* delatus, Eccleſiæ Germanicæ Concionatorem qvintum in annum egit, tertiaqve vice perſecutionem paſſus, extorrem rurſus vitam egit. Poſtea in vico Miſniæ *Neoſalcia* (Neu-Saltza) dicto, in qvartum fere annum functionem ſuſtinuit eccleſiaſticam. Demum à Joh. Carolo de Neitſchitz

Qq Domi-

Domino in Röhrsdorf & Thronitz ad officium Eccleſiaſticum in Röhrsdorf obeundum vocatus eſt, ubi etiam diem obiit ſupremum.

Interea in compendio fata hujus Viri laudatiſſimi protuliſſe mihi videtur *Caſpar Löſcherus S. Theol. D. & Prof. Wittebergæ Publ.* in Præfat. ad Lectorem: Stephanus Pilarik der Jüngere/ an unterſchiedlichen Orten / als in Tyrnau und Modor/ Königl. Frey-Stätten in Nieder-Hungarn/ zu Jordans-Mühl in Schleſien / zu Neuſaltza in Meißen / geweſener treufleißiger / zu dreyenmahlen von Feinden und falſchen Freunden oder Maul-Chriſten Verfolgter/ und daher wohlverſuchter Diener Chriſti / anjetzo aber durch ſonderbahre Gnade Gottes nach Röhrsdorf wohlberuffener Seelen-Sorger ꝛc.

Autorem hunc *Pilarikium* agnoſcit ſeqvens iſtud *Scriptum*:

Scriptum Neu-Vermehrter / von der Hochlöbl. Theologiſchen Facultät zu Wittenberg cenſirter, approbirter und recommandirter, auch mit 35. ſchönen Kupfer-Stücken gezierter Catechetiſcher Lehr-Grund / welchen durch Gottes Gnade / zu bezeigung ſeines danckbahren Gemüths gegen denſelben/ für ſeine Ihme unzehlich vielerwieſene große Wohlthaten / und ſonderlich wunderbahre Errettung aus vielen Leibes- und Seelen Nöthen/ im Namen JEſu/ des einigen Grundes unſerer Seeligkeit / in Jordans-Mühl in Schleſien gelegt/ in der Königl. Stadt Modor in Nieder-Hungarn gebauet / und nun in Neu-Salza in Meißen ausgeführet / Stephanus Pilarik, nach dreyfachen ſchwehren Exilio und vielen von Feinden und falſchen Freunden ausgeſtandenen Kränckungen / durch ſonderbahre Gnade Gottes / und des Hochgebohrnen Herrn Collatoris, in Röhrsdorff Pfarrer. Budißin/ druckts Andreas Richter. A. 1693. in 8.

Pila-

Digitized by Google

Pilarik Stephanus, meo in ordine hujus nominis IV. proximè laudati B. Patris filius, paternarum virtutum hæres, Antiſtitem nunc agit Eccleſiæ *Schemnitzienſis* Evangel. urbis montanæ in *Hungaria* celebris, qvi ob ſingularem eruditionem, modeſtiam, pietatem, ceterasqve Theologo condignas virtutes, ante paucos abhinc annos, in Superintendentem Generalem Eccleſiarum Evangelico-Lutheranarum Superioris Hungariæ meritiſſimè evectus eſt, cujus Vitæ curriculum atqve fata, pietatis inſtinctu & cultus debiti impulſu, prolixioribus lineis lubens deducerem, ſed in defectu ſpecialioris ejusdem notitiæ, alteri tempori ac occaſioni id reſervare cogor. Complura Opuſcula qvamvis Vir iſte eruditiſſimus conſcripſerit, ediderit qve, tamen ex iis hactenus in meam notiam non niſi hæc gemina pervenere: Zwölf-Jährige Evangeliſche und Epiſtoliſche Kirchen-Arbeit. Dreßden 1691. in 8. Item Geiſtliche Himmels-Leiter ibidem 1706. *Scripta*

Ceterum plures Pilarikianæ Sirpis propagines, ſuis qvæqve nominibus expreſſæ, videri legiqve poſſunt in Dedicatione, qvam M. *Eſaias Pilarikius* Diſputationi ſuæ de *Perſecutione vera Eccleſiæ*, A. 1676. Vittebergæ ſub Præſidio *Joh. Andreæ Qvenſtedii S. Theol. D. & Prof.* habitæ prætexuit. Qvi etiam *Eſaias Pilarikius* Diſputationem præſidendo defendit Philoſophicam, *De Eclipſi Lunari*, Reſpondente Generoſo Domino *Joh. à Schmidek* Nob. Hung. Vittebergæ 1680. in 4. Atqve iſte Eſaias, natus eſt *S. Andreæ* in Hungaria, A. 1650. Paucis ut multa, alluſione nominis inductus, complectar:

Sunt Pilarikii Pilæ, *firmaqve columnæ*
In Templis, variæ Sortis itemqve pilæ.

Pinxnerus Andreas, *Saxo-Tranſylvanus*, conſcripſit *Apodemiam ex Tranſylvania per Pannoniam, Auſtriam, Moraviam, Bohemiam, Miſniam atqve Saxoniam à ſe ſuſceptam.* In qva Urbium ſtatus, ſitus, Eccleſiæ facies depinguntur, inqvilino-

 rum

rum juxta mores & ſtudia, aliaqve notabilia, qvæ ad prudentiam Civilem & Hiſtoriam ſacram pertinent, breviter inſeruntur & exhibentur. *Prodiit A. 1694. in 12.*

Podhoránszki Daniel, *Hungarus*, prodire fecit Speculum Vitæ, ex diverſis Codicibus Sacris excerptum & juxta Alphabetum à ſe compoſitum, Poſonii, A. 1671. 8.

Preyſius Chriſtophorus, in *Hungaria* natus & educatus, Philoſophiæ A. 1554. ac deinceps erat in Univerſitate Francofordiana Adjunctus. Qvanti Virum hunc ſua ætate Philip. Melanchthon fecerit habueritqve, ſatis ſuperqve apparet vel ex ejus *Epiſtolis*, ad eundem freqventiſſime exaratis, qvarum numero 54. leguntur in Libro V. eoqve ultimo Epiſtolarum *Melanchthonis à Joh. Sauberto A. 1646 Noriberga in forma 8. editarum*, in qvibus tamen illum neqvaqvam *Preyſium*, ſed *Chriſtoph. Pannonium* (more aliàs tum recepto & *Jano Pannonio*, *Steph. Szegedino*, aliisqve claris Viris à patria cognomen adeptis, uſitato) appellitavit. Ejus ſub nomine prodiit *M. T. Ciceronis Vita*, *Studiorum & Rerum geſtarum hiſtoria*, *ex ejus ipſis Libris teſtimoniisqve potiſſimum obſervata atqve conſcripta*: Item *Oratio de Imitatione Ciceroniana. Impreſſa ſunt junctim hæc duo Opuſcula Baſileæ per Ludov. Lucium, A. 1555. 8.*

Scripta.

Opuſculo illi priori præmiſſum legitur elegans *Judicium Caſparis Peuceri* ad Lectorem de utilitate geminorum horum libellorum, nec non de facundia & doctrina Autoris, circa finem *Elegiæ gratulatoriæ* hiſce diſtichis expreſſum:

Judicium.

Ergo Viri docti meritò nos Scripta probamus,
Nobile cui nomen Pannonis *ora dedit.*
In qvibus eloqvii commendat divite vena
Hunc, qvi dicendi fons & origo fuit.

Ipſe

Ipſe ſua ſeriem ſi vellet ſcribere vitæ
Tullius, aut Latio commemorare foro:
Tali forte ſtylo verbis aut talibus uſus
Poſſet cum rigida plebe movere patres,
Æmula tam tenet hunc Ciceronis cura ſeqvendi,
Cujus qvod cernis dextera ſcripſit opus.

R.

Radecius Valentinus, *Saxo-Tranſylvanus*, Senator Claudiopolitanus, Socini hæreſeos ſectator. Poſt ſe reliqvit *MS. latinè & hungaricè conceptum de Trinitate, duabusqve in Chriſto Naturis.* Scriptum Pater hujus viri erat *Valent. Radecius*, Matthæi Gedanenſis civitatis Secretarii filius. Superintendens Unitariorum in Tranſylvania, & Plebanus Claudiopolitanus, cujus extat *Formula adminiſtrandi Coenam Dominicam: cum annexa qvarundam Qvæſtionum, ad eandem elucidandam, ſpectantium Solutione.* Item, *Precationes matutinæ & veſpertinæ, impreſſæ Claudiopoli, typis Georgii Abrugii. A. 1638. in 8.* Vid. Sandius in Biblioth. Anti-Trinitar. p. 106. & 156.

Raicsáni Georgius P. Soc. Jeſu AA. LL. & Philoſ. Doctor, ejusdemqve Profeſſor in Academia Archiepiſcopali Tyrnavienſi Publ. Emeritus, ac Facultatis Philoſ. h. t. Senior. Cum A. 1707. die 30. Aug. Excellentiſſimo hoc Viro Brabevtâ, Magiſtri ibidem LL. AA. crearentur, prodiit *TYRNAVIA NASCENS ſive Bela II. Rex Hungariæ, cognomento Cæcus, Tyrnaviæ* (qvæ urbs libera Regia audit & in publicis regni comitiis locum habet, ſedemqve præbet Archi-Epiſcopo Strigonienſi) *conditor, heroico carmine celebratus. Typis Academicis in 8. 3. philyris.* Nec non *TYRNA-*

VIA CRESCENS, ſive, qvinqve Hungariæ Antiſtitum de Urbe hac Academica literisqve præcipue meritorum glorioſa memoria panegyrico celebrata, cum eodem *P. Raicsáni* Brabevtâ, A. 1707. 30. Aug. Magiſtri crearentur. Præſules iſti ſunt: *I. Petrus Pazmány* S. R. E. Cardinalis Prebyter, Archiepiſcopus Strigonienſis, qui ob fundatam primam in Hungaria Tyrnaviæ Academiam alter dictæ urbis conditor audit. Inaugurata fuit dicta Academia ab ipſo *Pazmano* fundatore. A. 1635. d. 13. Novembr. breviqve tanta cepit incrementa, ut numerus Studioſorum excederet millenarium. Primum in Academia iſta exercitium publicum fuerunt Theoremata qvædam ex Logica Ariſtotelica, ventilationi expoſita, in qva Diſputatione Cardinalis ipſe omnium primus opponentis vice functus eſt, qvod & deinceps in menſtruis Logicorum Diſputationibus fecit. *II. Georgius Lippai*, Archiepiſcopus Strigonienſis, à qvo *Collegium Generale Cleri* Regni Hungariæ Tyrnaviæ fundatum, ut & *Collegium Jeſuitarum Trencsinienſe*, & *Cœnobium Franciſcanorum Cremnicienſe III. Georgius Szelepcséni*, Epiſcopus Nitrienſis poſt Archiepiſcopus Colocsenſis, deniqve Archiepiſcopus Strigonienſis, Seminarii B. V. Mariæ Tyrnaviæ fundator, qvi etiam Baſilicæ Tyrnavienſis turres extrui cruſtisqve à ſtanno nitentibus ſuperinductis exornari curavit, inqve ſupremis tabulis qvingenta plus millia in varia cœnobia & Collegia, in Gymnaſia videlicet *Szakolcza*, *Leutſchovia*, *Zolna inſtituta*, & Seminaria, aliasqve pias cauſas legavit. *IV. Johannes Telegdi*, Archiepiſcopus Colocsenſis, primus Convictûs Nobilium, qvi Tyrnaviæ eſt, inſtitutor, & *V. Ferdinandus Pálſi*, Epiſcopus Agrienſis, Scholarum ibidem Academicarum conditor. Typis Academicis in 12. 2. philyræ.

Ran-

Digitized by Google

Ranzanus Petrus, patria *Siculus*, domo Panormitanus, Ord. Præd. Monachus, Ferdinandi Regis Orator ad Matthiam Hungariæ Regem, claruit A.C. 1478. qvo ad Eccleſiæ Lucerenſis Præſulatum evectus eſt: obiit admodum ſenex anno 1492. Scripſit *Annales temporum de omnium pene Gentium rebus, in Libros VI. diſtributos, qvorum ultimus de Rebus Hungaricis in Indiculos 36. diviſus*, & Matthiæ Regi Hung. dicatus, ſolus ſupereſt. Eum cum *Appendice* à ſe adornata, primus edidit *Vir Cl. Johannes Sambucus, Viennæ Auſtriæ. 1558. in fol.* Eundem inter Hungaricarum Rerum Scriptores recudi fecit *Joh. Bongarſius, Francof. ad Mæn. A. 1600. fol.* In celeberrima dicti Sambuci Bibliotheca nonnullas *Ranzani Orationes MSS.* aſſervari refert JoſiasSimlerus in Epitom. Biblioth. Geſneri. f. 564. *Vitam & Res geſtas B. Vincentii Valentini cognomento Ferrerii* à Calixto Papa III. in Divorum numerum relati in Collectione ſuâ edidit L. Surius ad 5. diem Aprilis. *De Urbis Panormitanæ antiqvitate Opuſculum.* Hujus meminit Fazellus Bibl. Dom. p. 214. *De Laudibus Lucerinæ Civitatis*, aliaqve plura adhuc inedita, ab Ambroſio Altamura de Rebus Sicul. Dec. I. lib. 8. p. 149. 173. *Vide Gvil. Cavei Hiſt. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. P. II. fol. 315.* Scripta.

Gerh. Joh. Voſſius de Hiſtoricis Latinis p. 567. Hic qvoqve locus eſto *Petro Ranzano*, non qvia patriam ejus ſatis ſciamus; ſed qvoniam apud Matthiam Corvinum, Hungariæ Regem, triennium Legatus fuit. *Ranzanus ille de omnium penè gentium Rebus, Annalium libros ſcripſit LVI.* ex qvibus ultimum duntaxat, atqve id *Sambuci* beneficio, habemus inter Hungaricarum Rerum Scriptores. Dividitur verò in Indiculos 36. Nam qvæ poſt Indiculum 36. ſeqvuntur, non Ranzani ſunt, ſed Sambuci. Deſinit autem Razanus, in bello inter Matthiam Corvinum, & Cæſarem Fridericum III. Eoqve tempore vixiſſe, ſatis docent verba iſta in fine Indiculi 36. *Ubi tandem animadvertiſſet* (Matthias à Frederico Imp.) *ſibi verba dari, nihil ulterius protelandum ratus, ſumtis armis, Auſtriam, qvæ regno eſt Hungariæ contermina, invaſit, belloqve* diu-

diuturno perdomuit: & hodie *nemine reluctante tranqvilliſſimè poſſidet*. Idem qvoqve fine Indiculi 27. ait ſe interfuiſſe exeqviis Johannis Corvini, qvæ incidunt in annum 1456. Ex iisdem autem fontibus hauſit ſua, unde *Bonſinius*. Nempe ex Indicibus Regum, qvos Viennæ acceperat à Regina *Beatrice*. *Nec minus eum brevitas commendat*, *qvam Bonſinium*, *qvod uberior ſit*, *& tam multa adjungat de rebus* Externis. &c.

Joh. Sambucus in Præfatione ad Ranzanum: Variæ apud Antiqvos rationes colligendarum Hiſtoriarum fuiſſe videntur; hic verò Auctor per *Indices* qvosdam Regum à Beatrice ſibi Viennæ datos, ex iisdem, unde *Bonſinius* ſua deſcripſerat, ita deduxit ac illuſtravit, ut qvi de Rebus Hungaricis aliqvid prodiderunt, nulla ex parte ſit illis poſt ponendus; etenim hac brevitate cuncta eleganter eſt complexus, ac nihil, qvod in Hiſtoria reqviritur, uſpiam omiſit: Atqve hoc nomine hic Scriptor vel præcipuè cognoſcendus, qvod aliqva in Bonſinio vel interrupta, vel mendoſa Librariorum incuriâ cum ſint, hinc omnium admoneri, & non parum ad ſinceram & integram veritatis cognitionem juvari qveamus.

Judicium.

NB. *Haut incongruum itaqve fore exiſtimavi*, *nitidiſſimum hunc Rer. Hung. Scriptorem hoc inſerere loco; tum propter Hiſtoriæ Hungariæ gravitatem; tum qvoqve ad refellendum errorem illum*, *qvo à plerisqve in Hungaria creditur propaginem ſuam populo debere Siculorum*, *ſeu Ciculorum*, *genti extremis in oris Tranſylvaniæ Moldaviam verſus Sedes ſuas habenti*, *atque hungaricè* Székely, Székelyek, *dictæ*. *Deqva gente Georg. à Reichersdorf in Chorographia Tranſylvaniæ fol 33. ita ſcribit: Siculia*, *ſeu Ciculia*, Daciæ angulus, Moldaviæ regioni contiguus, ejus terræ populi dicuntur *Siculi ſive Ciculi*, Scytharum *(ut ajunt)* genus, à qvo originem traxere, ſuis vivunt legibus & moribus, ſuaqve officia ſorte diſtribuunt. Durum & aſperum genus hominum, qvaſi bello natum, qvi moribus, ſermone, & veſtitu non multum ab Hungaris diſcrepare videntur. Hi ſunt Hunnorum antiqviſſimi, qvos

Siculos

Digitized by Google

Siculos ſeu Ciculos appellare malunt qvidam, qvod è Scythis ori-
ignem trahant.

Rátkai Georgius, *Nob. Hung. de Nagy-Tábor*, Lector & Canonicus Capituli Zagrabienſis, typis mandavit: *Memoriam Regum & Bánorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Slavoniæ. Viennæ, A. 1652. fol.* *Scriptum*

Raygerus Carolus, *Poſonienſis Hungarus*, Med. Doctor. ejusdemqve in Patria hoc tempore Practicus haud infelix. *Diſputationem Inauguralem, pro Licentia, ſummos in Arte Medica Honores & Privilegia conſeqvendi, de* Labroſulcio, ſeu Cheilocace, *ſolo Deo Præſide, ſolenni Eruditorum examini Altdorfii, Noricorum, in Univerſitate celeberrima, expoſuit A. 1698. in 4.* in qva ipſa Academia tum Panſophico XL. diſciplinar. Collegio, ſub moderamine Excellentiſſ. Dn. *Dan. Gvil. Molleri*, PP. tum Arti Medicæ, ſub manuductione Experientiſſ. Doctorum *Brunonis* ac *Hofmannorum*, qvadriennium optato cum profectu exegit.

de *Réva* Petrus, perpetuus Comes *Comitatûs Hungariæ Turocienſis* (qvô hodienum honore, ac titulo gaudet Illuſtriſſima hæc Comitum proſapia) nec non Sacræ Regiæ Coronæ Hungaricæ Duumvir, h. e. unus ex duobus illis Illuſtriſſimis Comitibus, germanicè Cron-Hüter dictis, eum in finem antiqvitùs conſtitutis, ut tutæ Coronæ cuſtodiæ conſuleretur, qvorumqve uno mortuo, novus denuò electus vicem illius ſupplet: Conſcripſit ediditqve inſignem Librum: *De Angelica Corona Apoſtolici Regni Hungariæ, Auguſtæ Vind. A. 1613. qvem poſtea auctiorem emendatumqve denuò publicavit*, Comes Franciſcus de Nádasd (*de qvo p. 276. plura*) cum titulo: *De Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ Centuriæ Septem, qvibus ſub finem ſeorſim addidit: Catalogum Palatinorum & Judicum ejusdem Regni Ca-* *Scriptum*

ſparis Jongelini, Abbatis Euſerſthalienſis, & dicti Regni Hiſtoriographi. Editio hæc altera excuſa eſt *Francofurti ad Mæn. ſumptibus Thomæ Matthiæ Götzii, typis verò Jacobi Laſche, Typographi Hanovienſis A. 1659. in fol.* Continet Annales Rerum Hungaricarum ab ortu gentis usqve ad A. 1665.

Idem Franciſcus Comes de Nádasd in Epiſtola Dedicatoria ad Ladislaum Comitem de Réva, Conſiliarium Regium ac Cognatum ſuum, huic recenter editi operi præmiſſa: Anni vix 40. elapſi ſunt, à qvo Avus meus Maternus, Tuusqve Conſangvineus *Petrus de Réva* Comes Turocienſis, inſignem edidit Libellum de

Judicium. Angelica Corona Apoſtolici Regni noſtri Hungariæ, ſuccinctum ſanè ac elegantem, & qvo nemo brevius, clariusve illius Sacræ Coronæ originem, Regumqve variam fortunam, ſucceſſionemqve ad hæc usqve tempora ſummatim deſcripſit, qvod alii ingentibus tomis ſunt aſſecuti: Qvi libellus poſt mortem auctoris vix amplius ſuperſtes, tandem interiiſſet, niſi in Bibliotheca Tua repertus eundem ab interitu vindicaſſes.

à *Reichersdorf* Georgius, *Nobilis Tranſylvanus*, Secretarius qvondam Statûs intimus Ferdinandi I. Rom. Imp. & Regis Hungariæ circa A. 1550. ejus juſſu cum legationis munus obiret per Tranſylvaniam, ad Moldaviæ Dynaſtam, qvem ipſi *Vaivodam* appellant, capiebat occaſionem ex diligenti iſtius Provinciæ, dum Principem illum affectabatur, perluſtratione, provinciam illam una cum rerum ſtatu deſcribere, qvam poſtmodum in lucem qvoqve emiſit publicam, ſub titulo *Chorographia Moldaviæ.* Paucis abhinc annis conſtruxit ad eandem normam etiam

Scripta. *Chorographiam Tranſylvaniæ, qvam* eidem Cæſari humillimè dedicavit. Prodierunt ambæ primò Viennæ A. 1550. in 4. ſub titulo: *Tranſylvaniæ ac Moldaviæ, aliarumqve vicinarum Regionum ſuccincta Deſcriptio*, cum tabulis geographicis, tam Moldaviæ, qvam Tranſylvaniæ *(qvæ duæ duntaxat ſunt)* Anno verò dehinc 1595. annexa *Martini Bronovii Tartariæ Deſcriptioni.* Prodiit Coloniæ Ag-

Digitized by Google

Agripp. in fol. Sub calcem huic Libro additus inſuper eſt *Georgii Verneri de Admirandis Hungariæ Aqvis Hypomnemation, additâ Tabella lacûs mirabilis ad Cirknitz.*

Rhegenius Paulus Michael, *Tranſylvanus, patria Claudiopolitanus*, extra Eccleſiam orthodoxam natus, atqve à puero Socinianorum Sectæ, omnium qvas Sol videt peſtilentiſſimæ, veneno infectus, Claudiopoli è Tranſylvania, qvæ nidus erat iſtorum hominum, poſito in Electorali Dreſdæ converſionis tyrocinio, ad ſalvificam & orthodoxam fidem, unicum Deum in tribus diſtinctis perſonis profitentem, rediit, qva profeſſione facta, ſummariam conſcripſit ediditqve Diſſertationem: *De Oeconomia Redemtionis noſtræ per Chriſtum partæ, ubi præcipua controverſia inter Trinitarios & Unitarios* (vulgò Socinianos) *circa Peccatum Originale, Perſonam & Officia Chriſti, Cauſam mortis ejus, & Satisfactionem ſtrictim & dilucide pertractantur*, ſententia Orthodoxa ſolidis argumentis ſtabilitur, Unitariorum verò opinio candide refutatur, *per eundem P. M. R. Prodiit Lipſiæ, ſumptibus Joh. Groſſii, A. 1688. 12.* *Scriptum*

Joachim. Fellerus Prof. Lipſienſis Publ. in Carmine Gratul. Diſſertationi dictæ Rhegenianæ præfixo, hoc eum elogio mactavit: *Judicia.*

In Scripto, ingenii magnum qvod prodit acumen,
Et lautâ dignum TE ſtatione probat.

Cui conſonant ea, qvæ Joh. Benedict. Carpzovius in Epiſtol. Gratulator. eidem Diſſertationi præpoſita, verbis perſecutus eſt prolixioribus, unde paucas duntaxat haſce depromere juvat lineolas: Accedit hoc ſpecimen, qvod in præſentia primam poſt converſionem edis, non eruditionis modo, qvam in eo probas haut proletariam, ſed & ſinceritatis, ac omnino tale, qvale decebat hominem liberaliter eruditum, qvi Religionem ex orco revocatam, horrendam, blaſphemam, ipſorumqve Judæorum & Mahomedanorum perfidia deteriorem, cui inde ab incunabulis addictus fueras, divinâ illuminatus gratiâ, renunciaſti.

Digitized by Google

Rimai Johannes, Generoſo ſtemmate in *Hungaria* inter Calvinianos natus, Vir non minus pius ac doctus, inqve Poëſi Hungarica æqve ac Latina celebratiſſimus: Inter alios ingenii *Scriptum* ipſius fœtus, extant qvoqve Hymni ſacri dialecto Hungarica rhythmis alligati, ſingulari pietatis & devotionis inſtinctu conſcripti, qvi hodie in Proteſtantium per Hungariam Eccleſiis ſunt uſitatiſſimi, typisqve impreſſi, extant junctim cum Cantionibus L. Bar. Valentini Baláſſæ (de qvo ſupra p. 28. jam actum) varia in forma, iteratisqve vicibus *Leutſchovia.*

Rithallerus Michael, *Modora urbe Hungaria* natus ibiqve educatus, emenſo deinde ſtudiorum Academicorum curriculo ad Rectoratûs officium in Patriæ Gymnaſio vacans promotus, id exoptato diſcentium cum fructu aliqvandiu adminiſtravit, ingruente vero perſecutione Evangelicorum, ipſe qvoqve Patriam deſerere coactus, in Germaniam ſe contulit, ubi refugio in Ducatu Gvelferbitano invento, Sereniſſimi Ducis auſpiciis Bibliothecæ Gvelferbitanæ ampliſſimæ præfectus fuit, qva etiam in functione animam Salvatori ſuo reddidit. Inter alia ipſius Scripta, non niſi *Scriptum* unica meo obtutui ſeſe ſtitit *Diſſertatio Acad. De Nobilitate Hungarorum, qvam ſub Præſidio Mich. Wendeleri SS. Theol. Doct. Vitteberga A. 1664. bonis Artibus operam navans, publico eruditorum Examini expoſuit.* Eqvidem egregium hoc & magni ponderis eſt Argumentum, ſed neqvaqvam pro dignitate ſua elaboratum, qvippe in qvo de eximio ſplendore, antiqvitate, excellentia ac virtute heroica Nobilitatis Hungaricæ, itemqve ampliſſimis ejusdem immunitatibus, privilegiis, prærogativis, ac eminentiis, cum pleriſqve Orbis Europæi Nobilibus certantibus, altum eſt ſilentium. Optandum igitur foret, ut aliqvis limatioris ingenii Vir, Rerumqve Hungaricarum probè gnarus, illuſtrem hanc materiam majore curâ ac ſtudio perſeqveretur. Interea plura de hujus Viri fatis ac Vitæ curriculo ſuppeditabit *Pauli Patris Oratio funebris*

in

Digitized by Google

in Laudem Rithalleri Bibliotheca Gvelſerbitana Præfecti, *conſcripta.*

Rivulinus Johannes, *Hungarus ex Tranſylvania* oriundus, Vir in Deiparam Virginem affectu ſingulari, cujus aſpectu creditur fuiſſe recreatus: In Societatem Jeſu adſcitus eſt Anno ſalutis 1587. ætatis 19. Spiritualium lege IV. Vota emiſit. Edidit tacito ſuo nomine: *Faſciculum laudum B. Virginis Mariæ.* Vide Alegambii Biblioth. Soc. Jeſu auctam per Nathan. Sotvellum fol. 270. *Scriptum*

Magiſter **Rogerius**, *Hungarus*, patriâ *Varadienſis*, ejusdemqve Capituli Canonicus, circa A. C. 1250. *Hiſtoriam* ſcriptis mandavit, hôc titulo: *Epiſtola in miſerabile Carmen ſuper deſtructione Regni Hungariæ per Tartaros facta*, ad Reverendum Dominum *Johannem*, *Peſthienſis Eccleſiæ Epiſcopum.* Epiſtola hæc in Capita eſt diviſa. In Præfatione ait, ea ſe referre, qvæ vel vidiſſet ipſe, vel ab iis accepiſſet, qvi præſentes fuiſſent. Subjici verò ſolet Chronicis Hungaricis *Johannis Thuroczii.* Imo *Bonfinius* ipſe fatetur, multa ex illa Hiſtoria in Decades ſuas Hiſtoriæ Hungaricæ ſe inſeruiſſe v. g. Decade II. Lib. 8. f. 207. *Rogerius unus è Collegio Sacerdotum, ex cujus Commentariis iſta colligimus, cognito Tartarorum incurſu, confugit in ſylvas, ubi aliqvandiu tutò delituit, ut hujusce exitii teſtimonium perhiberet.* Idem fol. 299. lin. 9. *Rogerius, ex cujus Commentariis* (veluti ſupra memoravimus) *iſta collegimus.* *Scriptum*

N. Roka *Croata*, Epiſcopus Tinenſis, Regni *Croatiæ* Primas, Anno 1683. Aulas Principum Proteſtantium in Germania acceſſit, & teſte *Wagenſeilio ad Alixium*, ex qvo hæc trado, Pontificis nomine propoſuit varia media Religionis reuniendæ. En vero ipſiſſima Wagenſeilii, ex Epiſtola ad Alixium d. 5. Febr. 1684. verba:

Digitized by Google

verba: *Epiſcopus Tinenſis*, Primas Croatiæ, univerſas aulas Principum Proteſtantium in Germania jam obit, & Pontificis nomine ipſis proponit varia media reuniendæ religionis. *Calixtus* Theologus Helmſtadienſis ſæpenumero cum eo contulit ſermones, & en ipſius verba, quibus in Epiſtola ad amicum rationem reddit ſuarum cum Epiſcopo Tinenſi collationum. *A tempore Reformationis nunqvam auſi fuiſſent Proteſtantes à Papa poſtulare, qvod Epiſcopus iſte ipſis jam ejus nomine offert. Caput rei verſatur in habendo Concilio univerſali, qvo durante Anathemata Concilii Tridentini ſuſpenſa eſſe, atqve ſi ita videbitur poſtea, re probe examinata, plane abrogari debent. Concilium itaqve Tridentinum novo examini denuo ſujiciendum erit, & autoritate Concilii proximi, in qvo nos non rei erimus, ſed inter judices locum tenebimus. Ac qvoniam hæreticis dignis anathemate, locus in Concilio eſſe neqvit, Pontifex ſolenni Bulla declarabit, Proteſtantes neutiqvam habendos pro ejusmodi hæreticis. Viciſſim cum Anti-Chriſto non magis integrum ſit intereſſe in Concilio qvam hæreticis, Proteſtantes profitebuntur, ſe Pontificem pro Anti-Chriſto minime habituros, cum & ille κριτήρια Anti-Chriſti abjecerit, renunciaverit aſſuetæ prius tyrannidi, & probitatem Veterum Epiſcoporum Romæ iterum adoptaverit: E contrario itaqve illum reputaturos ſupremum ac primum Patriarcham Chriſtiani orbis, cui Primatus debetur Ordinis, non Primatus Juriſdictionis. Omnibus & ſingulis concedetur Euchariſtia ſub utraqve, non qvidem ut jure divino, ſed humano atqve Eccleſiaſtico: Clericis etiam fas erit, conjugium inire, iteratum qvoqve. Porro jure Principum Proteſtantium, qvæcunqve in ditionem noſtram redacta tenemus, ſervabimus, neqve unqvam à nobis repetet Romana Eccleſia, qvæ de bonis Eccleſiaſticis jam poſſidemus.* Mirum eſt, addit Wagenſeilius, huic homini à Principibus noſtris fidem haberi, neqve animadverti, qvod latet myſterium. Qvomodo Heidelbergenſes cum illo egerint, *Heideggerus* in vita *Joh. Ludovic. Fabricii* refert p. 95. *Seqventis anni menſe Novembri Tinenſis Epiſco-*

piſcopus Heidelbergam rediit, ſperans fore, ut à recenti Electore impetret, quod à defuncto fruſtra ſibi promiſerat. Elector Fabricio & Collegis ejus Clariſſimis, Friderico Miegio, & Johanni Wilhelmo Matthæo in mandatis dedit, ut propoſitum ejus percontentur, & de eodem ſic cum ipſo prudenter & circumſpectè conferant, ut de religione ſeorſim & privatim, nec non ſine autoritate & poteſtate à Papa ipſi collata, & quæſtione inſuper de Infallibilitate Romanæ Eccleſiæ, & ſpirituali Papa in omnes baptizatos jurisdictione non prius deciſa, paciſcendi inſuperabiles difficultates ipſi ex vero repræſentent, ſpemqve ſucceſſus ex tali agendi modo omnem adimant. Id cum rationum invictarum ponderibus ei propoſitis præſtitiſſent, inſtare ille velut odio, & tundendo, ſaltem judicii ſui de confeſſione communi, qvam ille à ſe adornatam antehac exhibuerat, copiam facerent. Cumqve nec hoc ſibi licere, metu ſecuturæ ipſos inter Proteſtantes diſcordiæ & diffidii, Palatini regesſiſſent, & Confeſſiones Proteſtantium in aperta luce poſitas, conſenſum & diſſenſum Evangelicos inter & Romanenſes clariſſime decidere aſſeveraſſent, ille frontem contrahere, indignari vehementer, & poſtero die querelas apud Electorem graviſſimas movere, quod ſic Chriſtiana charitas, qvæ pacis ſtudium ſeverè commendet, violetur; Cæſaris, qvi, privatis ſententiis & ſuffragiis ſuccinctus, in plenis Comitiis negotium agitare conſtituerit, propoſitum ſufflaminetur, imo ejus autoritas vili flocciqve pendatur; Palatini ſeipſos à Proteſtantibus reliqvis, qvi jam Confeſſioni illi ſubſcripſerint, ſeparent, & ceu apertos Schismaticos, Chriſti & corporis Chriſti hoſtes turpiter prodant, reliqvorumqve violentiæ & Dei ipſius maledictioni objiciant; deniqve etiam Hungarorum Proteſtantium, qvorum potiſſimum cauſa Cæſar concordiam ejusmodi moliatur, capitibus majus infortunium concilient. Tales ille ſententias & diras prolocutus, qvid monſtri aleret, ambiguum nemini reliqvit. Fabricius certè, Collegarum nomine Scripto ad Electorem exarato, veteratorias Tinenſis artes egregiè apricatus eſt, juſſiqve ſic ab Electore Theo-

logi

logi ſunt, generali reſponſo, ore ſolo, non ſcriptotenus depromendo, apud Tinenſem defungi, qvo accepto ille propere Heidelberga diſceſſit.

Rœſchelius Joh. Baptiſta, primam vitæ uſuram hauſit *Sempronii in Hungaria*, patrio in Gymnaſio humanioribus æqve ac philoſophicis imbutus ſtudiis, amplius deinde illa in Academia excoluit Vittebergenſi, tùm Michaelis Waltheri, tùm aliorum Philoſophiæ Profeſſorum informatione uſus dexterrimâ, eximios in Philologicis, Philoſophicis, præcipuè Phyſicis & Mathematicis fecit profectus: qvibus fundamentis recte collocatis, Theologiæ operam ſuam unicè addixit, totumqve ſe rebus divinis conſecravit: unde factum eſt, ut non tantum in Philoſophiæ Adjunctorum collegium ibidem cooptatus, ſed poſtea etiam Phyſicæ Profeſſioni admotus, S. Theologiæ qvoqve Doctor renunciatus fuerit. Enimvero diu multumqve de Viri hujus Excellentiſſimi, ac Celeberrimi, uberiore Biographiâ nanciſcendâ, licèt hactenus cogitaverim, atqve ea etiam de cauſa ad unum alterumve Vittebergæ hoc tempore Muſis litantem Amicum literas exaraverim, hunc tamen uſqve in diem nulla inde reſponſione ad me perlatâ, num impoſterum voti hujus mei, ſanè ut opinor, æqviſſimi, compos forte futurus ſim, haut liqvere mihi fatendum eſt. Interea ex pluſculis ſine dubio editis ipſius *Opuſculis* ac *Diſputationibus*, alias præter paucas has ſeqq. adducere neqveo: Nimirum 1. de *Teletis ſive Græcorum Theologia Phyſica. Reſpond. M.* Joh. Ephraimo Gnoſpio *Gedanenſi*, Vittebergæ. A. 1706. in 4. 2. *De Conſcientia*, *Reſpond.* Georgio Hegyfaluſio, *Hung. Ibid.* 3. *De Mundo*, *Reſp.* Chriſt. Agricola, *Bernſtad. Sileſio. Ibid. 1693.* 4. *De eo, qvod* θεῖον *habetur in Rebus Naturalibus*, *Reſpond.* Joh. Erdman Daſchitzki, *Vratislav. 1695.* 5. *Alia ejusdem Argumenti Diſputatio*, *Reſp.* Abrah. Vater, *Vittebergenſi Sax. Ibid. 1707.*

Scriptum

Judicia & Elogia qvamvis plures apud Autores de Viro hoc famigeratiſſimo extare credam præſtantiſſima, qvia verò

in

inpræſenti non vacat, hinc inde eadem collecta heic producere. ſuffecerit ad illud unicum *Elogium* provocaſſe, qvod ſupra p. 163. allatum eſt, ex qvo ſanè, tanqvam ex ungve leonem, inſignes hujus Viri virtutes ſatis ſuperqve licet colligere.

Rubigallus Paulus, *Hungarus*, *typis exſcribi curavit Hodæporicon itineris CPtani*, carmine Elegiaco excuſum Vittebergæ, 1544. chart. 3. *Qverela Pannoniæ ad Germaniam chart.* 2. *Scriptum Addita ſunt Philippi Melanchthonis, Joachimi Camerarii, Melchioris Acontii, Aucturi Phriſii in commendationem auctoris Epigrammata.* Vid. Simleri Epicom. Biblioth. Geſneri. f. 547.

Rumer Gregorius, P. Soc. Jeſu, gente *Hungarus*, patriâ Baonienſis, poſt explicatam Græcii Philoſophiam, aliis in Societate Jeſu muneribus perfunctus, Rectorem egit Olomucii, ac demum temporibus difficilimis, Auſtriæ Præpoſitum Provincialem, cum ab ea fuiſſet Bohemia ſejuncta, primus eam Provincialis obtinuit, in eoqve Magiſtratu vita functus eſt *Brunæ*, *die 29. Septembr. A. S. 1627. ætatu 57. Religionis. 35.* Vir fuit moribus ſvaviſſimis, & eo nomine omnibus, ipſi etiam Cæſari Ferdinando II. carus, qvi cum eò multum ſibi commodorum interiiſſe publicè teſtatus eſt. Modeſtiam, conſtantiam, manſvetudinem, fortitudinem, caritatem, prudentiam ſuam, turbatiſſimis rebus egregiè probavit. Eximiâ fuit in Deum pietate, in ſuos Moderatores obſervantiâ, in Magiſtratus etiam civiles reverentiâ, in Ægros teneritudine; in Afflictos lenitate, indulgentiâ, patientiâ, malens cunctando ſanare, qvam perdere feſtinando. Pauperum miſerebatur impenſè, & pro copiâ, qvæ illi erat, ſubveniebat ipſorum indigentiæ. In ſeipſum rigidior, qvam indulgentior. Illecebras omnis voluptatis, & à ſe ſemper, & à ſuis procul habuit, ne qvid inde caperet detrimenti. Moleſtias & morborum cruciatus magno animi robore perferebat, & graviſſimi renum dolores,

Digitized by Google

qvibus demùm eſt confectus, has illi voces duntaxat expreſſerunt: *O bone Jeſu, O bone Jeſu miſerere!* Edita eſt *Oratio ab eo habita Gracii in funere Sereniſſima Mariæ, Matris Archiducis Ferdinandi, ejus qvi Imperator hujus nominis II. poſtea fuit 13. Calend. Junii 1608.* Extat ea in Parentalibus eidem Principi à Collegio Græcenſi factis. Vid. Philip. *Alegambii Bibliotheca Script. Soc. Jeſu.* f. m. 165.

Scriptum

S.

Sambar Matthæus, P. S. I. in hoc mundi theatrum productus eſt *Varadini in Hungaria*, anno 17. ſeculi ſuperioris, *Viennæ* Societati Jeſu nomen dedit, & ſolemni votorum qvatuor ſacramento ſe adſtrinxit. Rhetoricam, & amoeniores literas docuit, & Theologiam Polemicam de Controverſiis Fidei, triennio explicuit. Multis annis verſatus eſt in Miſſionibus Dacicis, & aliis, & *Superior* in Reſidentiis novennio praefuit Societati; tandem *Caſſovienſi* in Collegio promovit ſalutem ſuorum. Typis ſubjecit idiomate hungarico:

Scripta. *Epitomen Pietatis Mariæ, 1648. Novitatem Sectæ Calviniſticæ A. 1657. Ocularia pro qvodam Fuſci luminis Prædicante hæretico, 1658. Lydium lapidem Ocularis Prædicantici, 1659. Tres ſalutares Qvæſtiones Fidei, 1661. De Subſtantia Miſſæ, & Ceremoniis ejusdem, cum applicatione ad Paſſionem Chriſti, per Imagines & Orationes Latino-Hungaricas, 1662. Circulum ferreum ſuper os blaſphemi Prædicantis, 1664. Excuſſionem ſummariæ reſponſionis factæ contra tres Qvæſtiones, 1666. Apologiam pro tribus Qvæſtionibus, contra Blaſphemos. 1667. Apologiam pro vetuſtate Fidei Catholicæ, 1669.* Vid. Alegambii Biblioth. Script. Soc. Jeſu, auctam à Nathan. Sotvello f. m. 599.

Sam-

Sambucus Johannes, bono publico feliciter luci datus eſt *Tyrnaviæ*, *Hungariæ* in urbe, A. 1531. 8. Kal. Qvintilis, qvi cum in plerisqve *Germaniæ*, *Italiæ*, *Galliæqve* Academiis cum laude verſatus, adeoqve per omnia facile humaniorum literarum genera maſcule graſſatus fuiſſet, gravioribus illis Medicæ Facultatis ſtudiis *Humanitatem & Poeticam: Poeticæ Hiſtoriam: Hiſtoriæ Studium Antiqvitatis:* in ſumma *Latinis Græca*, *Græcis Latina* ea felicitate atqve induſtria ſuperinduxit, ut ſuccedentibus annis, in *Medicum elegantem*, *Poetam eruditum*, *Hiſtoricum inſignem*, & *Antiqvarium pene incomparabilem*, evaderet. Tam diffuſam autem amplamqve eruditionem ex viginti annorum peregrinatione qvin ſibi comparaverit, hautqvaqvam fuerit dubitandum, de qva peregrinatione ſua is ipſe in *Præfat. Bonfinii Decadibus Hiſt. Hung. à ſe præmiſſâ*, hac verborum texturâ diſſeruit: *Valeat Veſtra Caſ. Majeſtas vosqve Patres & Ordines reliqvi afflictæ Pannoniæ, meumqve ſtudium, qvi 22. annis peregre verſatus, admodum juvenis primitias ingenioli edere ſum auſus, annis jam maturi, & laboris conſveti, boni conſulite.* Qva ita multiplicis eruditionis laude & gloria, cum ubivis inclareſceret nomen *Sambuci*, accidit, ut magno ſuo merito à D. Maximiliano II. & poſtea D. Rudolpho II. Impp. Auguſtis, ad *Conſiliarii*, & *Hiſtorici* Cæſaris munus eveheretur. Ea igitur conditione illuſtrior factus, minimè deſtitit famam & exiſtimationem nominis ſui, jam tum partam, paratamqve per univerſum velut Chriſtiados orbem, editis tum propriis, iiſqve limatiſſimis lucubrationibus, tum colligendis antiqvitatibus, atqve Autorum vetuſtorum monumentis, undiqvaqve porrò diſpergere. Cujus rei publicum, adeoqve præclarum teſtimonium perhibent, autori illi haud qvaqvam triviali, etiam nunc cum tot erudita atqve emaculata Scripta, qvæ ipſe ſuâ Minerva elaboravit, luciqve deſtinavit, tum verò innumera pene monumenta & codices alii aliorum Autorum vetuſtorum graviſſimorum, qvos ipſe diligentiâ non minus ferreâ, ſtudioqve indefeſſo, qvam ſumtibus haud exiguis, conqviſivit, conqviſitosqve

Ss 2 typis

Digitized by Google

typis evulgavit. Poſteaqvam verò, nihil non eruditæ ſcientiæ perſcrutatus, in re Medica cumprimis, Poetica qvoqve, nec non Hiſtorices, & Antiqvitatum ſtudiis indagator, explanatorqve fuiſſet exactiſſimus, multarum rerum rararum, admirandarumqve arbiter triumphaſſet ſcitiſſimus, terreſtris iſtius eruditæ facultatis ſatur, cum immortalibus diſcumbere deſiderans, in terris eſſe deſiit, apoplexiâ *Viennæ Auſtriæ* tactus, A. 1584. Idibus Junii, ætatis 53.

Ex Joh. Petri Lotichii Biblioth. Poëtica P. IV. p. 73.

Catalogus Scriptorum, *qvæ* Sambucus *vel propriâ vel ali-*
Scripta. *enâ operâ in lucem edidit:* Ex veteribus itaqve ſunt: *Expoſitio Methodi conſcribendarum Epiſtolarum*, incerti autoris. *Item* ἐπιϛολικῶν τύπων *Libanii.* *Verſio Concionum aliqvot ex Cyri pædia Xenophontis, pro tyronibus Græcæ Lingvæ, cum Orationibus Critiæ & Theramenis, ad uſum Scholarum.* *Oratio, qvod Oratores ante Poetas à pueris cognoſcendi ſint.* *Carmina qvædam, Poematum à ſe edendorum ſpecimen.* Omnia hæc excuſa ſunt Baſileæ apud Oporinum. *Catena copioſiſſima de Vita S. Chryſoſtomi.* *Epiſtolæ 800. Sacræ, nondum editæ: Nazianzeni ſcilicet, Chryſoſtomi; Theophylacti, Baſilii, Cyrilli, Beſſarionis, Chryſoloræ.* *Item Baſilii Magni Homiliæ.* *Ad Chylum diſcipulum.* *Ad Simplicium.* *Ad Epiſcopos Italos & Gallos.* *In CHRISTI natalem.* *In Sycophantas.* *Epiſtola ad Deſertorem ſolitariæ vitæ.* *Et alia ad Hoptimium Epiſcopum de cæde Cain;* Et verbis illis: Per tuam ipſam animam penetrabit gladius. *Ariſtenæti 50. Epiſtolæ amatoriæ.* *Diogenes Laërtius plusqvam mille in locis reſtitutus ex vetuſtis exemplaribus Græcis, fide dignis, Latine qvidem editus, ſed ita, ut inde etiam Græcum exemplar poſſit reſtitui.* *Eunapius Sarpianus de Vitis Philoſophorum, & Sophiſtarum.* *Heſychius cognomento* Illuſtrius, *de his, qvi eruditionis fama claruerunt.* *Hephæſtion Grammaticus.* *Lilii Tifernatis* Epitome *in Herodo um.* *Iani Pannonii panegyrici duo & Epigrammata ultra omnes alias editiones*, Patavii. -- --

Chro-

Chronica Petri Ranzani, de Rebus Hungariæ, cum appendice à ſe adornata, Viennæ, A. 1558. *in fol.* *Bornii Sala de Patientia & ad mortem præparatione.* *Apollonii Syntaxis manca & mendoſa*, ab ipſo ſuppleta & correcta. *Philo de Virtutibus.* *Bonfinii de Conjugali Pudicitia Dialogi tres.* *Petronii Arbitri Satyrici Fragmenta, reſtituta & aucta*, è Bibliotheca Sambuci, *Antverpiæ typis Plantini, A.* 1565. *in 8.* *Reſtituti etiam ſunt operâ* Sambuci *Renati Vegetii de Artis Veterinariæ, ſive Mulo-Medicinæ Libri IV. Baſileæ excudit Joh. Fabrius.* 1574. *in 4. &c.*

Is Idem præterea conſummatiſſimus *Sambucus* in Latini ſermonis elegantiam è Græcis tranſtulit: *Platonis Phædrum. Axiomachum. Alcibiadem. Heſiodi Opera, & Dies, cum Batrachomyomachia.* *Hyppolyti Thebani* Libellum *de Ortu Mariæ. Nili Oratiunculam contra Barbaros.* *Theophylactum in* Acta Apoſtolorum &c.

Sed qvis ſingula tam rara, qvam admiranda, adeoqve inventu difficilia, qvæ qvidem clariſſimus atqve diligentiſſimus autor *Sambucus* noſter, partim impenſis haut exiguis collegit, partim immenſo pariter labore publicè emiſit, commemorare iſthic facilè præſumat? Videamus igitur, compendii cauſa, qvantam is propriis emiſſis *Scriptis*, qvantamqve reconditam eruditionem omnibus bonis comprobaverit, inter qvæ habentur: *Poëmata* Sambuci. *De imitatione à* Cicerone *petenda & in ſomnium* Scipionis, *Dialogi IV. Pariſiis*, 1561. *& Anverpiæ*, 1568. *in 8.* *Methodus conſcribendi Epiſtolas. Baſileæ*, 1652. 8. *Juliæ Alpes, Japides & Carni. Antverpiæ*, 1573. *Orationes VI. Prima in Natalem Chriſti cum aliqvot hymnis. 2. de Imitatione. 3. in Laudem Juris Civilis. 4 Utrum Poeta in Scholis Oratoribus præponendi? 5. Funebris in obitum* Jacobi à Stubenberg. *6. In obitum Generoſi Adoleſcentis* Georgii Bonna, *Cibinienſis, Domini in* Landſeh. *Oratio funebris in obitum Inviċtiſſimi Imperatoris* Ferdinandi. I. *Orationis Dominicæ expoſitio ſimplex.* *Tabula 70. Diſcipulorum Chriſti, & de cujusqve loco, dignitate, morte, nomine,*

 edita,

edita, & latinè facta, ex B. Dorothei Codice vetuſtiſſimo. Epithetorum Græcorum liber. In Luciani Dialogos tetraſticha mythologica. Carmina Ethica X. quinternionum, Patavii excuſa. Paraphraſis & Commentarii in Artem Poeticam Horatii. Thucydidis & Xenophontis Conciones artificio explicata. Sententia & Regula Vita ex Gregorii Nanzianzeni Scriptis collecta, & ejusdem Jambi aliqvot. Emblemata 250. & numi aliqvot antiqvi. Antverpiæ, 1576. in 8. Icones, ſeu Vitæ Imagines Medicorum qvorundam & Philoſophorum veterum & recentium cum Ejusdem ad ſingulas elogiis, Antverpiæ, 1589. in 8. & Lugduni Batav. 1603. *fol. Imperatorum aliqvot Rom. Vita, ab eodem* Sambuco *caſtigata & aucta. Argentinæ.* 1552.
Arcus triumphales aliqvot & monumenta victoria, claſſicæ in honorem Jani Auſtriæ, victoris non qvieturi A. 1572.
Tabula Geographica Hungariæ, Viennæ, A. 1566. *in fol. patente. Appendix Rerum Hungaricarum, à Rege Matthia usqve ad Imperatorem Ferdinandum I. Petri Ranzani Epitoma Rerum Hungaricarum adjecta, excuſa Viennæ* 1558. *fol. Expoſitiones Obſidionum, Arcis Agriæ, A.* 1552. *Temeſvari.* 1552. *Szigethi,* 1553. *Tokaini per* Lazarum à Schvende *expugnata A.* 1565. *nec non de Gyula & Szigethi exitu, A* 1566. *Inſuper recognovit etiam* Sambucus *Antonii Bonfinii Hiſtoria Hungariæ Decades III. easqve emendavit & auxit Decade qvarta cum dimidia, de qva plura vrdeſis pag. noſtra.* 85.

Potiſſimum ex Joſ. Simleri Epitom. Biblioth. Geſneri fol. 412.

Lambecius Biblioth. Vindebon. Lib. I. §. 64. *p.* 126. Ante receptam Budam, in Cæſarea Bibliotheca Viennenſi fuere: Codex MStus theologicus græcus chartaceus antiqvus, & bonæ notæ, in 4. Conſtatqve centum foliis & primùm qvidem per *Sambucum* pervenit in Auguſtam Biblioth. Cæſar. Continentur eo *S. Baſilii Magni Homiliæ IX. in hexaëmeron, ſive, de opere ſex dierum.* In fine autem Nonæ, ſive, Ultimæ Homiliæ, extat principium Epiſto-

Digitized by Google

piſtolæ Papæ Nicolai V. ad ultimum Imperatorem CPtanum, Conſtantinum Palaeologum, è latina in græcam lingvam à Theodoro Gaza Theſſalonicenſi translatæ.

*Idem Ibid. Lib. IV. §. 123. p.*78. Præterea ex Biblioth. Budenſi eſt Codex MS. theologicus græcus, chartaceus, in fol. majori, & ante ducentos circiter annos exaratus, à *Joh. Sambuco Tyrnavienſi* redemtus, & poſt hujus mortem, cum reliqva ipſius ſuppellectile literaria in Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindebonenſem translatus. (*ubi etiam Catalogus Bibliothecæ Sambucianæ aſſervatur, ab Hugone Blotio Bibliothecario Cæſareo A.*1587. *conſcriptus*) Connitinentur eo *S. Johannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangel. S. Matthæi*, ab Homilia prima, usqve ad finem Homiliæ qvadrageſimæ tertiæ. Totus Codex conſtat trecentis viginti duobus foliis, & generalem hunc habent titulum: Τȣ̃ ἐν ἁγίοις Πατρός ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεος τȣ̃ χρυσοςόμȣ ὑπόμνημα εἰς το κατὰ Ματθαῖον Ἐυαγγέλιον ἐν ὁμιλίαις.

Omnes fere ſuos libros *Sambucus* propriâ manu ſignatos, hâc formulâ notavit: *Johannis Sambuci Pannoniâ-Tyrnavienſis.*

Tam multijugæ eruditionis intuitu, honoratus eſt hic noſter Sambucus qvamplurimorum Illuſtrium ac Clariſſimorum Virorum Elogiis, ex qvorum ampliſſimo numero ſeqventia duntaxat, prout qvidem in manus meas pervenerunt, ſuffecerit adduxiſſe:

Johan. Poſtius Archiater Palatinus:

Præſtantes Medicos, *Præſtantes carmine* Vates,
Maximilianus habet Cæſar & Hiſtoricos. *Elogia.*
Hæc tria ſed ſolus qui præſtet munia, nullum,
Sambuco *excepto, Cæſaris Aula videt.*

Thuanus ad Annum 1584. *Johannes Sambucus*, profeſſione Medicus, cujus ea fuit in veteribus libris colligendis diligentia, liberalitas in publicandis, ut Principibus viris, qvi hâc re laudem conſecuti ſunt, qvamvis in diſpari fortunâ, æqvari debeat: qvod

Non

Digitized by Google

Nonnus *Dionyſiacorum* Scriptor, *Ariſtenetus*, *Eunapius*, *Heſychius* illuſtrius, alii ejus beneficio editi abundè teſtantur; alioqvi alienâ qvam ſuâ induſtria clarior.

*Joſias Simlerus in Epitom. Bibliothecæ Conradi Gesneri f.*412. *Coll.* 2. Ea eſt *Clariſſ. Sambuci* diligentia & ſtudium in Colligendis veteribus libris, liberalitas in edendis, ut maximis principibus, qvi hac re laudem conſecuti ſunt meritò qveat conferri: majorem autem laudem cum propriis ſcriptis, tum emendatione veterum adeptus eſt, qvam in hoc meo elencho pro merito prædicari poſſit.

Jſ. Bullart Acad. Scientiarum Tomo II. p. 185. *Gall.* Ægrè poterat Natura virum producere *Joh. Sambuco* ad Scientias propenſiorem & in animi labore magis indefeſſum. *In Horatii Artem Poëticam* Commentarios ſcripſit, qvibus manifeſtiſſimum fecit, in Poëſeos Latinæ veneribus ſe nihil ignoraſſe Inter inſigniora ejus Opera numeratur Hiſtoria ejus Hungarica, qvam non minori elegantia qvam fide contexuit.

Petrus Victor. Lib. 37. *Var. Lect* *c.* 18. Vir bene doctus, & omni ratione Veterum Scriptorum adjuvandorum ſtudioſus.

Idem Ibid. c. 19. Sambucus accuratus homo in legendo, & reconditæ doctrinæ, omni laude dignus, Vir ob eximias ejus animi dotes, & non minus qvia aliorum laudis valde liberalis eſt.

Effigiei Sambuci *qvæ in poſtrema editione ex Raphelingii Officina in fol. Veterum & recentium Medicorum Philoſophorumqve Iconum primitùs ab eodem* Sambuco *collectarum* & *evulgatarum ad calcem comparet, Carmen ſeqvens elegiacum ſubjectum eſt:*

Te, qvi præclaros Medicos depingis, & ornas,
Qvid fugit? es pectus, Bibliotheca, labor.
Facta Ducum texis, Scriptores undiqve clauſos
Exqviris, ſtudio Græcia, Roma patet.
Vulgo graſſantes morbos, Anazarbea purgas:
Dii tribuunt vitæ tempora longa tuæ.

Dii

Dii cives, urbem, qvi te genuere parentes
Pannoniam & foveant, nil minuantqve dies.

Joh. Petrus Lotichius *Medicus & Poeta in Bibliotheca Poetica P. IV. p.* 73.

Hiſtoricus, Medicus, *ſimul* Antiqvarius *audit*
Sambucus, *Clarii pars qvoqve magna Chori.*
Ergo una poterat qvi nomen ab arte referre,
Qvadruplici qvadruplex nomen ab arte refert.

Conringius in Colleg. MSto de Hungaria: Bonfinii Hiſtoriæ Hungaricæ addidit *Sambucus Appendicem*, qva Res *Hungaricas* perſecutus eſt usqve ad Ferdinandum I. qvi Secundus fuit Rex Hungariæ ex Familia Auſtriaca. Appendix qvidem non reſpondet eruditioni *Bonfiniana*, meretur tamen ſuam laudem. *Cenſura.*

Paul. Colomeſ. in Opuſc. Gall. p. 131. Dominus S*ambucus* celebrior erat plurimorum MStorum evulgatione, qvam propriâ eruditione.

Index Madrit. impreſſ. A. 1667. Johannis *Sambuci* Opera non permittuntur, niſi corrigantur.

Lipſius Cent. I. Miſc. Epiſt. 2. A. *Sambuco* heri ad me literæ, ſanè qvam amicæ. Humaniſſimum virum coram reperi, non pro opinione mea (*tecum hoc ſit*) literatum.

Viennæ ſepulchro *Sambuci* hoc Epitaphium legitur inſcriptum:

Sambucus *lingvas coluit qvi doctus*, *& Artes*,
Cui natale fuit Pannonis *ora ſolum*:
Cæſaris *Hiſtoricus præmiſſi temporis acta*,
Et dignos ſcripſit cognitione libros.
Aonios inter meruit qvoqve nomen Olores,
Carmine jucundum qvi cecinere melos.
Ante diem qvamvis, Muſis plorantibus ipſum
E medio tulerit mortis avara manus:

Digitized by Google

Ipſe tamen ſupereſt meliori parte ſuperſtes,
In cælis animâ, nomine clarus humo.
Nil in ſolertes Muſarum juris alumnos
Mors habet: à Muſis doctus obire nequit.

Cui non incongruum credo fuerit ſubjungere elegantiſſimum illud *Epicedium*, qvod *Victor Altahan, Lib. Baro Auſtrius,* ſingulari in *Sambucum* cultu ac amore ductus, concinnavit:

Qvæ modo Cæſareo viguit Sambucus *in horto,*
Depoſuit latas langvida facta comas.
Flete pii flores veterem tu Hyacinthe qverelam
Inſcriptam foliis lugubris ede tuis.
Flete pii nivea qvicunqve ſub arbore cygni
Duxiſtis, dum ſors riſit amoena, modos.
Namqve nec Alcinoi ſylva, nec Atlantia tempe,
Qva fama Heſperidum eſt culta fuiſſe manu:
Sambuco flores ſimiles, frondesqve tulerunt.
Sambuco Hunnorum qva fuit orta Solo.
Illa ſed urenti nimis heu nimis obvia vento
Concidit, ut terris concidit uſta modo.
Jamqve Paradiſi qva feliciſſima vita
Frondibus æternis arbore opacat humum.
Arte creatoris liqvido viret æthere, deqve
Juſtitiæ puro flumine fonte bibit.
Illic non Auſtri ſpirant mala flabra, nec ulli
Officiunt æſtus, ulla nec urit hyems.
Salve arbos dilecta DEO, dilecta beatis
Mentibus, & Regi vive beata DEO.

Addam & Paſchaſii Briſmanni:

Dum Sambuce cadis cœli terraque mariſqve
Numina deceſſum congemuere tuum.

Si peri-

Si periiſſe qveant cœli terraqve marisqve
Nomina, te extincto diſperiisſe putem.
Nam cœlum, terram, mare, geſta recondita mundi
Cœperat ingenii vis operoſa tui.
Verum orbem hunc qvi jam ſuperas, multò ante petiſti
Orbem alium potis haud hic ſatis eſſe tibi.

Samſur Matthias, P. S. I. gente *Croata*, diem ſupremam obiit A. 1685. Poſt ſe reliqvit aliqvot Opuſcula hungarico idiomate conſcripta, de *Controverſiis Fidei* in Hungaria typis excuſa, contra Antagoniſtam ſuum *Joh. Poſſaházi*, Gymnaſii Sáros-Patakienſis Rectorem, Philoſophiæ & Controverſiarum Religionis Calvinianæ Prof. Publicum. *Vid. Alegamb. Bibl. Scrip. Soc. Jeſu.*

Sartorius Nicolaus P. S. J. natione *Croata*, patriâ *Siſcienſis*, natus A. C. 1582. Societatem Jeſu ingreſſus eſt A. 1615. Rectorem in ea aliqvamdiu egit, tandem Pœnitentionarium etiam Romæ in Vaticano. *Edidit translatum à ſe Croaticè Manuale Scripta. Sodalitatis. Poſonii. 1639.* Item *Libellum Precum & Chriſtianarum Exercitationum*, utrumqve ſuppreſſo ſuo nomine. *Idem Ibid. f. 355.*

Scalichius Paulus de *Lika*, Comes Hunnorum, Marchio Veronæ, SS. Theol. Doctor, *gente Croata*, è priſca Scaligerorum familiâ principe originem venditans ſuam, Myſticæ Philoſophiæ & Encyclopædiæ totius fuit ſcientiſſimus, claruit circa A. 1560. In Theologia alter ſui temporis Eceboles olim Ferdinando Aug. Cæſ. à Sacrificio Miſſæ, poſt fidei aliqvandiu Profeſſionem in Boruſſia ſimulans Evangelicæ, tandem Canonicus Eccleſiæ Pontificiæ Monaſterienſis iniqvis electus ſuffragiis, partes Pontificis Romani, qvas ante oppugnâverat, ſcriptis propugnavit ſuis. Cum in aula Alberti Ducis Boruſſiæ aliqvandiu viveret, eruditionis variæ ſpecimen dedit, editis aliqvot libris æmulatione

Johannis Pici Mirandulæ Comitis, cui tamen doctrinâ longè inferior & moribus diſpar fuit. Sic ſe paulatim in gratiam Principis Senis nimium creduli, vanâ doctrinæ & pietatis opinione inſinuavit, eiqve perſvaſit, ut Conſiliariis veteribus remotis alios *Scalichio* acceptos in eorum locum elegerit, *Matth. Horſtium*, *Snellium*, *Steinbachium & Joh. Funccium*, *Theologum* aulicum. Ipſe verò tempeſtatem ſecutam præſagiens maturè ſe ſubduxit. Paulò poſt ſuperveniens *Albertus Dux Megapolitanus*, Principis Boruſſiæ gener, ſocerum perſvaſit, ut teſtamentum, qvod fecerat, reſciderit, *Scalichium* totâ Boruſſiâ exegerit, & donationes ipſi factas aboleverit. Poſtea IV. novi Conſiliarii in vincula conjecti, tanqvam Pacis perturbatores ad mortem damnati, & *Funccio* in foro Montis Regii caput amputatum eſt, 28. Octob. A.C. 1566. *Scalichius* autem multis variantis fortunæ caſibus exercitus vitam in terris clauſit ſuam fine incerto.

Ex Vitis Virorum doctorum Jani Jacobi Boiſſardi.

Inter *Scripta* qvæ Scalichius typis exſcribi curavit ſunt:

Scripta. *Encyclopædia ſeu Orbis Diſciplinarum tam Sacrarum qvam prophanarum, Epiſtemon. Theſes myſticæ Philoſophiæ. Eulogus, ſeu de Anima ſeparata, ejusqve paſſione. De Juſtitia æterna, ſeu vera promiſſione. Gradatio. Exilium, ſeu de vera Chriſti Doctrina & de Sola Fide juſtificante. Epheſia Diſputatio. De Chorea Monachorum, ſeu cœtu Antichiſti. De Labyrintho Romani Antichriſti. De illuſtrium Origine. Revolutio Alphabetaria, ſeu perfectiſſima ad omne genus Scientiarum Methodus, ſcripta ad* Carolum Archiducem Auſtriæ. *Dialectica contemplativa, ad conſeqvendos ſcientiarum habitus perqvam utilis ac neceſſaria. Concluſiones in omni genere Scientiarum, qvas juvenis 12. annorum ſcripſerat, olim Bononiæ A.* 1553. *primùm, deinde Romæ propoſitæ. De Mundo Archetypo, Intellectuali, Cœleſti, Elementali, Minore & Infernali. Dialogus de Miſſa. Gloſſa in 32. articulos Canonis Miſſæ, ex Apoſtolo. Epiſtola ad Romanum Antichriſtum. Encomium*

Digitized by Google

um Scientiarum. Omnia hæc uno Volumine impreſſa ſunt Baſileæ ab Oporino. 1559. in 4. *Ejusdem Miſcellaneorum de Rerum cauſis & ſucceſſibus & de ſecretiore qvadam Methodo, qva everſiones omnium univerſi Orbis, & futurorum ſeries erui poſſint Libri VII. Item certiſſima methodus qva homines palantes ad viam veritatis revocandi veniant, contra Centurias* Joh. Naſi Minoritæ. *Coloniæ. 1570. in 4. Ejusdem Judicium de præcipuis Sectis noſtræ ætatis. De Proprietatibus Antichriſti, & de Extremo Judicio. Coloniæ. apud Theod. Graminceum 1569. in 4. Vaticiniorum & Imaginum Joachimi Abbatis Florenſis Calabriæ, & Anshelmi Epiſcopi Marſichani, ſuper ſtatum ſummorum Pontificum Romanæ Eccleſiæ, contra falſam cujusdam Pſeudomagi, qvæ nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodiit, pſeudomagicam expoſitionem, indubitata explanatio, Coloniæ. 1570. Loci communes Theologici, ſive pro Eccleſia Romana ejusqve authoritate, adverſus veſaniam Neopiſtorum Oratio. Ibid. 1571. Miſcellaneorum Tomus II. ſive Catholici Epiſtemonis, contra qvondam corruptam ac depravatam Encyclopædiam Libri XV. Qvibus univerſus orbis tam ſacrarum qvam prophanarum, diſciplinarum, omnis omnium Sectarum, & Philoſophiæ doctrina catholicè declaratur. Ejusdem pro Romana Eccleſia Oratio. Coloniæ 1571. in 4. Ejusd. Satyra Philoſoph. & Genealogia præcipuorum Regum & Principum Europæ. Regiomonti 1563, 8. Ubi etiam agit de* Genealogia, ſeu de antiqviſſima Scaligiorum *ſive* à Scala, *olim complurium Regnorum & multarum nationum feliciſſimorum Principum Origine, ab A. C. 80. usqve ad annum 1561. Unde ortum etiam tradit* Matthiam Corvinum *Regem Hung. ſuamqve originem ex illa proſapia deducere conatur.*

Ex Joſ. Simleri Epitom. Biblioth. Conr. Geſneri. f. 547.

Ceterum ipſe *Scalichius* in plerisqve ſuis Scriptis, ſeqventem ſibi tribuit titulum: Paulus Scalichius de Lika S. Regum Hungariæ commilito perpetuus, ac totius terræ ex utraqve parte

Hungar. nec non Sckrad atqve Veronæ &c. Comes. S. Theol. Doctor.

Scaliger in Confutatione Burdonum : Paulus *Scalichius*, qvi ſe pro Michaelis filio gerebat, homo Slavus erat, in Carnis natus, in Croatis educatus, in Germania inſtitutus. An de genere ſuo mentitus ſit, id neqve ſcimus, neqve confutamus, neqve noſtra refert.

Multa contra hunc Scalichium *Wierius* qvoqve in Apologetico, qvem adjecit ad Libros de Præſtigiis Dæmonum.

Georgius Thurius in Paulum Scalichium *ſeqvens fecit Diſtichon, qvod intra Poemata ipſius legitur*:

Cum te non novi, Scalam, te, Paule, *putavi*,
Cum bene te novi, Paule, *es Arundo mihi.*

Schödelius Martinus, *Poſoniô-Hungarus*, Argentoratenſi in Univerſitate telam ſtudiorum in patrio Gymnaſio cœptam pertexturus, profectuum ſuorum Academicorum ſeriem egregio conteſtatus eſt ſpecimine, Tractatu nempe pereruditô in Diſputationis publicæ forma divulgato, hoc cum titulo : *Diſqviſitio* Scriptum *Hiſtorico-Politica De Regno Hungariæ, Patrocinante, B. Matthia Berneggero, Hiſtor. Prof. Publ. publicæ & amicabili cenſuræ ſubjecta, Argentorati A. 1629. in 4.* conſtat integro Alphab. Cujus *Autorem* Berneggerus collaudans in Epiſtola Johanni Schödelio, Conſuli Reipubl. Poſonienſis, Patri ipſius inſcripta, & Præfationi dicti Opuſculi ſubjuncta, verbis uſus eſt his ſeqventibus : *Qvod me Moderatorem honorarium adſcribere ſibi voluit, favori ipſius imputo, cum præſertim haud qvaqvam dubitem, illum ipſum, uti Diſſertationem hanc ſuopte Marte, ſine cujusqvam opera ſubſidiaria confecit, adeoqve ſuo tantum remigio*, ut ille ait, *remgeſſit, ita qveqve vel ſolum eandem facile propugnaturum, me per ſpeciem honoris potius, qvam qvod mea opis indigeret, aſſeſſuro &c.* In fine hujus Diſſertationis multa numiſmata æri inciſa ſunt producta,

Digitized by Google

ducta, in memoriam victoriarum à Turcis reportatarum ingenioſè excogitata, itemqve *Icones* aliqvot fortitudine bellicâ inclytorum Hungarorum, nec non accurata S. Coronæ Hungar. delineatio. Hanc ipſam Differt. *Joh. Ferd. Behamb* recudi fecit tali cum titulo: *Joh. Ferdinandi Behamb Notitia Hungariæ Antiqvo-Moderna Berneggeriana, perpetuis Obſervationibus condecorata, nec non Indice, tum marginali, tum reali illuſtrata, emendata. Argentorati A. 1676. Sumptibus Georg. Andreæ Dolhopffii. in 8.* Obſervationibus autem illis compendioſè inſerta eſt etiam *Joh. Otton. Taboris J. U. D. & Prof. Publ. Argentinenſis Collatio Juris Romani & Hungarici, in forma Diſſ. Acad. typis ibidem 1651. excuſa.*

Schiferer Michael, *Carponæ* Urbe Comitatûs Zolomienſis *Hungariæ* haud incelebri prognatus, maxima cum contentione literarum ſtudia domi non minus qvam exteris in Academiis pertractavit. Sanè Eruditione præſtantiore eum præditum fuiſſe ex Diſſertatione ipſius, *De Origine & Poteſtate S. Rom. Imperii Electorum* eleganter elaboratâ, *Jenæqva A. 1614.* publicè defensâ, abunde eluceſcit, utpote ex qva etiam optimè colligi poteſt, eum præter Juris Privati etiam Publici ſcientiam haud proletariam ſibi comparaſſe: qvæ Diſſertatio uti *Nucleo Juris* ab eodem edito rurſus eſt inſerta, ita in Vol. II. qvoqve Diſſertationum Hiſtorico-Juridico-Politicarum, ab aliqvot Veſtphaliæ JCtis Clariſſ. ſtudio ſingulari pertractatis, locum obtinuit, qvæ Diſſertationes operâ *Conradi Birmanni* collectæ, & ſub titulo: *S. Imperii Rom. Germ. Jus Publicum*, vulgatæ ſunt *Hanoviæ. 1614. in 4.* *Scripta.*

Schubertus Joh. Andreas, *Sempronii in Hungaria* mundi hujus incola factus, tenerioris ætatis annos pietatis ac bonarum artium Exercitiis tranſegit, poſtea *Altdorfina* in Univerſitate Studio Philoſophico æqve ac Theologico gnaviter incumbens exposuit tandem A. 1662. eruditam Diſſertationem Philoſophicam:

De

Scriptum *De Natura, ſeu Eſſentia Luminis Naturæ, ſive Rectæ Rationis, & à Lumine Revelationis Differentia, ſub Præſidio, Joh. Pauli Felvingeri Polit. Metaph. & Logicæ Prof. Publici.* Adverſus qvam *Joachimus Stegmannus* Junior, Miniſter Eccleſiæ Socinianorum Claudiopoli in Tranſylvania, integrum conſcripſit librum ediditqve cum titulo: *Uſus rectæ rationis in rebus Fidei, defenſus contra Diſſertationem Philoſophicam, de Natura ſeu Eſſentia Luminis Naturæ, ſive rectæ rationis, & à lumine Revelationis differentia, Joh. Andreæ Schuberti, Sempronio-Hungari.* Conf. Sandius in Biblioth. Anti-Trinitariorum. p. 162.

Schumbergius Tobias, *Fridvaldiæ* vico *Hungariæ* 3. vel 4. circiter milliaribus à *Cremnicio* urbe montana libera Regiaqve diſſito, natus A. 1626. Patre *Tobiâ Schumbergio* Eccleſiaſte veſpertino in Sileſiæ Inferioris urbe *Ples*, poſteaqve Evangelico-Lutheranis liberò in ea religionis ſuæ exercitio à Rom. Catholicis ademto 30. annos in ante dicta Fridvaldia Verbi divini miniſtro; *Matre* Anna, filia Decani, nec non Aulæ Urbisqve Pleſſenſis Concionatoris *Joh. Hofmanni*, virtutibus æqve ſexum muliebrem ornantibus, ac eximiâ doctrinâ maxime conſpicua, Avo *Paulo Schumbergio*, ex antiqva & prænobili *Schumbergiorum* gente Moravica oriundo, qvæ tamen amore ſingulari in recens tunc exortam Evangelii lucem ducta, nobilitatis ſplendore animæ ſaluti poſthabito, Theologicis potiſſimum ſtudiis ſe mancipavit, prævio hoc ipſo Paulo, in urbe Moraviæ *Prerova* ſupremi Eccleſiæ Paſtoris munere laudabiliter functo. Tam nobilibus igitur Avis; Atavisqve, *Tobias* noſter prognatus, Minervæ caſtra ſectari ſecum ſtatuit, atqve tyrociniis tum *Cremniczii* in Hungaria, tum *Brigæ* in Sileſia, tum *Berolini* in Marchia poſitis, *in Academias, Jenenſem & Wittebergenſem* conceſſit, ubi Philoſophiæ non minus ac Juris curriculo feliciter emenſo, ad celebriores Germaniæ provincias, urbesqve earum potiores perluſtrandas animum adjecit; qva ipſa in peregrinatione, Franconiæ potiſſimum Nobiles

qvos-

Digitized by Google

qvosdam præſtantiores, eruditione ſua omnivaria ſibi devinciens, *generoſis duobus adoleſcentibus à Wildenſtein & Creilsheim* in doctrinæ ac virtutum tramite deducendis præfectus eſt, qvo ipſo ſuo munere tam dextre defunctus eſt, ut ad Inſpectoris & Rectoris Gymnaſii qvod in libera *Imperii* urbe *Windsheimienſi* tum florebat, A. C. 1667. legitime vocatus eſt, qvo officio ſtrenuè adminiſtrato, tandem ob eximiam, qvæ familiaribus in colloqviis ex ipſo elucebat, rerum civilium notitiam, ſingularemqve earum tractandarum prudentiam, à Scholaſtico remigio ad publicæ rei gubernacula promotus, primò qvidem A. 1673. in exteriorem cooptatus Senatum, mox autem A. 1676. in Senatum interiorem adſcitus, tandem A. 1699. graviſſimam Conſulis ſenioris dignitatem adeptus, Ærarii inſuper Provincialis Qvæſtor, ut & Rei bellicæ Præfectus ſupremus conſtitutus eſt. Qvo ipſo regimine ſplendidiſſimo, ut porro vegeta ſenectute fruens, in Reip. cui laudabiliter nunc præeſt, ſalutem ac incrementum, proſit, ſincerum meum ſeriumqve eſt votum. Ad conjugium hujus noſtri Tobiæ qvod attinet, ex *Anna Urſula* Nobiliſſimi viri *Joh. Fridelini*, Eychſtettenſis cujusdam Præfecturæ moderatoris filia, omnibus ſexum fœmineum decentibus virtutibus ornatiſſima, *Filium Samuelem* ingenuas artes edoctum, hocqve tempore Senatorem Windsheimenſem florentiſſimum, nec non *Filiam* ſuſtulit *Annam Catharinam*, *Franciſcò Volrado Ottoni*, Cancellariæ Comitis *Limburgo-Sontheimenſis* Secretario nuptam, materni decoris ac fulgoris uti heredem certiſſimam, ita literis pariter tam inſigniter excultam, ut juxta peritiam latinæ græcæqve lingvæ haud proletariam, & egregiam plurium ſcientiarum artiumqve, præſertim moralis philoſophiæ ac hiſtoriarum notitiam, in Poëſi qvoqve tum latina tum germanica eò usqve gradum promovit, ut Poëmata pepigerit & inventionis acumine elegantiſſima, & elaborationis concinnitate caſtigatiſſima, qvibus ipſis præter communem in Rep. literaria applauſum, tantum honoris ac æſtimii etiam à florigera ad *Pegneſum Societate* promeruit, ut loco ipſi in eadem ſponte

Digitized by Google

te oblato modeſte recuſato, virtutes illius decaſticho celebrarit hoc ſeqvente:

Nympha Deo, & caſtis, ſalve, gratiſſima Muſis;
Salve Vinshemii gloria magna ſoli.
Te talem ac tantam ſi ſecula priſca tuliſſent,
Non caneret Sappho Lesbos amœna ſuam.
Et tibi lorica ceſſiſſet & ægide Pallas,
Cum ternas ſuperes moribus una Charis.
Poneret Aoniis æterna ſilentia gnatis,
Projiceretqve ſacram Delius ipſe chelyn.
O tam felici felicem prole parentem,
Cum ſis Palladio Filia digna Patre.

Scripta. *Scripta*, qvibus venerabilis hic noſter Senex nominis ſibi decus peperit, inter complura alia, præcipua ſunt ſeqventia: *Renovata Pharus divinæ Philoſophiæ Practicæ, Illuſtriſſima facilitatis ſuæ face errabundas mentes ad Prudentiæ Portum dirigens, h. e. Idea Ethica, Oeconomica, Politica, breviſſimis, utiliſſimis, ſelectisſimis Præceptis, Aphorismis, Qvæſtionibus, Monitis, Hiſtoriis ac deniqve Scripturæ S. Gnomis. Ante triennium in uſum Philoſophiæ Tyronum curâ T. S. edita. Nunc vero emaculatior, & Centuriâ Regularum Juris auctior recuſa, Noribergæ A.* 1667. *in 12.* *Serperaſtra Philoſophiæ Practicæ ſolertes ac induſtrios melioris ſapientiæ indagatores, ſelectioribus veterum ac recentiorum Philoſophorum ac Poetarum Gnomis & Aphoriſmis, non ad Ethicam ſolùm, Politicam, & Oeconomicam, ſed ad Myſticam Theologiam, imò ad cœlum ipſum ducentia, & vehentia, Vindshemii, A 1689. in* 8. Seelen-Harpfe/ die da beſtehet in Morgen-Abend Buß Creutz-Bett-Lob-Danck-Reiß-Troſt-Freud- und Jeſus-Liedern. Gedruckt in des H. Röm. Reichs-Stadt Windsheim A. 1680. in 8. *Tobiæ Schumbergs* ſeufzender Gottlieb der da nach der Ordnung der geheimden Hertzens *Theologiæ* einzig und allein dahin trachtet/ wie Er

Er durch Reinigung und Erleuchtung der Seelen / zu dem höchſten Grad des Chriſtenthumbs / das iſt/zur Vereinigung mit GOtt gelangen möge. Im Jahr 1681. in ablänglicht 8tav. GOtt zwingende/ Himmelöffnende/ Noth und Anfechtung mächtig ſtillende *Tinctur*, aus Davidiſcher Schlüßel-Blumen *extrahirt* / und allen betrübten / Angefochtenen und geängſtigten Hertzen zum beſten/ verfertiget / im Ofen der Trübſeeligkeit. Gedruckt zu Neuſtadt an der Ayſch. 1682. in 8. Mit vorgeſetzter Treu-Väterlichen Zuſchrifft an ſeine liebe 2. Kinder. Johann Samuel / und Anna Catharina Schumberg. *Ejusd.* Feld-Haus-und Reis-Bibel / in welcher allen Liebhabern des Himmels / neben dem Willen GOttes / der Weg zur Seeligkeit / kurtz / hell / deutlich und einfältig gewieſen wird. Syrach c. 1. v. 20. GOtt fürchten iſt die Weisheit/ die recht reich macht ꝛc. Windsheim A. 1685. in 8. *Ejusd.* Spiegel / darinnen ſich ein Chriſten-Menſch / wo nicht augenblicklich / dennoch ſtündlich / oder aber nur täglich beſchauen ſoll / ob Er die wahre Früchte des Glaubens / und die Kenn-Zeichen des wahren Chriſtenthumbs an ſich habe. *Proverb. c. 7.* Binde dieſe Rede an deine Finger. ꝛc. *Geneſ. 7.* Wandele für GOtt und ſey from. *Ibidem A. 1685. in 8.* *Ejusd.* Wohlrüchender Straus / aus dem zierlichſten und anmuthigſten Poetiſchen Blumen/ zuſam gebunden. A. 1690. in 8. *Ejusdem ſunt & ſequentes 2. anonymi Libelli ſine loco quamvis & tempore impreſſionis editi, nempe*: Gottliebs Spruch Catechiſmus. Das iſt: Bibliſches Glaubens-Bekäntnüs / der Chriſtum liebender Seelen. Allerälteſtes Catholiſches Gebeth-Büchlein. *His ſubjungere placet libellum quoque à Filia Ejusdem unica eaque erudita editum:* Anna Catharina Schumbergerin Lallende Andachten. Beug deine Kinder in der Jugend zu der GOttesfurcht und Tugend: oder du wirſt Sie im Braut-

en in der höchſten Schande ſchauen. Syrach. c. 1. v. 20. GOtt fürchten iſt die Weisheit / die reich machet / und bringet alles gut mit ſich. A. 1680. in 8.

Ex *Elogiis*, qvæ qvidem plurima promeruit *Schumbergius* hic noſter, haut poſtremum eſſe arbitror hocce metricum, qvod in Choro Conſulum *Windsheimenſium*, Franciſco Volrath *Ottoni* & *Annæ Catharinæ Schumbergiæ*, dicatum, atqve exiguo Ecloglodiolo expreſſum hiſce verſibus eſt alligatum.

Elogium. *Tandem etiam numerum completqve, Chorumqve coronat*
Schumbergus, *fama dudum ſuper æthera latus,*
Ob pietatis opes; ob qvicqvid mente capeſſi
Unqvam mortali valet; ob qvodcunqve per Orbem
In duo diviſit Sophus; *ob* monumenta librorum,
Ob calamum prorſoqve ſtylo, verſoqve nitentem;
Ob Spartas dextrè ornatas; ob munera ſanctè
Præſtita; & ob, qvicqvid Divumqve, Hominumqve Favorem
Conciliat, Vulgoqve poteſt ſecernere qvenqvam.
Vivat Schumbergus! meritò Windshemia plaudit.

Serpelius Auguſtinus, vitæ hujus mortalis primam uſuram accepit A. 1643. *Keſmarkii*, urbe *Comitatûs Szepuſienſis Hungariæ*, ubi & A. 1666. Archidiaconus conſtitutus; ſed A. 1673. in exilium, unà cum aliis Evangelicam doctrinam profitentibus Eccleſiæ miniſtris, miſſus, A. 1682. Concionator *Bojanovæ* in Polonia majori factus, ibiqve vitam hanc temporalem cum æterna commutavit. A. 1699. *Cantionibus aliqvot ſacris germanicâ linguâ elaboratis, publicèqve impreſſis, pietatis ſuæ egregia ſpecimina expoſuit.*

Serpilius Georgius, Eccleſiæ Evangelicæ Ratisbonenſis h. t. Superintendens meritiſſimus, bono Eccleſiæ in hanc lucem editus

tus eſt *Sempronii in Hungaria*, Anno 1668. die 11 Julii, *Pii* nomine in Faſtis inſignito; Patre *Johanne Serpilio*, viro natalium nobilitate, munerum apud Semproníenſes dignitate, meritorumqve in Republica pluralitate qvam maximè conſpicuo, Avo *Johanne Serpilio*, Eccleſiaſte *Keſmarkcenſi*; Matre *Dorotheâ Sophiâ*, filiâ *Frid. Baldvini* S. Theol. Doctoris, viduaqve *Chriſtophori Böhmii*, Leutſchovienſis Eccleſiæ Paſtoris primarii. Ingruente Pontificia A. 1673. Evangelicorum Proteſtantium in Hungaria perſecutione, venerabilis hic noſter *Georgius* Ratisbonam Aviæ ſuæ, maternæ lineæ, curæ atqve educationi commiſſus eſt, qvæ pietatis ritè poſitis fundamentis, eccleſiaſticis exercitiis inſuper ac ſcholaſticis ætati ejusmodi congruentibus ſolicite eum mancipavit. Abſolutis omnibus Gymnaſi Ratisbonenſis Claſſibus in Majorem Poloniam ad Conſangvineos ſe conferens, Bojanovam, oppidum haud ignobile delatus eſt, totumqve illud tempus qvod ibidem tranſegit, humaniorum artium ac elegantiorum ſcientiarum culturæ impendit, qvam poſtea *Lipſiæ* in Saxonia, isqve intra & extra Germaniam Academiis ſtrenuè urgens, eruditionem non minus ſolidam in Theologicis, qvam in aliis qvibusvis Philoſophiæ, ac literarum elegantiorum, nec non lingvarum variarum progreſſibus oppidò excellentem, maxima cum omnium admiratione in ætate adhuc valde juvenili, ſibi comparavit. Eqvidem præter vitam valetudinariam, cum ſumma rerum anguſtiâ principio ſtudiorum ſuorum Academicorum conflictabatur, donec tandem egregia Doctoris Alberti, Profeſſoris Lipſienſis famigeratiſſimi commendatione, Wilsdruppii, oppido haut procul à Dreſda urbe Electorali Saxoniæ ſitto, & Joh. Dieteric. à Schönberg ſubjecto, Diaconatûs muneri eccleſiaſtico A. 1690. præfectus eſt, maximo ſanè cum Auditorum omnium applauſu Sermone ibidem habito docimaſtico, teſtibus qvidem Literis ejusdem vocatoriis, inqvibus verba exarata ſunt hæc emphatica; Ungemein und vortrefflich / bey noch ſo jungen Jahren. h. e. ſermone amabili & incomparabili tam juvenilibus adhuc annis, uſus eſt ad Auditores ſuos. Vix autem qvinqvennio *Wilsdru-*

pii munere ſuo eccleſiaſtico maximum in animarum ſolatium defunctus, mox A. 1695. *Ratisbonam* celebrem S.R.J. Urbem, ad officium in ea obeundum eccleſiaſticum legitime vocatus eſt, qvâ Spartâ per ſexennium ſummo cum pietatis Zelo, ac vigilantiæ encomio exornatâ, connubio ſibi tandem junxit virginem lectiſſimam *Euphroſinam*, *Davidis Oſtermeieri*, Mercatoris Auguſtani florentiſſimi filiam, qvo ex conjugio pater factus eſt VI. Liberorum. Qvemadmodum verò egregia officii ſui Eccleſiaſtici adminiſtratione Optimatum pariter ac populi univerſi applauſum quam digniſſimè promeruit; ita his ipſis porrò faventibus ac ſingulari lætitia exultantibus, A. 1709. ſupremis eadem in urbe tum Paſtoratûs, tum Superintendentis, tum Conſiſtorialis primarii atqve Scholarchæ functionibus præfectus eſt, cujus qvidem in officii ſplendidiſſimi adminiſtratione, ſtatim ſub exordium, eâ qvâ polluit autoritate, conſenſum impetravit Magiſtratûs ut præter confeſſionis peccatorum publico ex Eccleſiæ ſuggeſtu prælectionem abſolutionemqve eidem ſubjunctam, Bannus etiam Eccleſiæ ab eò primùm introductus, confirmaretur. In hiſce igitur aliisqve ejus ſalutaribus Eccleſiæ impenſis atqve dicatis operis ac conſiliis uti ſupremum ei Numen cœleſti ſua adfuit gratiâ; itâ ut porrò ad ſeram usqve ætatem omnes officii graviſſimi labores felicitatem ſortiantur exoptatam, cordintimè voveo. Qvarum omnium fortunarum intuitu, ſeqvens mihi prognatum eſt Diſtichon:

Nobilitas triplex qvem, ſparta, ſangvinis, artis,
Condecorat, triplex laus manet huncce Virum.

Scripta. *Scripta qvæ Serpilianum* nomen præferunt, vel eidem vindicanda, publici Juris facta ſunt ſeqventia: *Parentatio Keilichiana Miſenæ Anno 1692. in 4.* *Errores Amoris & Oris Ibidem. 1693. 4.* *Anagramma Electorale Saxonicum, in forma patente. Ibidem 1694.* *Inſcriptio Schoenbergiana ſtylo Serpiliano Ibid. 1694. fol.* *Inſcriptio Wildiana Ibid. 1694. fol.* *Ad Motiva nonneminis, qvibus ſe inductum ad Pontificiam Religionem*

nem capeſſendam credidit, *Reſponſio*, *Dreſdæ*, *1695*. *8*. Pars II. typos expectat. *Catalogus Bibliothecæ Reverendi Miniſterii Ratisbonenſ. Prior. Ratisbonæ 1700. fol.* *Ejusdem Catalogus Poſterior. Ibid. 1707. f. Taxa Pœnitentiaria cum Notis, Ratisbonæ. 1705. 8. Epitaphia Theologorum Svevorum, Ratisbonæ. 1707. in 8.* *Epiſtola ad H. U. S. Lipſiæ. 1708. 4.* Perſonalia *Moſis. Erlangæ, 1708. 8. Samuelis. Ratisbonæ. 1708.* 8. Perſonalia *Eſræ. Ibid. 1708. 8. Nehemiæ. Ibid. 1708. in 8.* Perſonalia *Eſther cum Indice. Ibid. 1708. in* 8. *Jobi cum Supplemento Spanheimii, & Chemnicii &c. Ibid. 1709. in 8.* *Carmina varia Latina & Germanica, variis in locis variisqve temporibus occaſionibus ac formis impreſſa.* Einweihungs-Predigt der Abgebrandten Kirchen zu Wildsdrup / Dreßden A. 1693. in 4. Letztere Paten-Ehre *i. e. Parentatio Anagrammatica Cabaliſtica Burkhardiana. Ibid. 1694. in 4.* Dresdniſche Gaſt-Predigt. Pirna. 1694. in 4. Nürnbergiſche Gaſt-Predigt. Nürnberg. 1695. in 4. Volſtendige Lieder: *Concordanz.* Pirna 1696. 4. GOttgeheiligte Sing- und Früh-Stunden / über das Lied: GOtt ſey Danck durch alle Welt. Regenſpurg. 1667. 8. Leich-Predigt Herrn Landgraffens. Regenſpurg A. 1699. 4. *Item* Herrn Frenzels. A. 1700. in 4. *Item* Herrn Beckers A. 1701. 4. *Item* Herrn Schorers. 1701. 4. *Item* Herrn Zimmermans. 1703. 4. Leich-Predigt Herrn Kochs. 1704. 4. *Item* Herrn Fuchſens. A. 1704. 4. Evangeliſche Glaubens und Lebens-Betrachtung über Sontägliche Evangelia. In *V.* Theile. Regenſpurg. A. 1700. 4. *Apologia* wider den *Reformaten*. 1701. 4. Sendſchreiben / wegen den Glaubens-Articul / an Herrn Johan Fechten / der H. Schrifft *Doct.* und *Prof. Publ.* zu Roſtokh. *Ibid.* 1702. 4. Augſpurgiſche Gaſt-Predigt. Augsburg. 1702. 4. Zufällige Gedancken bey Herrn *M. Olearii* Lieder-*Bibliothec. Ibid*, 1703. 8. Fortſetzung dieſer Gedancken. *Ibid.* 1704. *in* 8. Bibliſcher

liſcher Calender/A. 1704. in ablängl. form *Continuirte* Lieder-Gedancken wider ein Kieliſch *Programma*. Jena. 1705. 8. Vorrede über Herrn Praſchens verteutſchte *Pſychen Creticam*. Leipzig 1705. 12. Der mit Sprüchen Heil. Schrifft erklärte und bewehrte *Catechiſmus Lutheri. Autoritate publicâ*. Regenſpurg. 1705. in 12. Sendſchreiben an Herrn Roſe *contra Tenzelium. Ibid.* 1705. 8. Sendſchreiben an Herrn Seyfart/ wegen der Bilder-Bibel. *Ibid.* 1705. 8. Beſchreibung der *Medaille* über die Huldigung der Stadt Regenſpurg. *Ibid.* 1705. 8. *Theophili Sinceri (i.e. Georgii Serpilii)* in Gottes Wort gegründete Urſachen/ warum das ſo genante Fegfeuer/ aus *II. Maccab. c.12* nicht zu erweiſen/ und was ſonſten von dieſer Schrift-Stelle zu halten ſey/ ohne *paſſion* einigen guten Freunden zu Liebe *communiciret*. *Ibid.* 1705. 8. Evangeliſche Pſalmen/ Lob-Geſänge/ und Geiſtliche liebliche Lieder/ GOtt zu Ehren/ und der Chriſtlichen Gemeine in Regenſpurg zur ſeeligen Erbauung. Gedruckt/ *Ibid.* 1705. 12. Ortenburgiſche Gaſt-Predigt. Nürnberg. 1707. 4. Betrübte Berg-Gedancken 1707. *fol.* *Judaus perverſus & converſus*, der durch des Teuffels Neid und eigene Boßheit verkehrte/ dem äußerlichen Schein nach aber bekehrter Jude/ als A. 1707. den 19. Jul. in der Neuen Pfarr/ ein Polniſcher Jude/ Joſeph Ben/ Wolf Levi/ die Heil. Tauff empfangen/ und auf ſein begehren Emanuel Johannes genennet worden/ aus dem Wort der Wahrheit *Apocal. c. 3. v. 9.* betrachtet/ und auf inſtändiges wiederholtes Begehren der geſamten Evangeliſchen Gemeine/ zum Druck übergeben. Regenſpurg. 1707. 4. Bibliſcher Lehr- und Lebens-Schatz. A. 1708. 12. *Souligne raiſons Politiques, a Ratisbon. 1699.*

Opera Ejusdem Max. Rev. Serpilii inedita & ad prelum parata: *Theatrum Anonymorum & Pſeudonymorum* à Vinc. Placcio *omiſſorum*.

rum. Drama de Nativitate Chriſti. Varia Variorum de variis Autoribus Autorum Judicia. Ad Motiva Nonneminis &c. Reſponſ. Pars II. ubi 100. Loca Patrum examinantur. De Urnis Ecloga. Poſthuma Balduiniana. Epiſcopus Cabillonenſis Gaſton Jean Baptiſte Louis de Noailles *ratione Præputii Chriſti defenſus. Tractatus qvo continebuntur 1) Holderi Mus exenteratus. 2) Jacobi Gretſeri Honorarium ſeu Refutatio. 3) W. Holderi Reſponſio ſeu petitorium exhortatorium, qvi duo ultimi Libelli in pauciſſimorum ſunt manibus. His annectetur Vita Holderi*: Excitatus ad inſtitutum hoc, voto D. Fechtii, qvi in Schediaſm. Sacr. p. 865. ſcripſit: Nil magis optem, qvam hunc libellum hodie bono publico recudi, atqve ab iis, qvi Romanæ Eccleſiæ myſteria non ſatis penetrant, cum cura legi. *Vid. Nova. Literar. Germ. Hamburgi collect. A. 1707. p. 357.*

Genealogia Lambergiana, lingvâ Latinâ, Germanicâ atqve Italica. Threni Ratisbonenſes, oder Leich-Predigt *Leopoldi I.* Röm. Käyſers. Lebens-Beſchreibungen der Regenſpurgiſchen *Superintenden*ten. Der *Curieuſe* Buchladen. Annierckungen über 200. Evangeliſche Lieder/ nach Art des allbereit *publicirt*en: Es iſt das Heyl Uns kommen her ꝛc. Bedencken über die Thränen *Meſechuna.*

Die Erklärten Namen GOttes/ die allen drey Perſonen gemein. Einige harte *Expreſſiones* der *Reformirt*en/ wider die Evangeliſch-Lutheriſche Lehre. Bedencken über das Hohenſteiniſche Geſangbuch: *de qvo Dn. Doct. Götzius in Epiſt. ad venerandum D. M. Joh. Chriſtoph. Olearium p. 17. ita ſcribit:* Ich erwarte mit Verlangen das jenige Bedencken zu ſehen/ ſo der groſse Liederfreund in Regenſpurg Herr *Georg Serpilius* von dem Hohenſteiniſchen Geſangbuch abgefaſſet/ und Chriſtlichen Hertzen zu nöthiger Warnung einzurichten verſprochen hat. *Conf. Nov. Literar. German. Hamburgi collect.*

Ad *Elogia* & *Judicia* de Reverendiſſ. hoc noſtro Dn. Serpilio qvod attinet, ea reperiuntur haud pauca, oppidoqve egregia, in iisdem *Nov. Literar. Germ. Hamb. collectis:* ex aliis autem variorum Autorum Scriptis non poſſum mihi temperare qvin producam hæc ſeqq.

Judicia. *Joh. Jacob.* von Berg / *Reipubl. Ratisbonenſis Conſularis, & ad S. R. Imperii Comitia Deputatus, in Votiva Gratulatione, cum* R. Dn. Serpilius *ſacrum ſuum munus, ad id ritè vocatus, Ratisbonæ in Æde novâ parochiæ A. 1696. piè auſpicatus fuiſſet, in frontiſpicio Eundem* appellavit Theologum magni nominis; *atqve in ipſa Gratulatione laudes ipſius cecinit verſibus ſeqq.*

Serpili carum pignus, tuba clara Tonantis,
Euſebies cuſtos, urbis & orbis amor,
Lumen Apoſtolici non ignorabile Cœtûs,
Pannonicæ Gentis gloria magna tuæ.

Joh. Meyer, Gymnaſii Ratisbon. Prof. Publ. in Effigiem Georgii Serpilii *diſtichon panxit hocce:*

Heic Pietas, Candor, Charitum flos, Suadaqve dulcis,
Doctrinaqve decus, Sacraqve cura nitent.

Joh. Conr. Wakius in Diſput. de Scrutatione Principii primi Theologici, A. 1705. Ratisbonæ habita, p. 19. Georgius Serpilius Doctorum hodie exemplum atqve ornamentum. *Et in Parte Poſt. ejusdem Diſp. c. 1. §. 7.* Libri in manu mihi fuerunt multis adhuc incogniti, qvos noſſe licuit ex Bibliotheca Rev. *Serpilii*, qvi dum ipſe eſt inſignis Polyhiſtor, & Bibliotheca loqvens, jam fruſtra mihi videtur ſumtus impendere libris.

Joh. Ludov. Seiferheld, Gymnaſii Hallenſis in Svevia Rector, in Programmate Funebr. Wibeliano, A. 1707. die. 24. Decembr. Qvam ingentem ſummorum Theologorum multitudinem *Svevia* dederit orbi, ex qvo B. Lutheri Miniſterio purioris doctrinæ luce colluſtratus eſt, nuper admodum peculiari libro, qvi titulum gerit: *Epitaphia Theologorum Svevia*, Vir eruditione, dignitate, & meri-

meritis in Rem Eccleſiaſticam & Literariam plane inſignis *Dn. Georgius Serpilius*, Verbi Divini apud Ratisbonenſes Præco vigilantiſſimus, ivit demonſtratum, ob eamqve rem, & magnam ab omnibus, qvi Genti noſtræ bene cupiunt, iniit gratiam, & gratiſſimum mihi, ne in recenſendis claris Sveviæ civibus multum operæ ponerem, fecit otium laborioſiſſimus ille *Serpilius*.

Henr. Stark, De Doctorum vita privata. p. 146. & p. 148. Multis intra & extra Ratisbonam in Eccleſiam Evangelicam meritis commendatus *Georgius Serpilius*.

Qvo rarior autem fratrum plerumqve ſolet eſſe gratia ac amicitia, eo luculentius ejusdem ſuggerit exemplum *Chriſtianus Serpilius*, Georgii dicti frater germanus, Paſtor primùm Eccleſiæ *Modrenſis*, nunc *Sempronienſis* in Hungaria, qvando in Anagrammate ſeqventi fraternum ſuum amorem verſibus teſtatus eſt hiſce:

Serpilius per Anagramma puriſſimum: *Plus Serii*, itemqve *I, plus eris.*

Evolutio Anagrammatis:

Hungara cui vitam, doctrinam *Saxona tellus*,
Wilsdrupium Munus *jam dedit*, *ecce* Virum!
Relligio, *Spes fiſa Deo*, *Virtusqve*, *Fidesve*,
Seria mens ſunt hoc invenienda Viro
Serpilios *propria monſtras in imagine magnos:*
Hem! tantus Re nunc es, Bone, *qvantus eris?*

Joh. Frid. Mayer, in der Vorrede der Lieder *Concordanz Georg Serpilii:* Nichts war bey ſo reicher und ſeeliger Lieder-Erude mehr übrig / als daß dieſe heilige Lieder in gewiße Ordnung getragen / und weil des Menſchen Gedechtnüs ſchwach / der Lieder viel / eine richtige Lieder-*Concordanz* abgefaßet und verfertiget würde / welche ſowohl Predigern als auch Zuhörern könte zu ſtatten kommen. Zwar

 eine

eine höchſt-mühſahme Arbeit von welcher Joſephus Scaliger mit allem Recht geurtheilet:

Si quem dura manet ſententia Judicis olim
Damnatum ærumnis ſuppliciisqve caput:
Hunc non fabrili laſſent ergaſtula maſſa
Nec rigidas vexent foſſa metalla manus.
Lexica contexat; nam cætera quid moror? omnes
Pænarum facies hic labor unus habet.

Jedennoch hat ſelbige mit großer Hertzhafftigkeit angegriffen / mit unermüdeter beſtändigkeit / bey andern ſchwehren Ambts-Verrichtungen fortgeſetzet / und mit erwünſchter Vollkommenheit ausgeführet / der Wohl-Ehrwürdige / Grosachtbahre und Wohlgelehrte Herr Georg Serpilius, der Kirchen JEſu Chriſti in der H. Röm. Reichs-Stadt Regenſpurg hochverdienter treufleißiger Prediger / mein in Chriſto hertzlich geliebter Bruder und ſehr werther Freund / ein Mann / den GOtt ſeiner Kirchen in dieſen letzten Zeiten recht zum Troſt hat laſſen gebohren werden / und von deßen großen Gaben / Gelehrſamkeit und Verſtand durch den Vortheil ſeiner jungen Jahre / große dienſte ſich die Gemeine Chriſti / die Er mit ſeinem theuren Blut erworben hat / ſicher verſprechen kan. Wer den nutzen der Concordanzen, ſo Buxdorfius, Baldovius, Kircherus, Glauchius und andere mehr in gantzen Schrifften weitläufftig beſchrieben / verſtehet / wird dieſes Buch (die Lieder Concordanz) für ein herrliches Kleinod ſchätzen / GOtt von Hertzen dancken / daß Er dieſen werthen Mann für andern hierzu ausgerüſtet / und ſelbiges zu ſeinen groſſen Nutzen gebrauchen. Ich meines Orts wünſche dem lieben Autori zur Danckbarkeit von Grund der Seelen / daß mit ſo vielen ungemeinen öffentlichen Wohlthaten GOtt Ihn ſtets überſchütte: daß er in ſeiner Concordanz kein Lied ſingen möge einem andern nach zu ſingen / ſondern allemahl

Digitized by Google

mahl den Herrn Urſach habe zu loben mit einem neuem Lied!

Joh. Reinelius im Unſchuldigen Leipzig. p. 10. Der unge mein Gelehrte Lieder-Freund Serpilius.

M. Joh. Chriſtoph. Olearius im Evangeliſchen Lieder-Schatz P. 4. Georg Serpilius hat in ſeinen Zufälligen Gedancken p. 105. & ſeq. gar viele und ſchöne Elogia aus allerhand wackeren Theol. Schrifften zuſam getragen ꝛc. Wer ein rechtſchaffener Lieder-Freund iſt / mus ja ohnedem des fleißigen Herrn Serpilii accurate Lieder-Arbeit beſitzen und gebrauchen. *Idem ibid.* in der Vorrede des Lieds: JEſu meines Lebens Leben: Serpilius ein ſehr qvalificirter und Evangeliſcher Prediger zu Regenſpurg. Plura Elogia huic noſtro *Serpilio* ab Eodem in eodem libro tributa vide pag. 6. 7. 33. 36. 38. 41. 49. 53. 55. 100. 105. 135. 138. 148. 157. 160. Qvibus addeſis *D. Löſcheri* Unſchuldige Nachrichten Anni 1704. pag. 285. 509. & ſeqq. Anni 1705. p. 537. 539. 540. & ſeqq. A. 1706. p. 534. & ſeqq. *Item* Tentzels curieuſe Bibliothec des andern Repoſitorii I. Fach. p. 94. usqve 162. Et VII. Fach. p. 595. 601. &c.

Idem Chriſtophorus Olearius Ibidem P. IV. p. 76. Des offt gerühmten Herrn Georg. Serpilii ſeelig-verſtorbene Frau Mutter / Dorothea Sophia genant / eine gebohrne Baldvinin, hat dies Lied (ſcil. JESU meines Lebens Leben ꝛc.) ſonderlich werth und hochgehalten / alſo daß Sie ſelbiges nicht allein täglich ihr Morgen-Lied ſeyn laſſen / ſondern es auch ſelbſt in die Hebräiſche Sprache überſetzet / und in ihre Laute geſungen hat. Ja Sie hat den guten Gebrauch gehabt / allezeit / ſo offt Sie nur eine gutte Zeitung in publicis und Privat-Sachen gehört / ſolches in Ihrer retirade GOtt zu Ehren und ſchuldigen Lob abzuſingen. Wie Sie denn eine recht Gottſeelige / dabey auch ſehr qualificirte und gelehrte Matrone geweſen / welche nicht nur in der Philoſophia und Theologia, ſondern

auch fürnemlich in der H. Sprache ſonderbahre Wiſſenſchafft gehabt / ſo gar / daß Sie die Hebräiſche Sprache ſo gut als ihr Teutſch reden / mit gelehrten Rabbinen correſpondiren / und die Hebräiſchen Pſalmen nach Art des Magnificats', täglich mit Verſtande ſingen können. Ja Sie hat Ihre Kinder ſelbſten ſo weit gebracht und angehalten / daß Sie alles das jenige was etwan Teutſch zu reden / vor fremden Leuten / ſich nicht wohl ſchicken wolte / in Hebräiſcher Sprache fragen / erzehlen und beantworten können. Iſt ſeelig verſchieden 1685. am 3. Pfingſt-Tage im 46. Jahr ihres Alters. Herr *D. Paulini*, oder Herr *Eberti* werden verhoffentlich kein Bedencken tragen / eine ſo wackere Perſohn in ihr Gelehrtes Frauenzimmer künfftig mit einzurücken und nach meriten zu rühmen.

Serpilius Johannes, hactenus commemorati Max. Rev. Dn. Serpilii Parens, ortus eſt *Leibiczii*, urbe Comitatûs Sepuſienſis in *Superiori Hungaria* A. 1623. d. 30. Januarii, Patre plurimum Reverendo & doctiſſimo Dn. *Johanne Serpilio*, Diacono primum *Leibiczenſi*, poſtea Paſtore Eccleſiæ *Keſmarkcenſis*, & Fraternitatis ad inferiorem fluvium Poprad, *Seniore*; Matre autem *Michaelis Frey*, Conſulis Keſmarkcenſis, filiâ florentiſſima. Poſt tyrocinia literarum in patria ſchola feliciter emenſa, primò *Keſmarkum*, deinde *Roſnaviam*, & deniqve *Patakium*, Gymnaſium tum temporis florentiſſimum, adiit, ibiqve ſtudiis humanioribus æqve ac philoſophicis, qvin etiam philologicis ad eam metam perductis, ut patentiori Academiarum campo, qvi committeretur, dignus fuerit judicatus: qvapropter à venerabili ſuo Parente in *Regiomontanam* Boruſſiæ Academiam miſſus, trium annorum ſpatio in eadem maximo cum fructu verſatus eſt, ſiqvidem præter ſtudia in qvovis artium ac ſcientiarum genere ſummâ cum laude exculta, illis præcipue incubuit, qvæ nobilitati ſplendorem afferrent atqve ornamentum, qvin etiam in Juris curriculo eo

usqve

usqve eſt progreſſus, ut lytarum numero haud immerito accenſeretur. Ut autem qvod ſciverat, alii qvoqve hoc eum ſcire animadverterent, *Elbingam* adiit celebrem Boruſſiæ urbem, patrocinium cauſarum ibidem ſuſcepturus, taliqve officii genere vitam tranſacturus, dum verò aliqvandiu ea in urbe ſubſtitiſſet, tandem, Supremo Numine ita diſponente, A. 1646. matrimonium contraxit cum *Chriſtina* generoſa ex Boruſſiæ familia *Alexvangiorum* prognata, viduâ tum temporis relictâ *Henrici Zamchelii*, viri generoſi; cujus tamen tori concordiſſimi, pariter ac ſvaviſſimi ſocietate triginta novem duntaxat hebdomadibus gaviſus eſt: qvod dolorificum ſibi inflictum vulnus aliqvadantenus leniturus in Patriam reverſus, ad ſecunda tranſiit vota, A. 1652. lateri ſuo adjunctâ *Evâ*, virgine corporis animiqve dotibus præſtantiſſimis decoratâ, *Tobiæ Galli*, Senatoris Keſmarkcenſis, filiâ florentiſſimâ, qvod ipſum conjugium exoptatiſſimum, partim propter inſignem Juris in eo peritiam, partim propter virtutes alias nobilitatem ornantes perſpectas, officium excepit non minus honorabile, qvam valde laborioſum; *Director* qvippe *cauſarum*, ſive *Conſiliarius* liberarum Regiarumqve Urbium Comitatûs Sepuſienſis, *Leutſchoviæ* puta, *Eperieſini*, *Bartvæ* & reliqvarum, conſtitutus, domicilium *Leutſchoviæ* fixit, atqve negotiorum hoc ſuorum officium omni cum laude adminiſtravit, indeqve factum eſt, ut A. 1657. à ſupremo Comitatûs Sepuſienſis Comite Illuſtriſſimo *Stephano Csáki*, nec non à Vice-Comite Generoſiſſimo *Sigiſmundo Mariáſi* in Nobilium Conventum dicti Comitatûs adſcitus & ad ſeſſionem votumqve in eodem admiſſus, *Jurati Aſſeſſoris* dignitate cumulatus eſt. Cum autem à Superioribus ſuis A. 1659. ad Comitia Regni muneris ſui ratione habita delatus eſſet, dignus à Statibus qvibusdam Regni judicatus eſt, qvi Compilatoribus Regni gravaminum, præter alia ipſi demandata officia adjungeretur. Qvas qvidem propter functiones egregiè adminiſtratas, tùm à *Poſonienſibus*, tùm à *Sempronienſibus*, ad obeundum *Syndici Conſiliariiqve* munus, prolixâ ulterioris promotionis facta pollicitatione

tione, certatim vocatus eſt; diu igitur utramqve in partem animo verſato, tandem Sempronienſium vocationi annuens, poſt officiorum ſuorum in Comitatu Sepuſienſi hactenus adminiſtratorum reſignationem, A. 1660. die. 7. April. Sempronium, unà cum tota ſua familia, commigravit, maximo qvidem cum Ordinum nobilium dicti Comitatûs, ſpeciatim verò Vice-Comitis *Stephani Mariáſi* contriſtatione, qvippe qvi non tantum redituum ſalariiqve augmentum ei offerebant, ſed ampliora qvoqve futuro tempore munera ipſi conferenda promittebant, qvibus tamen omnibus haud attentis, in ſemel data *Sempronienſibus* fide ſua, ceu vir honoris verborumqve ſuorum obſervantiſſimus, perſtitit: Hoc itaqve officio ſumma cum laude perfunctus, mox in Senatum receptus interiorem, Judicis inſuper civium Spartæ præfectus, eandem maxima dexteritate ac prudentia ornavit, totiusqve Reipublicæ Sempronienſis, ad extremum uſqve vitæ ſuæ halitum, commoda egregiè promovere ſtuduit. Qva ipſa qvidem operâ laudatiſſima id conſecutus eſt, ut *Johannis III.* in familia ſua nobiliſſima cognomen adeptus, familiæ ſuæ propagationem ex ſuperiore in Hungariam inferiorem translatâ maximum familiæ Serpilianæ addiderit incrementum. Poſtqvam verò altera ipſius conjux A. 1661. die. 7. Auguſti *Sempronii* in Domino ſuo placidè obdormiviſſet, triſtitiam inde in animo ſuo exortam diſpulſurus, atqve res ſuas amplius diſpoſiturus, *Leutſchoviam* profectus eſt, ubi conjugio altero inito cum *Dorotheâ Sophiâ*, matrona & literarum ſtudiis & virtutum rariorum ornamentis qvam maximè conſpicuâ, filia *Friderici Balduini* S. Theol. Doct. celeberrimi, viduaqve Antiſtitis Leutſchovienſis *Chriſtophori Böhmii* Sempronium, eâ ipſa vitæ itinerisqve ſociâ aſſumtâ, reverſus, ad priſtinos officii ſui labores ſtrenuè obeundos ſe contulit, in iisqve ad finem usqve vitæ laudabiliter perſeveravit. Ex triplici hoc matrimonio *Johannes iſte Serpilius* 6. filiis duabusqve filiabus ſuſceptis, tandem vitæ ſatur, A. 1686. die 1. Decemb. terreſtria cum cœleſtibus commutavit.

In

Digitized by Google

In publicum emiſit Johannes iſte Serpilius: *Delineationem Juris Canonici & Civilis*, *Leutſchoviæ impreſſam A.* 1651. 4. *poſtea recuſam Ibid. in* 12. *Item Orationem de nova Turri Kesmarkcenſi. A.* 1641. *in* 4. *Scripta.*

Joh. Conrad Barthius, *Eccleſiaſtes Sempronienſis*, *Aſtraam loqventem introduxit h. m.* *Judicia.*

Serpilium *noram*, *cui ſervantiſſima ſemper*,
Vel ſine me, *Juris ſcrinia pectus erant.*

J. V. Wigandus de Philiatror. Itineribus p. 168. Arridet inqvit proverbium Dn. *Johannis Serpilii*, Sopronianæ in Hungaria Reipublicæ Judicis: In uno excellere oportet, reliqva mediocriter ſcire.

Ferdinand. Dobnerus in Parentatione huic Viro habita, ex nominibus *Johannes Serpilius* elegans elicuit Anagramma hocce: Sol ſapiens in Jure.

Johannis qvoqve hujus *Serpilii* facta reperitur mentio in *Articulis Regni Hung. Sempronii A.*1681. *ſancitis editisqve*, *p.*62. nec non collocatum ejusdem nomen conſpicitur in ſerie Statuum & Ordinum Regni Hungariæ; adhæc in Indultu Regio: Prudens & Circumſpectus appellatur. *Vid. Gravamina Evangelicorum Hung. Ibid. p.* 8.

Huc confer elegans etiam illud *Elogium*, qvod de *Johannis* iſtius *Serpilii* alterâ Conjuge fidiſſimâ, *Dorotheâ Sophiâ*, gnatâ *Baldviniâ*, Matronâ non minus eruditionis reconditioris laude, qvam virtutum etiam ſexum muliebrem ſupergredientium adorea qvam commendatiſſima, *à M. Chriſtoph. Oleario*, *in Theſauro Hymnorum* (Germ. Lieder=Schatz dicto) P. III. p. 76. ſupra jam p. 349. prolatum occurrit.

Serpilius Laurentius, lucem hanc primùm adſpexit *Belæ*, urbe haut poſtrema inter XIII. Urbes Comitatûs Hung. Sepuſienſis Coronæ Polonicæ oppignoratas, cujus vitæ curriculum anteqvam uberius exponam non incongruum credo fuerit, pauca

 ali-

Digitized by Google

aliqva de generoſa totius *Serpiliorum ſtirpis* origine coronidis loco heic proferre, utpote lucem reliqvis inde ortis & paulò ante jam productis ſideribus fulgentiſſimam affuſura. In eodem itaqve commemorato oppido *Bela* circa ſeculum poſt N. C. XV. Familia qvædam *Qvendelii* nomine, Germ. Qvendel/ clara, latisſimè ſe extendit, qvæ præterqvam qvod potiſſimam civium partem conſtituebat, & pleroſqve incolas vel conſangvinitate, vel affinitate, vel ſpirituali neceſſitudine attingebat, profectò amplitudine etiam munerum, qvibus alios anteibat, atqve opum & divitiarum fortunis, qvibus excellebat, primatum ibidem obtinuisſe, communis tum, eaqve non vana, fuit hominum opinio. Sanè dictum oppidum *Belam* jure conductitio à Regibus Poloniæ per aliqvot annorum decurſum *Qvendelios* cum omni inde redundante proventu poſſediſſe, extra dubium poſitum eſt, qvin planè illud ipſum, juſtò pretio perſoluto, ſibi addicere, propriumqve reddere, in animo volvebat Conſul iſtius oppidi ditiſſimus, *Johannes Qvendel*, niſi Comitatus Sepuſienſis, interpoſita apud Polonicam Coronam, partim proteſtatione, partim uberiore illicitæ venditionis remonſtratione, propoſitum tam laudabile ac Qvendelii Familiæ ſalutare impediviſſet. Atqve iſte *Johannes* fuit pater 17. filiarum & duorum filiorum, *Michaelis* nempe atqve *Laurentii*. Filiabus omnibus honeſtis junctis connubiis, *Laurentius* filius natu minor *Minervæ*, *Michael* verò *Martis* caſtra ſectatus, *Johanni, Comiti Sepuſienſi*, Regi tum temporis Hungariæ, pro Corona Regni ſibi aſſerta, firmiter retinenda, cum Ferdinando I. Rom. Imp. certanti adhæſit: qvo ſanè in vitæ genere, ſtrenuum ſe ſemper, fortem ac fidelem exhibuit bellatorem, adeò qvidem ut non tantùm individuus Regis comes omnibus in expeditionibus bellicis fuiſſe, ſed Rex etiam in hæc aliqvando verba dicatur erupiſſe: *Si exercitu ex 2000. tam ſtrenuis Qvendeliis inſtructus eſſem, in ſpem erigerer haut vanam de univerſa mihi ſubjuganda Europa.* Harum igitur aliarumqve virtututum & meritorum inſigniſſimorum intuitu accuratiore, Rex *Michaelem*

ex

ex inferiore & plebejo vitæ genere, in ſublimiorem Nobilitatis ſtatum ac dignitatem evectum, muneribus pariter, donisqve plurimis largiſſimis cumulavit, Inſigniisqve Nobilitatis acqviſitæ teſtibus A. C. 1530. egregiis ornavit. Ceterum ad *Laurentium noſtrum Serpilium*, *Michaëlis* fratrem germanum me convertens, is, ceu antea jam dictum, in Minervæ caſtris ſtipendia merens, maximo cum ſtudio & labore bonis incubuit artibus, Athenas enim *Cracovienſes* in Poloniam à Patre miſſus dulciſſimo, ſtudio potiſſimum Theologico operam ſuam conſecravit, qva etiam de cauſa, poſt 4. annorum decurſum in Patriam reverſus ab Epiſcopo illius Regionis, *Sacellani* oppidani officio admotus eſt. Cùm autem de fulgentiore Verbi divini luce ac repurgatâ Evangelii doctrinâ, in Saxonia, & ſpeciatim Academia Wittebergenſi, eﬄoreſcente, rumorem percepiſſet, ſingulari Spiritûs S. inſtinctu, munere, qvo functus aliqvandiu in Patria fuerat, relicto, Wittebergam conceſſit, ubi in *Philippi Melanchthonis* notitiam perveniens, Amanuenſis ſpartam ſuſtinuit, nomenqve germanicum *Qvendel* in latinum *Serpilii*, more illius ſeculi, à Melanchthone converſum, obtinuit, in univerſam deinceps progeniem derivatum, & hodienum in eadem uſitatum, atqve tales in ſtudio Theologico fecit progreſſus, qvi eum ad ſaniorem fidei Evangelicæ metam deduxerunt, ejuratisqve Romano-Catholicorum dogmatibus, in ſincerioris doctrinæ tramite, conſolidarunt. Subſidiis igitur ejusmodi ad clariorem Evangelii Solem emergens, Patriam repetiit, in qva rurſus *Plebani* officio præfectus, omnibus viribus incubuit, ut in eam qvoqve ſalutaris Verbi Dei prædicatio, & legitima Sacramentorum adminiſtratio introduceretur, Qvapropter abrogato, propria autoritate, Miſſæ primùm ſacrificio, & puriore Evangelii doctrinâ non minus in ſuam, qvam alias etiam vicinas & circumjacentes Eccleſias diſſeminatâ, Reformationis opus, ad normam præcipue Eccleſiarum Saxonicarum accommodatum, aggreſſus, non ſine peculiari Numinis aſſiſtentia, feliciter promovit, ita qvidem ut poſt ſinceram Evangelii prædicationem conſti-

 tutam

tutam, ceremoniæ nihilominus ritusqve, qvibus populus jam antea aſſvetus fuerat, ex conſilio Melanchthonis, qvocum ei freqvens literarum interceſſerat commercium, libere retinerentur. *Laurentius* ergo iſte *Serpilius*, omnium primus fuerat Præco, qvi orthodoxam purioris Evangelii doctrinam in ſuperioris Hungariæ Eccleſias derivavit, Verbumqve Dei in Vinea Domini incorruptè plantavit. Interea ſilentio haudqvaqvam involvendum eſſe reor, eundem hunc *Laurentium*, præterqvam qvod *primus in ſuperiori Hungaria Apoſtolus fuerit Lutherano-Evangelicus*, præſentem qvoqve comparuiſſe *Auguſtæ Vindelicorum*, cum B. *Martin. Lutherus*, in Comitiis ibidem celebratis Imperatori Auguſtiſſimo Carolo V. Statibusqve & Ordinibus S. Rom. Imperii, Confeſſionem Fidei ſuæ, publice exhibuit ac commendavit, ceu qvidem B. *David Gottfried Arnholdus*, Eccleſiæ, qvæ Bojanovæ in majore Polonia Chriſto colligitur, qvondam Inſpector, & conjunctarum Eccleſiarum ibidem Senior, in libro, cui titulus eſt: **Chriſtlicher Lehrer Ruhm/ Thun/ und Lohn** / *pag. 16.* verbis expoſuit hiſce germanicis: Laurentius Serpilius hat dem Reichs-Tag zu Augſpurg bey Ubergebung der Confeſſion, A. 1530. mit beygewohnet/ und iſt der allererſte Evangeliſcher Prediger in gantz Ober-Ungarn geweſen/ wie davon unterſchiedliche documenta vorhanden. Ob nun wohl dieſer gleich den andern/ ſich eines Adel-Standes und denen damahligen Rittern aſſociiren können/ war doch ihm ſambt ſeinen Nachkommen nicht ſo ſehr daran gelegen/ wie Er weltlichen Feinden mit irdiſchen Waffen abbruch thun könte/ ſondern war vielmehr darauf bedacht/ wie Er in der Kirchen GOttes einen Geiſtlichen Ritter abgeben/ unter dem Fähnlein Chriſti ohnverdroßen kämpffen/ und mit geiſtlichen Waffen dem Worte GOttes/ die Widerwärtigen zu den Füßen des Volcks GOttes legen möchte. Deſſen löblichen Fußſtapfen / auch ſein Sohn/ Enckel und Uhrenckel gefolget ꝛc. *Bela* igitur prima fuit civitas, inter XIII.

Sce-

Digitized by Google

Sepuſienſis Comitatûs in Hungaria ſuperiore civitates, hodienum Regi Poloniæ oppignoratas, qvæ A. C. 1540. Salvificæ fidei Evangelico-Lutheranæ dogmata recepit, receptaqve qvaqvaverſum propagavit. Qvamvis enim in aliis etiam Hungariæ inferioris locis lux Evangelii radios ſuos ſparſerit, radii tamen illi ita edictis Principum obumbrati ſunt, ut penitus fere extincti videri potuerint: Severiſſimo qvippe *Ludovici Regis Hung.* mandato in Diæta Regni promulgato, duo hæc verba acerbiſſima, *Lutherani comburantur!* inſerta legebantur, qvæ ſane totalem fidei repurgatæ extirpationem ſecum attuliſſent, niſi Sacerdotes qvidam caſtrenſes, unà cum Tribunis Germanicis tum Johannis, tum Ferdinandi I. Hung. Regum Exercitûs ex Germania in Hungariam delati, partim in caſtris, partim in Eccleſiis, Sermonibus iterum ſacris ex verbo Dei ſincere prolatis, populum in rectam credendi viam deduxiſſent, novumqve in animis eorum Evangelii lumen accendiſſent: à qvo autem deinceps tempore non tantum Religio Lutherano-Evangelica altiores agere cœpit radices, ſed in hunc uſqve diem per univerſam ferme *Hungariam* atqve *Tranſylvaniam*, tam late propagata eſt, ut legibus Regni fundamentalibus, Regumqve juratis promiſſis ſuffulta, privilegiis inſuper ampliſſimis confirmata, contra qvosvis Adverſariorum inſultus, Marpeſiæ inſtar cautis, hodienum conſiſtat. Tandem *Laurentius* ille, A. C. 1547. muneris verò ſui eccleſiaſtici altero, uxorem duxit Virginem virtutibus muliebrem ſexum decorantibus maxime conſpicuam, *Julianam Kotleriam*, civis *Belenſis* primarii filiam lectiſſimam, cum qva 25. annos concordi dulciqve in matrimonio vivens, liberos genuit 15. Annis autem 13. *Belæ* in patria ſua officio eccleſiaſtico pie non minus ac vigilanter functus, *Leutſchoviam* A. C. 1558. in Evangelicæ ibidem Eccleſiæ Paſtoris beatè defuncti locum vocatus, ſe cum familia ſua contulit, ubi poſtqvam per ſexennium ferè ſubſtitiſſet, atqve ſpartam ſuam gregiè ornaſſet, tandem A. C. 1564. *Leibizium*, primariam ex XIII. Sceptuſienſibus oppignoratis Civitatem accitus, officium

ſuum eccleſiaſticum, maximo cum Auditorum fructu, per annos 8. adminiſtravit, tandemqve vitæ ſatur, viribusqve tum corporis tum animi, ob indefeſſos muneris labores, exhauſtis, placide in Domino A. C. 1572. obdormivit, ibidemqve in templo cathedrali, ante Altare ſummum, monumento ſepulchrali illatus, adhuc hodie qvieſcit, Viduâ relictâ ſuperſtite, (qvæ tamen etiam A. 1587. naturæ debitum perſolvit,) una cum *duobus filiis*, altero *Johannis*, altero *Sebaſtiani* nomine inſignito. Et qvidem *Sebaſtianus* Juris ſtudio in Academia *Baſilienſi* feliciter emenſo, in Patriam redux, poligraphi officio in nobili Hungariæ urbe, *Keſmarkio*, præficiendus erat, niſi morbo correptus ſubitaneo, A. C. 1616. vitam cum morte commutaſſet. *Johannes* vero A. C. 1564. Leibicii natus, tramiti potiſſimum ad cœlum ducenti inſiſtens, Theologica ſtudia ſummâ cum pietate ac induſtriâ excoluit: Interea annis auctus, virilem adeptus ætatem, conjugium ſtabilivit, cum doctiſſimi viri, *Valentini Hortenſii* filia, animi æqve ac corporis dotibus egregiis inſtructiſſima atqve ornatiſſimâ, *Eliſabethâ*; qvi qvidem *Hortenſius*, Cracoviæ Eccleſiaſtis munere fungens, cum *Laurentio Serpilio*, creberrimè, de puritate Religionis Evangelicæ, literarum commercium exercuit, ac deniqve ſingulari Spiritus S. gratiâ ad lucem perductus Evangelicam, unde etiam poſtea factum eſt, ut *Laurentio Serpilio*, *Leutſchoviam* ad officium vocato eccleſiaſticum, *Hortenſius* Belæ in locum ejus ſuccedens, Diaconum ſibi adjunctum Generum ſuum *Johannem Serpilium* nactus fuerit; *Hortenſio* autem *Leibizium* ad Paſtoratûs in Eccleſia munus obeundum evocato, paucosqve poſt annos mortuo, *Johannes Serpilius*, dicto in officio eccleſiaſtico, Socero ſuo, legitimâ præviâ vocatione, ſucceſſit, qva tamen felicitate non diu potuit gaudere, ſiqvidem propter veritatis Evangelicæ profeſſionem, duriſſimam à Magiſtratu Polonico paſſus perſecutionem, in captivitatem tandem deductus, atqve in carceres oppidi primùm *Liblau*, deinde oppidi *Viſchiz* conjectus, non prius inde, niſi magnâ pecuniæ ſummâ exſolutâ, variisqve donis ac muneribus oblatis,

tis, liberatus eſt. Inde *Leibizium* reverſus, privato vitæ genere uſus, in ſpe & ſilentio, reliqvum qvod vitæ ſupererat, tranſigere conſtituit, *Peſte autem A. C. 1644.* correptus, animam Salvatori ſuo reddidit, relictis poſt ſe filiis 4. & filiabus 2.

De hac inſuper clariſſimæ *Familiæ Serpilianæ* acqviſita Nobilitatis dignitate, qvantum qvidem ad *Laurentium* noſtrum attinet, ſpeciatim adhuc advertendum eſt, qvod cùm poſt Johannis Zapolyæ obitum, omnia Gratiam Regiam conferentia Diplomata & Indulta à Succeſſore ipſius Ferdinando I. Rege Hungariæ iterum confirmari & novis privilegiis muniri debuerint; ea etiam de cauſa heredes ſupra laudati *Michaelis Qvendelii* bellatoris ſtrenuiſſimi Armalia ſua denuò confirmari qvam ſubmiſſiſſimè petentes, ab ante memorato glorioſiſſimo Rege Hung. Ferdinando I. novum Nobilitatis diploma obtinuerunt, in qvo non tantum omnes immunitates, inſignia & privilegia Nobilium, qvæ in priore continebantur Diplomate, ſunt repetita, ſed inſuper *Laurentius*, dicti *Michaelis* frater germanus, in eundem Nobilitatis cenſum aſſumtus, atqve latino *Serpilii* nomine in locum germanici nominis Qvendel repoſito, ad omnes illius Poſteros Nobilitatis dignitas transmiſſa ac propagata eſt. Qvæ ipſa Diplomata cum aliis documentis qvamplurimis & ſcriptis avthenticis ante triennium ad perluſtrandum & perlegendùm benevole mihi Ratisbonæ communciata occaſionem obtulerunt, nonnulla inſtituto huic meo inſervientia, inde excerpendi, in qvibus potiſſimum Inſignia eminent nobiliſſimæ Familiæ Serpilianæ ſplendorem declarantia, carmine qvodam elegiaco à *Joh. Serpilio hujus nominis I.* in nobilitate recenter adeptâ nato, anno ætatis ſuæ 73. eleganter conſtructo, hac verborum ſerie:

Hungariæ dono hæc ſpeciali Inſignia Regis,
Serpiliana Domus Nobilitatis habet.
In Clypei fundo Rupes, Rupemqve Baſimqve
Chriſtiàdum ſignat, qva benedicta Trias.

Rupe-

Rupe ſuper rubeo in campo ſtans Miles in armis,
Illorum pugnam fortia & arma docet.
Collis utrinqve Petra junctus Serpillifer: addit
Hinc Fidei, hinc firma germina læta ſpei.
Stellarum lux clara trium, Lunæqve figura,
Divinam monſtrant, ſorte in utraqve fidem.
E pulcro ſupra Galeam diademate pulcer
Conſurgens Juvenis candidiore ſtola,
Sollicitas curas menti eximit, atqve ſecundos
Victori eventus ſpondet ab hoſte pio.
Hinc vel gemmatam Criſtam, vel Laurea Serta
Offert, Virtutu præmia pulchra bona.

Sinapius Johannes, *Hungarus*, Verbi Divini apud Trencsinienſes in Hungaria, Patria ſua, Præco, tandem ob conſtantem fidei Evangelicæ profeſſionem ab adverſariis in Exilium abire juſſus, in Luſatia in ſpe & ſilentio dies vitæ ſuæ tranſegit, poſteaqvam in lucem emiſiſſet libellum cum titulo: *Henoch cum Deo ambulans, veris Chriſti Confeſſoribus ad imitandum productus. Gorlitii, typis Chriſtoph. Zipperi, A. 1676. in 12.* Atqve iſte *Sinapius*, præter fratrem *Danielem*, ob eandem cauſam à patria Extorrem, Filium etiam dicitur ſuperſtitem reliqviſſe *homonymum*, qvi Eruditione ſolidiore ſibi comparata, officio tandem *Rectoris* Gymnaſii Principalis in Olsnenſi Sileſiæ urbe Præfectus, adhuc hodie magno cum diſcentium emolumento Spartam ſuam egregiè exornat, atqve Bibliothecæ etiam illius loci ſedulam curam gerit. Edidit hic qvoqve librum ſub titulo: *Olſnographia.* Oder eigentliche Beſchreibung des Oelsniſchen Fürſtenthumbs in Nieder-Schleſien/ welche in zwey Haupt-Theilen/ ſowohl insgemein deßen Namen/ Situation, Regenten, Religions-Zuſtand/ Regiments-Weſen/ und andere notable Sachen; als auch inſonderheit die Stätte und Weichbilder/ des Oelsniſchen Fürſtenthumbs mit ihren Denckwürdigkeiten

ten vorgeſtellt und ausgefertiget werde von J. S. Leipzig/ 1707. in 8. Præterea hic ipſe Sinapius A. 1706. d. 18. Octobr. *de Hymnis & Hymnopæis Olſnenſibus Exercitationes nonnullas, in Lyceo Olſnenſi, ante certamen Alitum criſtatorum inſtitutas, Programmate indixit publico:* de qvibus plura in Nov. Literar. Germaniæ Hamburgi collectis ad A. 1707. p. 18. legi merentur.

Sommerus Johannes, qvo de *Joh. Petrus Lotichius in Biblioth. Poetica P. IV. p. 118. memoria prodidit ſeqq.* Poſt *Janum* illum *Pannonium*, Pannoniæ Vatem primarium, carminis dexteritate, facile locum habet, nec poſtremas laudes meretur Muſa *Johannis Sommeri, Hungari*, Poetæ Elegiaci facilis & venuſti. Is favente Apolline iis undis apprimè tinctus, qvarum venas Meduſæus ille præpes ungula elicuiſſe fertur, in Heliconem usqve animis abreptus fuit, unde Muſis porrò carminibus concinnè ſcriptis litare didicit. Eo ingenio cum eſſet fœcundus admodum, pueris in ludo literario Biſtricii *Tranſilvaniæ* præpoſitus fuit; qvamvis plagoſi ferularum ſceptri arbitrium fors invito ſuſtinuerit animo, prout ex Hortuli Amoris, qvem vocat, *Elegia præliminari* facilè fuerit elicere, ubi ita meminit:

Inviſas pueris ferulas, ignobile ſceptrum
Qvi noſtro capiat nomine, nunqvis erit?
Ut turbæ mixtus læti ſpectator honoris
Ad ripas veniam, flave Cibine, tuas.

Adeo autem terſum, facile, venuſtum, eruditumqve carmen ipſi *Sommero*, ceu uber ingenium rivulus inundat, excurrit, labiturqve, ut majori eruditione, qvam cura confectum, majori ingenio, qvam labore effuſum videri qveat. Meritò igitur à *Johanne Sambuco*, autore probatiſſimo, atqve aliis iſtius ſeculi viris præcipuis, ingenio ejus multum conferentibus, tam ſtylo, qvam carmine, *Sommerus* extollitur. Felix is itaqve Poeta, *Jano Pannonio* ſuo non multum diſpar, immortali iſthac laude carminibus ſibi parta gaudere, imò triumphare poſſet, niſi (qvod abominan-

Digitized by Google

dum) à vera Chriſti Emanuelis Eccleſia peſſime ad blaſphemam Neſtorianorum, Trin-unitatem impugnantium, hæreſin defeciſſe diceretur. Qvod qvidem utinam *Sommero* fruſtra ab autoribus injuſtum ſit. Floruit temporibus Johannis Sambuci, Medici & Hiſtorici Cæſarei. *Scripſit expedito Carmine imparibus numeris eleganter variato* 1) *Reges Hungaricos, ad imitationem Georgii Sabini, Joh. Boceri, qvorum ille Impp. Romanos, hic Reges Danicos, eodem carminis filo, cum poſteritatis applauſu, deſcripſit.* 2) *Ejusdem legitur Elegiarum Lib. I.* 3) *Hortulus ingenui amoris Nuptiis dicatus.* 4) *Colica & Podagra Tyrannis, ad imitationem Tragœdiarum veterum deſcripta ab Autore A. 1569.* 5) *Clades Moldavica.* Excuſa reperiuntur iſta Carmina omnia in Deliciis Poetarum Hungarorum Joh. Philippi Parei à p. 357. ad p. usqve 464.

Scripta

Idem Lotichius ibidem.

Proxima Pannonio Sommerus *carmina Vates*
Prodidit, Aonio ſuſpiciente choro,
Scilicet eſt commune aliqvid cum Matre Camenis:
Tam faciles Elegos Matris alumnus habet.

Sandius in Biblioth. Anti-Trinitariorum p. 57. huic *Sommero* plura adhuc alia attribuit *Scripta*, ubi eundem non æqve *Hungarum* qvam Germanum fuiſſe contendit, verbis expreſſis ſeqq.

Johannes *Sommerus* Pirnâ Miſnicus, Lector Claudiopolitanus, ad qvod munus peragendum, à *Blandrata* & *Franciſco Davidis* è Germania evocatus eſt: prout teſtatur Poſſevinus Sect. III. cap. 7. ubi poſtqvam dixit, *Blandrata deinceps & Franciſcus Davidis criſtas erigentes, ſpe concepta, fore, ut brevi qvoqvo verſus ea impietas ſerperet, aliqvot deligunt Juvenes, qvos ea pravitate imbutos Patavium mittant, ut comparata majore literatura, ſi qvem ea in Academia decipere poſſint, id faciant;* mox ſubjungit, Ex Germania item accerſitum *Johannem Sommerum*, hominem loqvacem, ſed qvi græce noſſe videretur, cum à Lutheranis defeciſſet, *Claudiopolitanæ Scholæ* præficiunt: in hujus locum,

locum, qvod una cum uxore & ſocru peſtilentia correptus, diem non multo poſt obiit, *Matthiam* qvendam *Polonum*, tanqvam Hebraicæ Lingvæ peritum, ſic ſufficiunt, ut tamen ei præeſſet Jacobus, qvi ſe Palæologum vocabat, & in Græcia natus fuerat. Huic mandant, tanqvam græcas literas, uti Græco, callenti, ut Biblia corrigat. &c. Florebat *Sommerus* A. 1569. Fuit *Franciſco Davidis* in dogmate de Domino Jeſu non invocando homodoxus. Ejus ſunt: *Theſes de Deo Papano Trino, uno in eſſentia, trino in perſonis, ex ejus fundamentis deſumta & publicata A.* 1571. *Refutatio Scripti, qvod Petrus Karolius ſub titulo Explicationis Fidei Orthodoxæ, de uno vero Deo, Patre, Filio, & Spiritu Sancto, contra G. Blandratæ & Fr. Davidis errores A.* 1571. *edidit. Adjecti ſunt Tractatus varii de rebus: præfixa eſt libro huic Epiſtola cujusdam, qvi ſe vocat Theodoſium* Schimbergium. *Is enim curavit, ut Refutatio illa ederetur. A.* 1582. *Tractatus aliqvot Chriſtianæ Religionis, qvos idem* Schimbergius, *præfixâ ſua Præfatione, edidit, qvaſi Ingolſtadii, A.* 1583. *in* 8. In Opere illo continentur: *1. Confutatio Objectionum, qvarum facta eſt mentio in fine Epiſtolæ præfixæ libello.* Johannis Sommeri *2. De Juſtificatione hominis coram Deo*, Johannis Sommeri. *Item Propoſitiones de eadem exhibitæ Senioribus, Tordæ, d.* 19. *Septembr. A.* 1572. *unà cum Reſponſione Seniorum exhibita Claudiopoli, d.* 29. *Sept. A.* 1572. *& Confutatio Reſponſionis, die* 5. *Octobr. auctore Johanne Sommero. 3. Scopus Septimi Capitis ad Romanos, Adami Neuſeri. 4 Declamatiuncula contra prædeſtinationem Neotericorum. 5. Declamatio contra Baptiſmum Adultorum, Joh. Sommeri. 6. Theſes de Deo Trino in perſonis, uno in eſſentia, ex fundamentis ejus deſumta, Joh. Sommeri.* Hæ non dubito qvin eædem ſint cum ſuperius memoratis, A. 1571. publicatis. *Typi videntur eſſe Alexii Rodecii.* *Plura Scripta.*

Staphileus Johannes, *Dalmata*, Epiſcopus Sibenicenſis, Auditor Rotæ, ut ajunt, ſcripſit *Tractatum de Gratiis expectativis* *Scripta.*

tivis, & Literis gratiæ & juſtitiæ, Venetiis impreſſum A. 1540. Ejusdem etiam extant qvædam *MSS. de Bello & Pace ad Vladislaum Pannoniæ & Bohemiæ Regem.* Vid. Simleri Epitome Bibl. Geſn. fol. 417.

Sylvanus Georgius, *Hungarus*, Med. Doctor, prelo ſubmiſit: *Iſocratis Orationes ad Nicoclem & Demonicum. Plutarchi Librum de Educatione Liberorum. Æſopi Fabulas LX. Luciani Dialogos ſelectos. Iſocratis Epiſtolas quæ extant. Theocriti Eidyllia ſelecta, cum Scholiis. Londini, 1654. in 12.* Vid. Acta Erud. Lipſ. ad A. 1686. p. 258. & 259.

Scripta.

Szegedi Stephanus, ſeu *Szegedinus*, à loco nativitatis ita appellatus, genuinò verò familiæ ſuæ cognomine *Kis* dictus, ex genere *Cumanorum*, qvod vel agnomen indicat, *Szegedini* fuit natus, *Inferioris Hungariæ* emporio, ſale Tranſylvanico celebri, A. 1505. Cum adoleſcens *Lippaini* deinde *Gyulæ* in Hungaria literis operam dediſſet, parentibus tandem fato amiſſis, Scholas propriâ ferulâ gubernandas ſuſcepit, inde celebrioribus Hungariæ Scholis luſtratis, Cracoviam ſe A. 1540. conferens, provinciæ ibidem enarrandorum Autorum admotus eſt, magna nominis ſui celebritate. Cum vero Lutheri & Melanchthonis fama in Hungaria qvoqve atqve Polonia non nihil percrebuiſſet A. 1541. Vittenbergam petiit, ibiqve Dialecticam Locosqve communes ex ore Melanchthonis, Sacras vero commentationes prælegente *Luthero* ſedulus excepit. A. 1544. demum in patriam reverſus, *Thaſnyadini* à civitate conductus, in ſchola juventutem erudivit, & in Templo veritatem Evangelii plebi annunciavit. Ob id theſaurarii Regii juſſu plagis barbaricè tractatus, calceisqve ferreis adeò vexatus, ut ſola reſpirandi facultas ſuperfuerit, libris dein omnibus ultra 200. cum ſupellectile ſpoliatus, urbe expulſus eſt. A. 1545. Dum in exilio ita vagaretur, legitime vocato Szegedino, *Gyulæ*

Digitized by Google

Gyulæ Scholæ gubernatio demandata eſt, A. 1546. Cum tranſiiſſet ad Eccleſiam *Cegledienſem*, literatorum qvorundam hominum ſvaſu, ibi publico ſalario conductus, non ſolum in Templo docere, ſed in Schola qvoqve Locos communes Melanchthonis enarrare cœpit. A. 1548. ibidem primam uxorem *Urſulam* duxit. Poſtea *Temesvarium* à Comite & Urbis Præfecto *Petro Petrovicio* ad ſcholam ibi tum celebrem gubernandam invitatus, conditionem eam acceptans, non ſolum juventutem in ludo docuit, ſed etiam ad populum concionatus eſt, Collegâ *Chriſtophoro Lippenſi*. Sed Comite illo è vivis ſublato, ab ejus ſucceſſore *Stephano Losſontzio* cum plerisqve aliis Orthodoxis exturbatus, iterum exul factus, *Thurunum*, ad ripas *Beretyonis*, oppidum A. 1551. migravit, ubi itidem, in Templo & Schola docuit. A. C. 1553. Bekeneſium legitime vocatus conceſſit, ubi præter Conciones publicas in Schola qvoqve more ſuo docuit. Sed brevi poſt, exorto tumultu, cum captus & vinctus Duci *Camponio* adductus eſſet, à milite qvodam, olim diſcipulo ſuo, liberatus, captivitate pariter & morte ſe expedivit, trajecto fluvio *Chryſio*. Inde ſub finem A. 1553. *Tolnam* vocatus, in Schola maxime laboravit, deinde etiam *Michaelis Statini*, Paſtoris Eccleſiæ precibus adjutus, in Templo concionatus eſt. Ibidem alteram conjugem duxit *Eliſabetham*, Johannis Bereménii, Paſtoris Eccleſiæ, viduam. A. 1554. Laskovium traductus ſuſcepit ſuo more ſcholæ ſimul & populi inſtitutionem, Generalis totius Baronatus Superintendens declaratus. A. 1558. *Calmantſemum* migravit. Ibi à Turcis captus, varias calamitates perpeſſus eſt, donec liberatus *Kevinum Hungariæ* oppidum perductus eſt, ibiqve ſedem fixit A. 1563. placideqve expiravit 2. Maj. A. 1572. ætatis 67. Cadaver 3. ſeq. Maji honorifice terræ eſt mandatum, tumuloqve hoc Epitaphium additum:

Eloqvio rarus, mira gravitate verendus,
Ingenio fælix & pietate ſacer:
Heu jacet eximius parvo ſub ceſpite Doctor!
Hic Stephanus reqviem qvi Szegedinus habet.

Digitized by Google

Hunc Juvenem vidit ſchola bis peregrina diſertum,
Dogma, Luthere, tuum, teqve Philippe, ſeqvi.
Poſt varios caſus, & multa pericula vitæ,
Dum petit, aut dotes ſpargit ubiqve ſuas:
Senſit ad extremum plebs ſacra Revina docentem,
Admirans ſenio multa notare gravi.
Unde qvidem Chriſti cultor non fictus honoris,
Hunc ſua non ægrè per monumenta colet.

In conjugio vixit Szegedinus terno inter varias calamitates & Iliada malorum. Prima conjux fuit *Urſula:* ſecunda *Eliſabetha*, qvam præmiſit A. 1570. menſe Auguſto: Tertiam paulò ante obitum duxit, itidem *Urſulam*, qvam ſuperſtitem reliqvit. Pater fuit plurium liberorum, ſed qvibus ipſe invitus ſupervixit.

Scripta. Ingenii ejus monumenta literis mandata, & in Eccleſiæ Dei uſum foras data, hæc ſunt: *Tabula Analytica in Prophetas, Davidem ſcilicet, Eſaiam, Danielem, Ezechielem, & Hieremiam. Schafhuſiæ, A. 1592.* *Tabulæ Analyticæ Evangeliſtarum, Matthæi & Johannis:* Item *Actorum Apoſtolorum, qvibus omnes etiam Epiſtolas Paulinas & Apocalypſin adjecit. Baſileæ 1598. & 1610. in fol.* *Confeſſio veræ Fidei de SS. Trinitate, contra qvorundam deliramenta in qvibusdam Hungariæ partibus exorta. Genevæ 1573. in 8.* *Speculum Pontificum Romanorum: In qvo Imperium, Decreta, Vita, Prodigia, Interitus & Elogia, accuratè proponuntur, cum jucundis de Traditionibus Pontificiis Quæſtionibus. A. 1602. in 8.* *Loci communes Theologiæ ſinceræ de Deo & Homine, cum Confeſſione de Trinitate, perpetuis Tabulis, & Scholaſticorum dogmatis illuſtrata. Baſileæ, 1508. in fol. Poſt* Præfationem hujus Operis inſerta legitur Biographia hujus noſtri Szegedini prolixe deſcripta, *à Matthæo Scaricæo*, Hungaro, adornata, unde Melchior Adami Operi ſuo Vitarum Eruditorum cum Germanorum tum Exterorum eandem verbotenus inſeruit, & ego pariter ex eo ipſo illam depromtam compendioſè heic adduxi, ubi

ubi circa finem dicta Biographia Elogium *de hoc* Szegedino *his verbis legitur expreſſum :*

Fuit certè hic *Theologus*, & ſi penitius ſpectes, vere martyr Chriſti, *gravis & conſtans, orthodoxa veritatis*, in illis Arianiſmo, Mahometiſmo, aliisqve, ut de Pontificiis nihil dicamus, ſectis, infectis regionibus, *propugnator* acerrimus: vitæ integritatis laude præſtans. Ordinis in diſcendo & docendo ita amans, ut qvi maxime: id qvod conciones ejus, & inprimis, qvæ in publicum evulgata ſunt, ſacra Hypomnemata, luculenter teſtantur: qvæqve, ut Cicero Lib. I. de Leg. de alio: *Caneſcent ſeclis innumerabilibus.* *Elogia.*

Joh. Andr. Qvenſtet. in Dialogo de Patriis Illuſtr. doctrinâ & ſcriptis Viror. p. 260. Stephanus Szegedinus, à patria ita dictus, Chriſtianismi in illis Arianiſmo, Mahumetiſmo aliisqve ſectis infectis regionibus inter varias ærumnas propugnator acerrimus, ſed Calvinianæ ſectæ addictus.

Székely Stephanus, gente *Hungarus*, de qvo Albertus Molnár in Epiſtola Dedicatoria Grammaticæ ſuæ Hungaricæ præmiſſa commentatus eſt h. m. *Libros ſanè Hungarico idiomate ſcriptos habemus admodum paucos, neqve incidi unqvam in hungaricum Codicem MStum. Unde factum, ut de antiqvitate noſtra gentis & lingva paucula tantum indagare potuerim, prater vulgaria illa, qva apud Latinos & Germanicos Hiſtoricos & qva apud Bonfinium leguntur. Omnium autem librorum, qvos adhuc conqvirere potui, vetuſtiſſimus eſt*: Chronicon Mundi, Hungaricè ſcriptum, à *Stephano Székely*, editum Cracoviæ in Polonia A. 1558.

Ad qvam Qverelam ſanè juſtiſſimam optimè qvadrare ea videntur, qvæ *Joh. Ferdinandus Behamb in Obſervat. ad Notit. Hung. Berneggerianam p. 136.* verè non minus qvam ſincerè protulit: *Anteqvam Chriſtianis caſtris accederent, ſcripſiſſe Hungaros nullibi legitur. Hodie lingva iſta (ſcil. Hungarica) ita contem-*

temnitur à ſuis ipſis Popularibus, ut præter aliqvot Cantiunculas & ſacris opitulantes commentariolos poſteritas à ſuis nihil ſit habitura. Saltem noſtri temporis tragoedias conſcriberent, materiam ſatis amplam forte ſuppeditaret ipſa Hungaria.

Qvibus accenſeri meretur qverimonia, qvam Illuſtriſſ. Comes *Petrus de Réva,in Comment. de* Monarchia *& S. Corona Hungariæ* protulit: *Inde* ajens, *ego ſæpè conqveri & infelicitatem gentis noſtræ accuſare ſoleo, qvod licet majores noſtri, ingenio, viribus, ac armis excelluerint, pauci tamen reperti ſunt, qvi res patrias literis mandaſſent, &c.*

Inſuper veriſſimè eſſe ab *Euripide in Oreſt. Act. 2.* affirmatum.

—— *imperat neceſſitas*
Amare patriam cunctis,

re ipſa experimur; Nam qvæ fuit unqvam gens, qvæ ſuæ Patriæ affectu ac amore non rapiatur? Romani ſuarum rerum tam ſtudioſi fuerunt, ut nemo majorem impenſam ac operam illuſtrandæ Patriæ, patriæ qvoqve lingvæ contulerit. Nec Græci ſuas Hiſtorias lingvâ vernaculâ conſcribendas neglexerunt, multò minus Hebræi, hodieqve Germani, Galli & Hiſpani. Unica gens Hungarica pleroſqve Gentium cultiorum Viros eruditos in admirationem rapit, qvid cauſæ ſubeſſe debeat, qvod Hungaris ipſis lingva ſua patria qvaſi ſordeat, neqve eadem vel Hiſtorias ſuæ Gentis, vel alios qvoqve Artium optimarum libros conſcribere, vel ſaltem latinos in Hungaricum convertere ſermonem ſatagant? Cur verò Latinæ potius qvam *Hungaricæ* lingvæ excolendæ habenda ſit Hungaris ratio, nondum fateor mihi licuit hucusqve inveſtigare: niſi qvis forte in abominabilem illam incidere velit cogitationem, Illuſtriſſimam hanc & ab omni ævo libertatis amantiſſimam Gentem, ex imperio qvaſi Veterum Romanorum ad retinendam excolendamqve Lingvam Latinam, & vernaculam ſuam eidem ſubjiciendam atqve poſtponendam obligari, non aliter me Deus ac olim, victoribus & triumphatoribus Romanis, in devictos ab

ab ipſis populos, Romanæ lingvæ exercitium introductum fuiſſe conſtat. Qvin igitur ſuperſtitioſâ illâ Latinum duntaxat idioma uſurpandi ſolicitudine omiſsâ, aliarum ad gentium moratiorum, *Germanorum* præcipue atqve *Gallorum*, exempla, ſe qvoqve Hungari componentes, patriam ſuam & domeſticam lingvam ad nitorem aliqvem perducere allaborent. Tali certe modo *Gens Gallica*, poſthabito plerumqve ſolicitiore illo Romanum dicendi characterem fovendi & excolendi ſtudio, ſuâ nunc lingvâ vernaculâ ad ſummum elegantiæ faſtigium, perductâ, vaſtiſſima qvæqve *tum* Hiſtoriarum volumina, *tum* ſubtiliſſima ſcientiarum ac artium præcepta, ſingulari qvadam & amabili ſvavitate popularibus ſuis ſolet inſtillare. Neqve *Germanicam* ab hoc more lingvæ ſuæ expoliendæ alienam eſſe nationem, qvotidiana teſtatur Experientia: præterqvam enim qvod eadem ab elapſo jam integro ſeculo, in grammaticis lingvæ ſuæ præceptis tradendis in hodiernum usqve diem eſt occupatiſſima, profecto *in Poëſi* qvoqve ſua ad illud evaſiſſe culmen videri poteſt, ad qvod olim Græci non minus ac Romani paſſibus oppidò glorioſis contenderunt. Nimirum in qvæſtione adhuc verſatur, an ex diligentiore Styli Latini culturâ major in cujuscunqve regionis Remp. utilitas redundet, qvam ex lingvæ ubiqve vernaculæ exaſciatione: Sane exemplis ſi ſtandum, judiciumqve inde ferendum ſit, vernaculam cujusqve gentis lingvam, præ Latinâ, dolandam & limandam eſſe, pronunciandum foret. Qvamobrem ſi in ulla alia, profecto in *Hungarica* potiſſimum *Gente*, improbandum erit, qvod neglectâ & qvaſi deſpectâ ſuâ vernaculâ, in omnibus *tum* legum patriarum ſanctionibus, *tum* ſcientiarum & artium præceptionibus, *tum* rerum geſtarum narrationibus, *tum* aliis qvibusvis exponendis actionibus, latinam unicè lingvam, latinum tantum dicendi genus, latinam ſolum eloqventiam videas adhiberi: Cum tamen, mea qvidem opinione, multo melius ea rebus ſuis conſuleret, ſi omiſſo illo ſuperfluo Latinæ, utpote peregrinæ Lingvæ, addiſcendæ & provehendæ ſtudio, vernaculæ potiſſimum amplifi-

Digitized by Google

candæ, exornandæ, & qvaqvaverſum propagandæ, operam navaret: qvæ ipſa ſane optato ſuo haud careret ſucceſſu, dummodo Latinas qvaslibet voces obvias hungarice reddere, novisqve rebus ac inventis novas appellationes imponere, ſingulas etiam nominum ac verborum proprias æqve ac improprias ſignificationes, unà cum phraſeologiis inde ortis, uni volumini inſerere, ſicqve plenius aliqvod Lexicon Hungaricum adornare ſtuderet; cujus deinceps ac Grammaticæ inſuper perfectioris, qvin verſionis etiam atqve translationis freqventioris Autorum qvà latinorum, qvà germanicorum, in idioma hungaricum inſtitutæ, adminiculo, non tantum de re qvalibet ſermo perſpicuus haberi, ſed omnigenæ qvoqve hiſtoricæ relationes ſcripto exarari, in triviis recitari, & memoriæ mandari poſſent. Idcirco ſæpius jam illam, ſupinitatem ne dixero, vel puſillanimitatem, popularium meorum, deteſtatus ſum, qvâ faſcinati qvaſi, lingvam ſuam adeo elegantem, maſculam, magnificam, & heroicam vilipendunt, neqve ſeriam ac aſſiduam in perficiendo, expoliendo, augendo, atqve excolendo ejusdem genio curam intendunt. Ut amplius nil qvicqvam de utilitate adjiciam ex ſedula ejusmodi hungaricæ lingvæ cultura in univerſam Hungariam qvam certiſſime redundatura: Qvæ enim & qvanta qvæſo ex ſola hiſtoriarum hungarico idiomate conſcriptarum lectione paulo freqventiore, in plebejorum etiam animis, virtutum orirentur incitamenta, & vitiorum naſcerentur dehortamenta? qvæ, qvaliaqve inde documenta pariter ac exempla Gens capere poſſet Hungarorum univerſa, vitæ ſuæ laudabiliter inſtituendæ? veſtigiis nemo Majorum ſuorum rebus fortiter & præclare geſtis gloriam ac æternam nominis famam adeptorum ſtrenue inſiſtendo, & ad Artis Martisqve tramitem à Prædeceſſoribus magnanime calcatum omnibus qvà corporis qvà animi viribus contendendo. Qvin dedecus etiam, ne qvid gravius dicam, nulla ratione excuſandum eſt, *Hiſtoriam* qvà remotiſſimam illam, qvà recentiſſimam, rerum in Hungaria tam ſtrenue, tam fortiter, tam inſigniter geſtarum, à nemine Hun-

Digitized by Google

Hungarorum ſtylo unqvam, ſi hunc Székelium excipias, fuiſſe conſignatam hungarico, qva ipſa tamen ſuſcepti laboris fiduciâ, uti lingvæ hujus aliàs qvoqve elegantiſſimæ ad concinniorem adhuc elegantiam perducendæ, & magis magisqve locupletandæ, ac promovendæ, occaſio ſuggereretur ampliſſima, ita verbis exprimi neqvit ſufficientibus, qvantum gloriæ inſuper ad partum jam ſuperiorum temporum laudis cumulum denuo accederet. Neqve eſt, ut qvis moliminis hujusmodi difficultatem, eiqve adhærens Ætnâ gravius onus objiciat: Sane nulli cum ſine Marte triumphi veniant, qvis qvæſo bonæ mentis homo labores etiam improbiſſimos averſabitur, præſertim ſi ad finis non modo fructuoſi ſed etiam glorioſi conſecutionem duces comitesqve eos eſſe intellexerit. Multo minus de omnimoda tale qvid in lingva hungarica audendi conqverendum erit impoſſibilitate, qvippe qvæ, ut aliorum jam mentionem haud injiciam, vel duobus exemplis, altero qvidem à *Q. Curtii Hiſtoria Alexandri M. in lingvam hungaricam* indefeſſo eruditi *cujusdam* Hungari, *Pauli Forrò* de qvoſupra p. 153. ſtudio translata deſumto, atqve Debrecini urbe Hungariæ haud ignobili publicis typis excuſa; *altero à Georgii Balog Cornelium Nepot. & Epiſtolas Ciceronis ad Familiar. hungarice* Sempronii edentis, induſtria arceſſito, & *ſupra pag.* 29. recenſito, ſatis ſuperqve refutatur, diluitur atqve profligatur.

Veternum igitur qvo hactenus torpuere, excutiant Hungari, neceſſe eſt, atqve *Germanos*, *Gallos*, *Anglos*, *Italos*, *Belgásqve*, maximâ cum diligentia & intentiſſima cum curâ res in Hungaria geſtas conqvirentes, conqviſitasqve ſua qvemlibet eorum lingvâ vernaculâ ab oblivione vindicantes, ſibi ad imitationem proponant, atqve ſimile qvid in lingva ſua hungarica audentes, hiſtoriam gentis ſuæ ad poſteros lingvæ etiam latinæ ignaros, transmittere curæ cordiqve habeant: Audaces qvippe fortuna juvat, ſucceſſus ſperatus recreat, atqve vòti ex aſſe damnat.

Digitized by Google

Szeleczki Iacobus, *Hungarus*, Poſonii natus & educatus, Argentoratenſi potiſſimùm in Academia, Juri tum Civili tum Canonico addiſcendo, ſedulam impendit operam, qvâ ipſâ etiam eò provectus eſt, ut A. 1651. eruditè conſcriptam Diſputationem, **Scriptum** de *Ceſſione Bonorum* ibidem publica in cathedra tueretur. Erat qvidem is doctrinâ ſingulari conſpicuus, ſed Miſanthropus, & vivum qvaſi Eruditionis ſepulchrum; cujus tamen Parentem, Syndicum nempe Poſonienſem, magnoperè laudavit *B. Berneggerus in Epiſt. Dedicat Præfat. Diſqviſit. Hiſtor. Schödelianæ de Regno Hungariæ* ſubjecta.

Szentkirály Benedictus, *Tranſylvanus è gente Hungara*, AA. LL. atqve Philoſ. Magiſter, Helveticæ Confeſſioni addictus, typis mandavit **Scriptum** *Vindicationem Locorum Vet. Teſtamenti, æternam Deitatem Filii & Spiritûs Sancti, Myſteriumqve SS. Trinitatis confirmantium, adverſus* Georgium Enjedinum *inſtitutam. Marburgi 1619. recuſ. Hanoviæ 1624. in 8.*

Szent-Jványi Martinus P. S. I. ex perantiqva & florentiſſima *Hungariæ Jzent-Ivaniorum* apprimè nobili gente originem ducens ſuam, uſurâ lucis hujus frui cœpit A. 1633. die 20. Octobr. Societati Jeſu nomen dedit A. 1653. Theologus inter ſuos fuit celebris, Philoſophus & Mathematicus, inprimis Aſtronomus ingenioſiſſimus: Profeſſor Philoſophiæ, atqve Theologiæ Scholaſticæ in Alma Archi-Epiſcopali Univerſitate, qvæ Tyrnaviæ in Hungaria floret Prof. Publ. ejusdemqve Cancellarius, & iteratis vicibus Rector Magnificus; nec non rerum typographicarum ejusdem Univerſitatis Curator, ſeu Moderator dexterrimus. Ejus conſilio & ſtudio erectum eſt ſplendidum ibidem Typographiæ ædificium novum A. 1699. Senio tandem grandiore confectus diem ſupremam obiit A. 1705. die. 29. Martii. Multa typis mandavit tum vernaculo, tum latino ſermone, ex qvorum numero per

Reſpon

Digitized by Google

Reſponſorias ab Excellentiſſimo Domino *Franciſco Foris Otrokoesio* Tyrnaviâ ad me exaratas literas, ſeqventia mihi innotuere, videlicet: *Ephemerides ab A. C. 1675. ad A. usqve 1703.* ſuppreſ- *Scripta.*
ſo; præfixo vero autem nomine edita, *Curioſa & ſelectiora variarum Scientiarum Miſcellanea*, *Tomis III. in 4.* Item, *Catalogus Rerum, locorum & Perſonarum in Hungaria memorabilium, cum ſubjecto Appendice in 4.* Edidit præterea varia qvoqve opuſcula vicibus diverſis Tyrnaviæ impreſſa, *de Controverſiis Fidei, e qvibus hucusqve tria ſunt poſthuma.* Succeſſit tandem poſt obitum huic Scriptori, in cura Calendarii & Typographiæ Tyrnavienſis Rev. P. Joh. *Raicsáni*, de qvo ſupra p. 309. plura videri qveunt.

Szermelyei Johannes *Speculâ-Hungarus*, eruditorum examini exhibuit Diſp. Hiſtorico-Theologicam, *de Epiſtolis B.* *Scriptum*
Virginis Mariæ, ſub Præſidio Samuelis Andreæ, SS. Theol. Doct. Marburgi Cattorum A. 1682. in 4.

Szilágyi Michael *de Horogſzög*, illuſtri & perantiqva *Hungariæ* ſtirpe editus, Regis Hungariæ *Matthiæ I.* cognomento *Corvini* avunculus, adeoqve Matris illius, *Eliſabethæ Szilagyiæ* frater germanus, optimis in juvente ſuâ artibus atqve ſcientiis elegantioribus innutritus, ſtipendia deinceps ſub *Ladislao*, infeliciſſimo illo & repentina morte in clade adverſus Turcas fatali æqve atqve lamentabili ſurrepto Rege, meruit, tanta qvidem cum fortitudinis ac virtutis gloriâ, ut magnanimi, prudentiſſimi; & militaris diſciplinæ peritiſſimi, nomen titulumqve obtinuerit: Taceo variarum ſcientiarum, atqve plurimarum, exoticarum etiam lingvarum, peritiam, qvâ, Solis inſtar radiis, animum gerebat illuſtratum. Qvibus ipſis ſubſidiis non tantum excellentem apud qvosvis Hungariæ Proceres admirationem, ſed etiam, juxta cum autoritate maxima, reverentiam conſecutus eſt ſingularem, ita qvidem, ut Procerum ſuo tempore omnium Hungariæ evaſerit

Digitized by Google

potentiſſimus. Unde *Bonfinius* qvoqve *in Hiſtoria Rer. Ungar. Decad. III. lib. 9.* tale ipſi tribuit elogium: Michaël Szilagyius *Matthiæ Corvini Avunculus, omnium conſiliorum favorumqve moderator erat, vir profecto magnanimus, militaris diſciplinæ peritiſſimus, & autoritatis prudentiaqve non parvæ compos.* Qvæ ſane laudes maximæ, præter eruditionem atqve doctrinam, qvâ præditus fuerat excellentiſſima, ſi non aliunde, ex illis ſaltem Decretis, qvæ ab eo ipſo *Matthiæ* Regis nomine A. C. 1458. promulgata, atqve in Regum Hungariæ Decretis extantia, *Bonfinii Decadibus Rer. Hungar. fol. m. 48.* & *ſeqq.* ſuffixa reperiuntur, ſatis ſuperqve elucerent. Ob qvas & alias plures tum animi tum corporis dotes inſigniſſimas, Ladislao, ceu dictum, è vivis, ſublato, pars magna Procerum, Michaëlem iſtum optandum Regem Hungariæ prædicabant, qvod ille Nepotis gratiâ obnixe recuſavit: & pleriqve ſententiam hanc ſuam, partim ſuppliciorum ſubeundorum metu, partim illius oratione diſertiſſima victi, qvum ab inſtructis circum Legionibus obducti forent, extemplo mutarunt. Præter enim Orationes ſvaſorias & adhortatorias ad Proceres Regni Hungariæ in campo Rakos prope Budam, pro eligendo in Regem Matthia Corvino habitas, qvas apud *Bonfin. loc. cit. fol. 365. ſeqq.* legere licet, ipſe Szilágyius qvum ad campum Rákos, in Peſthi ſuburbanis, comitia ex more haberentur, inprimis Michaël cum multis copiis, ac eximio Procerum Nobiliumqve ordine in Regalia Comitia deſcendit: Huc enim omnes Hungarorum Pontifices, Optimates, Nobiles, ac univerſi Magiſtratuum Ordines, Civitatumqve Legati, ad creandum novum Regem, ex veteri inſtituto, armati confluebant. *Orationem* Szilagyius pro Matthia Rege eligendo ad Proceres habuit, qvæ lectu ſane digniſſima in *Bonfin. Rer. Hungar. Decad. 3. lib. 9.* reperitur, mortem paulò ante iis interminans, poſitis terrorem, medio in campo furcis, atqve menſâ laniariâ, qvi ejus *Matthiæ* ſuffragio adverſarentur: Qvo qvidem tetro ſpectaculo non parum adverſarii conſternati, extinctam ſuffragiorum libertatem, qvamvis ægre ferrent, qveri

Digitized by Google

qveri tamen haud qvaqvam audebant, ne ea mox audire ac pati cogerentur, qvæ multo graviora forent. Declarato autem poſtea unico omnium aſſenſu *Matthiá Corvino* Rege Hungariæ, qvumqve is annos XVII. natus eſſet, & nondum tanti Regni compos exiſtimaretur; Pontifices cum Optimatibus decrevêre, ut adoleſcenti illi Gubernator adjiceretur, ne qvid, ex inſcitia, ac parva rerum experientia, detrimenti Reſpublica pateretur. Qvare anteqvam Conventus Procerum ſolveretur, ex decreto Patrum, *Michaël Szilágyi Gubernator* pronunciatur, *& in qvinqvennium* poteſtas ſumma traditur: unde non mediocris eſt inter Avunculum & Nepotem ſuborta ſimultas & diſcordia; qvam Principes qvoqve adverſæ factionis, qvi illi nimis invidebant, adauxere. Itaqve *Szilágyio* Gubernatio data, & adducendi Regis recens declarati negotium delegatum. *Hic* mox Georgio Boëmiæ Regi prius literis, deinde Legatis Matthiam Hungariæ Regem declaratum eſſe nunciavit, pactoqve redemtionis pretio repetiit. Interea *Szilagyius* Conventu ſoluto, qvamvis Proceres cum Pontificibus Budæ remanſiſſent, ut adfuturum Regem expectarent, Corporis tamen Chriſti Ædiculam adiit, ne *Ladislai Nepotis* corpus inter parricidas jacere pateretur, neve inſigni nota generoſi nomen juvenis inureretur, non ſine multis lacrymis, ex infami tumulo eruit, *Albamqve in Tranſilvaniam* transtulit, perſolvit ibi funebria juſta, & prope Parentis monumentum collocavit. Hisce omnibus à Szilagyio pie non minus qvam prudenter confectis, Rex novus Hungariæ Matthias *tribus bellis difficillimis* implicitus, adverſus nempe Romanorum ac Turcarum Imperatores, & Bohemorum inſuper Regem, *Szilágyius* potiſſimum contra Turcam hoſtem belli Dux conſtitutus eſt, qvi licet rem ſuam ſtrenue gerebat, vitare tamen non potuit, (ut eſt felicitatis comes invidia) qvin malevolis Regni affectati de ſe ſuſpicionem præberet, qvod non cognatione tantum, ſed ſenio qvoqve fretus, liberrime Regem admonere, atqve interdum etiam increpare non dubitaret. Aſſentatorum vocibus impulſus Matthias,

thias, tum ſuopte ingenio aſper monitoribus, Senem optime de ſe meritum in cuſtodiam includi jubet: jamqve calumniatorum operâ eò res fuit deducta, ut in Michaëlem ſupplicium fuerit conſtitutum, qvem tamen unius hominis fides ſervavit. Is *Coqvus* erat, qvi innoxii Senis miſertus, per aream Arcis diſcurſans, tumultum conclamat; nec mora: Milites, qvibus tam Arcis, qvam Captivi fuerat commiſſa cuſtodia, hoſtem ad portas eſſe rati, uno velut agmine facto, ſe ejiciunt: Coqvus interim pontem penſilem ſubducens, eos omnes excludit, Herum vinculis liberat; moxqve adſcito alio qvoqve miniſtro, qvi in eum finem remanſerat, arreptis armis reliqvos conficiunt, & ex agro vicino pro tutiſſimo qvoqve ſe offerente, Arci præſidium imponunt. Qvum verò *Michaël* contumeliam ab Rege adoleſcente ſibi illatam graviſſime ferret; homines idoneos cum literis ad eum miſit, in qvibus præſtita ei beneficia exprobrabat, qvod ſcilicet ei, cujus operâ potiſſimùm ad Regnum provectus eſſet, non, qvæ benefactori & avunculo, ſed qvæ proditori debebatur, mercedem perſolviſſet. Rex vera dici non ignorans, ſtatim cum eo in gratiam rediit, omni facti invidia in calumniatores derivatâ; *& inferioris Hungariæ Præfectum, ſummumqve militiæ Ducem conſtituit.* Qvin *Dalmatiæ* inſuper, *Croatiæ*, ac reliqvorum Hungariæ innexorum Regnorum *Gubernatoris* officio eum functum fuiſſe, ex Decreti à Szilágyio A. C. 1468. editi præfamine in proclivi eſt colligere, verbis qvidem ad animum revocatis ſeqventibus: Nos *Michaël Szilagyi de Horogſzög*, nomine & in perſona Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Matthiæ, Dei gratia, *Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ &c.* electi Regis, *Gubernator in eisdem Regnis* conſtitutus. Qvemadmodum autem *Szilágyius* ex Functionibus, qvas ſummas ac ſplendidiſſimas ſuſtinebat, *tum* civilibus, *tum* militaribus, glorioſe laudabiliterqve adminiſtratis, famam ſibi peperit immortalem, ita poſt plures egregias à Turcis reportatas victorias, inſignesqve partos triumphos, tandem fortunæ adverſanti ſuccumbens, à Turcis in prœlio captus acerrimo, ignomini-

oſo

Digitized by Google

oſo capitis ſupplicio CPli affectus eſt: qvem fatalem vitæ exitum verbis juvat *Bonfinianis ex Decad. IV. lib. 1.* depromtis, lectori benevolo heic exhibere: Rex Matthias *Michaëlem* avunculum & *Nicolaum Uilaki*, Regni fines adverſus Turcos tueri juſſerat. Ipſe haud mora in Tranſilvaniam expeditionem cum *Palatino Michaële*, multisqve Proceribus, Antiſtitibusqve contendit, octo millia Eqvitum, & qvatuor millia Peditum ſecum ducit: ceteras cohortes, turmasqve *Nicolao Michaëliqve* tradiderat, qvò facilius Turcorum incurſus tolerarent. Sed *Michaël* non multo poſt *Zognicsi* obſidionem (qvando vix duo, ut perhibent, menſes interceſſere) *male pugnando cum Turcis, capitur.* Nam cùm eorùm adventum per exploratores accepiſſet, coacto repente exercitu, *ad Bozazin* (qvi qvidem locus ſub *Senderovia* triginta millibus paſſuum eſt,) Turcis occurrit, impar hoſti, cùm honeſte pedem referre non poſſet, audacter manum conſerit, ratus fortunam pietatis & audaciæ rationem aliqvam forſitan habituram. Primo congreſſu Mars arriſit, multi è Turcis à principio cecidere. *Alibekus, & Scander* frater ejus, brevem Chriſtianorum numerum conſpicati, cùm utrinqve cornua ducerent, extemplò circumveniendos Hungaros eſſe duxêre, qvod cum feciſſent, ii ab hoſtibus circumventi, conſternatis animis, partim magna patrata cæde occubuêre, partim confuſa acie elapſi effugêre. *Michaël* ſpectata ſociorum clade, ne ipſe qvidem ſupereſſe voluit; in conſertiſſimos, *cum paucis qvi ſuperfuerant, hoſtes repente ſe conjecit, capiturqve*: qvin etiam *Gregorius Labathan* Præfectus Alæ, & in Turcico diu bello verſatus, hoſtiles manus evitare non potuit; qvem *in Varnenſi clade captum qvoqve fuiſſe* diximus. Ambo CPlim captivi ducuntur, & Imperatoris juſſu capitis ſupplicium ſubire coguntur. *Michaël* prior, *non ſine hoſtili affectatione, obtruncatur: Gregorius* mox eductus, cum in horam jugulum expectaret, qvidam præſto Turcus adfuit, qvi eum cum filio rependendum à Principe precario impetrarat, & pro captivo Turco repenſus, fati diverticulum *Gregorio* eſt oblatum. Nimirum

Supplicio indigno periit Szylagius Heros,
Fata ita dulcia vel triſtia qvemqve manent.

Szilágyi Steph. Benjamin. *Hungarus*, Rector Gymnaſii Varadienſis Calviniani, edidit libellum cum titulo: *Joh. Amos. Comenii Janua Lingvæ Latinæ reſerata aurea. Sive, Seminarium Lingvæ Latinæ & Scientiarum omnium. Hoc eſt, Compendioſa, Latinam & aliam qvamlibet Lingvam, unà cum Scientiarum & Artium fundamentis, perdiſcendi Methodus ſub Titulis centum, Periodis mille, comprehenſa, & in uſum Scholæ Varadienſis, juxta Belgarum editionem poſtremam, accuratam & auctam*, in Hungaricam Lingvam *translata per S. B. Sz. Leutſchoviæ. 1672. in 8.* Propter homonymiam hujus & antecedentis perilluſtris ſtrenuiſſimiqve Viri, num ex eadem *Szilágyiorum* proſapia ortum Vir iſte eruditus trahat, nec affirmare, neqve negare auſim.

Scriptum

Szöréni Alexander, *Hungarus*, P. Soc. Jeſu. S. Theolog. nec non Philoſophiæ in Academia Græcenſi h. t. Prof. Publ. ejusdemqve Bibliothecæ Præfectus ſolertiſſimus, edidit *Propylæum Bibliothecæ Academiæ Græcenſis publicæ, A. 1702. in 12.*

Sztetſi Stephanus, gente *Hungarus*, S. Theologiæ Candidatus, Calvinianorum ſacris initiatus, emiſit: *Virgam Moſis, Lugduni Batav. A. 1646. in 8.* Vid. Gvil. Crovæi Elenchum Script. in S. Scripturum. p. 322.

Scriptum

T.

Taſſi Caſparus, *Nobilis Hungarus*, Theologus Rom. Catholicus circa medium Seculi XVII. clarus, *Bellarmini aliqvot Opu-*

Opuſcula ex Latino in Hungaricum ſermonem qvam nitidiſſime à ſe verſos perhibetur in Hungaria edidiſſe.

Telegdi Nicolaus, proſapiæ nobiliſſimis qvibusqve ac antiqviſſimis *Hungariæ Familiis* accenſendæ ſuos debens natales, tam præclaros in literarum ac virtutum tramite fecit progreſſus, ut primum Vicarius ac etiam Adminiſtrator ad tempus Archi-Epiſcopatûs factus fuerit Strigonienſis, circa A. C. 1576. poſtea verò A. 1579. ſplendidum Epiſcopi Qvinqve-Eccleſienſis munus eſt conſecutus. *Typis publicavit nonſolum Poſtillas Concionum;* ſed etiam *Opus qvoddam de Mercede Bonorum Operum, idiomate Hungarico ſcriptum, contra* Petrum Bornemiſzam *Theologum Calvinianum. Tyrnaviæ, A. 1580. in 4.* Confer circa fin. p. 310.

Thomas, gente *Dalmata*, ortu Spalatenſis, ipſomet teſte c. *32.* natus eſt A. C. 1200. factus primùm Canonicus Spalatenſis, dein A. C. 1230. in ejusdem Eccleſiæ Archi-Diaconum à Capitulo electus eſt, abſente & vehementer reclamante Guncello Archi-Epiſcopo, cui Thomæ zelusq; & juſtitiæ amor, moresqve paululum ſeveriores neutiqvam placebant. Obiit 1268. in Eccleſia S. Franciſci in ſuburbio Spalatenſi ſepultus. Cujus inſcriptionem ſepulchralem exhibet Joh. Lucius in capite ſuarum notarum. Condidit iſte Thomas *Hiſtoriam Salonitanam*, ſive Ponti- *Scriptum* ficum Salonitanorum atqve Spalatenſium, capita 51. continentem, qvam ad calcem operis ſui de *Regno Dalmatiæ & Croatiæ edidit Johannes Lucius, Dalmata, Amſtelodami 1666. fol.* f. m. 310. qvi Thomam noſtrum unicum rerum Dalmaticarum ſui ævi ſcriptorem vocat. *Vid. Guil. Cavei Hiſt. Liter. Scriptorum Eccleſ. P. II. f. m. 248.*

Diverſus ab iſto eſt *Thomas Illyricus*, qvi edidit: *Sermones* *Scripta.* *de charitate, apud S. Nicolaum de Portu, A. 1525. impreſſit* Hie-

 rony-

ronymus Jacobus: *Tractatum de Laudibus Nominis Jeſu. Toloſæ. 1519. Tract. De Poteſtate Papæ.* Vid. Joſ. Simleri Epitom. Biblioth. Geſneri f. 662.

Thurius Georgius, natale ſolum nactus *Hungariam Inferiorem*, inqve ea *Taurunum*, urbem *Serviæ* primariam, ad confluentiam Savi cum Danubio ſitam, *Nándorfejérvár* hungar. & Griechiſchweiſſenburg german. dictam, ubi *Patre* editus eſt *Paulo Thurio*, viro & generoſa creto proſapiâ, & doctrinâ præſtantiore polito; *Matre* verò *Maria*, è familia *Bokeſiorum* nobiliſſima. Poſtqvam is ſub *Demetrio Karkovio* præceptore, & deinceps in celeberrimis Germaniæ Academiis multiplici eruditione animum repleviſſet, atqve vernaculæ ſuæ trium cardinalium lingvarum, latinæ, græcæ, germanicæqve peritiam junxiſſet, carminibus potiſſimum pangendis operam ſuam conſecravit, qvo etiam in ſtadio tam propitium expertus eſt Apollinem, ut excellentioris ſpiritûs Poetici teſtimonium, in Academia Heidelbergenſi, à *Paulo Schedio Meliſſo*, Poeta & Profeſſore famigeratiſſimo, ſolenni temporibus ipſius Laureæ impoſitione conſecutus fuerit ampliſſimum: unde Poetas inter latinos locum meruit haut poſtremum. Sanè Poemata illius omnia tanti fecit *Joh. Philipp. Pareus*, ut eadem hungaricorum *Poetarum Deliciis* inſerere digniſſima judicârit. His igitur aliisqve divinioris ingenii dotibus atqve eximiæ eruditionis ſpeciminibus probè trutinatis, viris clariſſimis *Theodoro Bezæ*, *Bartholomæo Kekermanno*, *Simoni Sthenio*, Joh. Ulrici Bipontino, Melchior. Adami, pluribusqve aliis eruditione ac munerum amplitudine ſpectatiſſimis, familiariter innotuit, à qvibus etiam variis carminum elogiis, imprimis ob adeptam lauream poeticam, euphemiis maximè favorabilibus celebratus fuit. Præter *Scripta Poetica*, an alia qvoqve ediderit non liqvet; illorum verò triplicia duntaxat in *Delitiis Poetar.*

Scripta. *Hungar.* à *Joh. Philippo Pareo* ſunt producta, nempe: *Elegiarum Liber*, *Epitaphia cognatorum & fratrum, atqve Epigrammata.*

In

Digitized by Google

In *Elogiis* eidem tribuendis non adeo parcos fuiſſe reperio Viros de re literaria meritiſſimos, ex qvibus tantum gemina haud abs re fuerit heic adduxiſſe: *Joh. Petr. Lotichius in Biblioth. Poetica P. IV. p. 141*:

Georgius Thurius, Hungarus, Poeta.

Thuricremis Thurius *plus dulcia carmina donis,* *Elogia.*
Qva vel Arabs, vel fert terra Sabaa canit.
Qvis rigidos igitur nunc Pannonas *dicere auſit,*
Gens ea tam nitidi cum ſit odoris amans.

Melchior verò *Adami* ſeqventi eum mactat præconio:

Cur te Beza *ſuum, cur te vocat ipſe* Meliſſus,
Id numeri faciles, osqve trilingve facit.
Cuncta iſthæc tibi ſunt; decorant qva ſingula multos:
Pannonius *non ſis, Ennius ergo mihi.*

De reliqvo an *Georgius* iſte *Thurius* fortitudinis qvoqve gloria eminuerit, definire neqveo: *Lanſius certè in Orat. pro Hungar. p. 455. Georgium Thurium* fortiſſimis Hungariæ Heroibus annumeravit, qvando ita diſſeruit: *Adverſarum impetus rerum, nec* Zerinii, *nec* Juriſſiczii, nec Georgii Thurii, *nec* Nádasdii, *nec tot innumerabilium fortium Hungarorum, vertit animum; manent illi in ſtatu, & qvicqvid evenit, in ſuum colorem trahunt.*

Ad *Paulum Thurium*, Georgii Patrem qvod attinet, Auditorem eum fuiſſe *Philippi Melanchthonis* Joh. Petr. Lotichius Biblioth. Poet. P. IV. p. 141. memoriæ prodidit: Sacris autem ſtudiis pectus præcipuè habuit inſtructum, unde etiam *Albanæ* in diſputatione, orthodoxam de Deo doctrinam eruditè & fortiter contra Unitarios defendens, egregiam nominis famam reportavit. Epitaphium ejus apud citatum *Lotichium* his numeris adſtrictum exhibetur:

Thurunum genuit, docuit Viteberga, Philippo
Doctore, oſſa tenet Szantovia, Aſtra animam.

Digitized by Google

Thurzó Johannes, Illuſtriſſimæ *Hungariæ* Comitum Proſapiæ natales debens ſuos, Epiſcopus erat Vratislavienſis ordine 34. vel ſecundùm qvosdam 35. Electus 6. Febr. A. 1502. Infulam accepit 22. Martii A. 1506. Præfectus Primarius Utriusqve, Sileſiæ elect. 14. April A. 1507. Arcem Kaltenſtein, p. t. Burgum S. Johannis dictum, de novo extruxit. A. 1509. 11. Martii Ludovicum ætatis ſuæ anno III. Pragæ coronavit in Regem Bohemiæ. Obiit Niſſæ d. 2. Aug. Anno 1520. ætatis ſuæ A. 56. Sedit annos 18. Sepultus Vratislaviæ. *Plura de hoc Epiſcopo videſis in Nicol. Polii Hemerologio Vratislavienſium:* & in Tractat. *Martini Hankii*, Præceptoris qvondam noſtri venerandi, *De Sileſiis Eruditis Alienigenis. Conf. noſtrum qvoqve Specimen, pag. 167.* voc. *Henkelius.*

Richardus Bartholinus Peruſinus, in Hodæporico Matthæi S. Angeli Cardinalis Gurcenſis, Tomo II. German. Rer. Scriptor. Marqvardi Freheri, fol. 344. ex Joh. Dantiſci elogio tradidit de hoc Turzone *ſeqq.* In verſibus Caſparis Urſini cum non vulgares

Judicia. & Gurcenſis laudes, & *Johannis*, Epiſcopi Vratislavienſis, nomen legiſſem, qvem ego propter divinas ejus virtutes, & morum ſvavitatem, doctrinamqve, ac miram in literatos benevolentiam (qvas etſi ab aliis, Caſparis tamen præconio uberius intellexi) veneror & colo, piaculum me facturum putabam, ſi verſus non inſeruiſſem. Atqve illi Verſus extant loco cit. fol. 345. 346. & 347.

Caſpar. Theophil. Schindler. in Sileſia Togata, pag. 134. ſeqvens de hoc Thurzone, metricum profert elogium:

Johannes V. *Thurzo*, Hungarus, Epiſcopus Vratislavienſis 34. aliis 35.

Thurzo *favens doctis doctrina præditus ipſe,*
Sacratam rexit cum pietate domum.

Veneratus eſt *Johannem* hunc *Turzonem* & freqvens cum eodem commercium habuit literarium, Eraſmus qvoqve Roterodamus, qvod ex ejus Epiſtolis typis impreſſis ſufficienter apparet.

In

Digitized by Google

In flore hodienum eſt viridi *Thurzonum* perantiqva in Hungariæ regno proſapia, qvæ in duas diviſa eſt lineas: *altera* qvidem ad *Comitum* usqve evecta faſtigium; *altera* autem in Nobilium adhuc ſubſiſtente gradu per Hungariam Superiorem longè lateqve diffuſa. Ex Comitum linea *Thurzones* Comites ſunt perpetui *Comitatûs Arvenſis*, habentqve Leutſchoviæ in templo Cathedrali ſplendidum ſepulturæ ſuæ monumentum. De *Alexio Thurzone*, qvæ *Jongelinus in Catalogo Palatinorum* Regni Hungariæ memoriæ prodidit, digna ſunt qvæ heic producantur:

* Alexius Thurzó *de Bethlenfalva, Iudex Curiæ Regiæ, fit Locumtenens Regius per Hungariam, moriturqve initio Anni 1543. Nam poſtqvam ad Ferdinandum libertatis* Perénio *obtinendæ cauſâ profectus, nullum opera pretium feciſſet, domum reverſus in morbum incidit, qvem cum ſuſtinere non poſſet, diviſa teſtamento inter filias & patrueles opulentiſſimâ hereditate, è vita migravit, ac* Levociam *deductus, avito ſepulchro, ſingulari funeris pompa, illatus eſt. Fuit vir prudentia ac gravitate ſumma, priſciqve & integri moris, à* Vladislao *primum ad honores evectus, deinde liberalitate* Ludovici *dignitatibus bonisqve auctus, poſtremo majores opes & divitias à Ferdinando conſecutus, & inter primos amicorum adſcitus, tum commendatione* Annæ *Reginæ, cujus gratia florebat, tum qvod* Germanicâ & Polonicâ *linguâ facundus, fide incorrupta, & pacis artibus clarus habebatur. Ejus inportunus exitus* Perénio *angorem & mæſtitiam non mediocriter auxit, qvod ſe claro præpotentiqve deprecatore orbatum viderit, ſeqve vel innocentem, indefenſum, diuturno carcere macerandum, & deniqve periturum putaret.*

* Georgius Thurzó, *Evangelicæ Religioni addictus, officio Palatini Regni Hung. ſummâ cum prudentia atqve animi magnitudine functus eſt. Elogia ſummatim de eo congeſta* Leonhard.

hard. Hutterus in Dedicat. Irenici ſui Chriſtiani, *verbis expreſſit hiſce: Immortalem nominis gloriam, per univerſum Orbem Europæum, jure ſibi depoſcit, Celſiſſimus Princeps ac Dominus,* D. Georgius Thurzó *&c. Palatinus Regni Hungariæ, qui providâ ſuâ curâ & vigilantiâ nunquam ſatis laudatâ præſtitit, ut expurgato omni hæreticorum fermento, Eccleſiis Hungaricis γνησίως reformatis, aurea in religione pax, libertas, ſinceritas, conſtaret.*

* Emericus Thurzó, *filius hujus Georgii, ſtrenuus quoque Evangelicæ Religionis propugnator & propagator, fideli & paterna prorſus ſuâ curâ Eccleſias Lutheranas ſinceris & orthodoxis Miniſtris, Verbique Præconibus eruditiſſimis ſtabilivit, atque X. Hungariæ Comitatibus tres Superintendentes præfecit. In Univerſitate Vittebergenſi tempore Leonhardi Hutteri ſtudens, Rectoris Magnificentiſſimi ſpartam ſibi oblatam, non tantum gratioſè acceptavit, ſed glorioſè etiam adminiſtravit, cujus debitas laudes dictus Hutterus uberius expoſuit in* Dedicatione Irenico vere Chriſtiano *A. 1616. præmiſſa, quorum aliqua utpote ad debitam virtutum hujus* Emerici *commendationem quam maximè facientia, inde excerpta, haut quaquam heic omittenda eſſe judicavi. Biennium eſt ipſum, inquiens, ex quo Tua Celſitudo ad Vittebergenſem noſtram Academiam, uberioris ingenii cultûs percipiendi gratiâ acceſſit: & ſub primum ſtatim aditum, indolem plane heroicam, & animum non niſi ad ſumma quævis natum, ſingulis Academiæ Proceribus ita egregiè demonſtravit, ut in ſui non tam amorem, quam admirationem omnes pelliceret. Verum hanc ipſam laudem & encomiorum Tuorum Rhodum aliis pro dignitate exornandam lubens relinquo. Aliud eſt & ſingulare, quod Tua Celſitudo toto eo, quo nobiſcum vixit, tempore, ſibi tanquam proprium vendicare, animadverſa fuit. Serium nimirum Pietatis ſtudium, cum fervore ac Zelo erga puriorem Religionem Lutheranam ardenti ac indefeſſo. Quam enim nominis gloriam celebritatemque plerique alii illuſtriore loco nati, vel ex Majorum rebus geſtis &c. pete-*

petere conſvevérunt, de οἰκείω *ſæpius* ἀγαθῶ *vel parum, vel nihil ſoliciti, eam T. C. ex lectionum Theologicarum auſcultationibus aſſiduis; ex diſputationum ſacrarum velitationibus; ex colloqviis ſacris, planè immortalem ſibi conciliare ſtuduit. Certe ipſi* ἀκροατηρίων *noſtrorum parietes, ipſa profecto ſubſellia, Tua Celſitudini tum præſtantiam heroicam, tum vocem ad gravitatem autoritatemqve ſingularem unicè compoſitam, hodieqve mihi referre videntur: eam cumprimis vocem, qva in qvaternis illis diſputationibus publicis,* Irenico Pareano *jam tum recens publicato, à me ex profeſſo oppoſitis, totum Auditorium verè animavit, dum de rebus & qvæſtionibus Theologicis longè graviſſimis, accuratè, promptè, eruditè diſſeruit, neqve prius diſputandi finem fecit, qvam penes utram partem, nosne an* D. *Pareum militaret veritas, exactè perſpiceret, & qvid diſtarent æra lupinis, haberet exploratiſſimum.* Atqve poſt lineas interjectas qvam plurimas, pergit Hutterus: *Spem hanc noſtram mirificè roborat factum illud ſolenne; & æternâ memoriâ dignum, qvod T. C. haud prius ex noſtra abire Academia voluit, qvam Libro Chriſtianæ Concordiæ nomen ſuum præcelſum publicè dediſſet; idqve nemine vel petente, vel ſvadente, vel qvovis modo exigente, ſed proprio pietatis & fervoris religioſi inſtinctu & arbitrio.*

Qvæ plura de *Thurzonum* Proſapia illuſtriſſima afferri deberent Elogia, ea in unum qvaſi faſciculum colligaſſe mihi videtur M. *Georgius Michaelis Caſſai, Hungarus,* Ord. Philoſ. in Academia Vittebergenſi Adjunctus, qvippe qvi in Diſſertatione de *Montibus Hor & Nebo*, maximorum apud Iſraelitas Principum, Moſis & Aharonis, morte ac ſepulturâ celeberrimis, Præſide M. Paulo Bergero, Fac. Phil. Adj. & Reſpondente *Johanne Thurzone*, Vittebergæ. A. 1707. d. 4. Junii ventilata, dictum *Thurzonem* ex familia *Thurzonum* Nobilium oriundum, tali profecutus eſt Carmine gratulatorio.

Thurzonum *qvondam* Nomen *fulgebat in amplo*
Hunniadum *Regno, nec prorſus* Teutonis *ora*

Hoc ignorabat, Venetus nec frugifer orbis.
Pro-Rex Hungariæ *nam* Thurzo *Georgius Heros,*
Addictus fidei veræ, *qui gloria gentis,*
Cum floreret, erat: cujus poſt Natus *ad* Albim,
Emericus, *Rectoris ſplendida Sceptra tenebat.*
A Venetis *Thurzo didicit, confuſa metalla*
Secernendi, Artem qua regno commoda multa
Attulit. Extinctum tamen hoc Stemma putaſſem,
Ni Thurzó *Montes conſcendens Leucoris Alma,*
Ederet egregium Specimen, *quod Nomine dignum*
Thurzonis. *Quem iure bono tibi grator honorem,*
Atque ſimul voveo, jungantur Nomen & Omen!

Tomkó ſeu *Tomkus Marnaviciô-Dalmata*, Epiſcopus Boſnenſis circa A. C. 1631. clarus, edidit *Librum de Sanctis* *Scripta.* *Illyricanis*: Item *Vitam Petri Berislai*, *A. 1621.* Præterea ab eodem *S. Felix Epiſcopus & Martyr*, *Spalatenſi urbi & veritati vindicatus eſt, Romæ, A. 1634. in 8.* Deniqve *Unica Gentis Aureliæ Valeriæ Salonitanæ Dalmatiæ Nobilitas, ab hoc ipſo quoque deſcripta & edita eſt Romæ, 1682. in 4.*

Tordai Demetrius, *Hungarus*, Eccleſiæ Ovarienſis in Tranſylvania Paſtor, poſtea verò ob inſignem eruditionem, exemplarem pietatem, morum gravitatem, vitæqve integritatem, in Synodo Miniſtrorum Eccleſiarum Hungar. Auguſtanæ Confeſſionis ad oppugnandos errores *Franciſci Stankari*, Itali Mantuani, Antitrinitarii, tertiâ feriâ PalmarumA. C. 1554. *Ovarini* congregata, primus in Tranſylvania Eccleſiarum Evangelicô Lutheranarum Superintendens renunciatus & confirmatus eſt. De qvo plura noſſe cupiens, *Georg. Hanerum inHiſtor. Eccleſ. Tranſylvan.* poterit adire.

Toppeltinus Laurentius, *Tranſylvanus*, vir ab eruditione tum philoſophicâ, tum theologicâ, tum juridica commendatis-

datiſſimus, Præceptore in juventute ſua uſus eſt in Academia *Albenſi Tranſylvaniæ*, *Iſaaco Baſirio*, Anglo, olim Caroli, magnæ Britanniæ Regis capite plexi Confeſſario, poſt abſolutum ſtudiorum curriculum, nobilis cujusdam Tranſylvani, *Fleiſcheri* nomine inſigniti, itineris pariter comes ac morum præfectus, varias peregrinationes in exteras regiones feliciter æqve ac utiliter obivit. *Lugduni* autem in Gallia aliqvandiu ſubſiſtens, libellum latino ſtylo conſcriptum, vulgavit, cum titulo: *Origines & Occaſus Tranſylvanorum;* ſeu, *Erutæ Nationes Tranſylvaniæ, earumqve ultimi temporis Revolutiones, hiſtorica narratione breviter comprehenſa: Autore Laurentio Toppeltino de Megyes. Lugduni, ſumtibus Hor. Boiſſat, & Georg. Remens, A. 1667. in 12.* Scripta.

De hoc Toppeltino M. Valentinus Baumgarten, *Cætûs Claudiopolitani Miniſter, & Gymnaſii ibidem Rector, in literis Reſponſoriis ad literas Joh. Pauli Felvingeri A. 1667. IV. Nonas Julii Claudiopoli datis, tale tulit Judicium:* Qvod ad Toppeltinum attinet, virum rara præditum humanitate, & eruditione haut triviali, de eo ſic judico, qvod, ſicuti de me exiſtimavit, ita prædicaverit, nempe immodicè ac nimis amicè, ſaltem ut me in tui propiorem inſinuaret amicitiam, extaretqve ſui erga me favoris perpetuum argumentum.

Tranſylvanus Maximilianus, *deſcripſit navigationem Caſtellanorum ex Hiſpania ad Moluccas ab Occidente in Orientem per inferius Hemiſphærium Caroli V. auſpiciis inſtitutam. Liber impreſſus cum aliis Novi Orbis auctoribus Baſileæ*, teſte Joſ. Simlero in Epitom. Biblioth. Geſneri. f. 497. Scripta.

Trinkellius Zacharias Ignatius, *Poſonii in Hungaria* A. 1602. natus, Deo ſe in Societatem Jeſu devovit A. 1617. & votorum IV. ſolenni ſacramento ſe obſtrinxit. Vir magnis naturæ & gratiæ donis excellens, poſtqvam Ethicam, Philoſophiam ac The-

Digitized by Google

ologiam in Univerſitate Græcenſi laudatò docuiſſet, ob ſingulare talentum qvo pollebat gubernandi, à Scholis abſtractus, eidem Collegio præeſſe juſſus eſt: Poſtea etiam *Collegii Tyrnavienſis,* nec non *Domûs Profeſſæ Viennenſis* ac demum totius Provinciæ Auſtriacæ habenas capeſſere. Patres, qvi in tertia Probatione verſantur, magno emolumento ſpirituali, per qvinqvennium inſtruxit. Bis in Comitiis Provinciæ electus eſt, ut Romam adiret, Congregationibus Generalibus Nonæ & Decimæ interfuturus. Multa & ardua, pro Dei gloria, & bono Societatis (qvæ unicè ſpectabat) ſuſcepit, perfecitqve. Fuit ſiqvidem ingenio perſpicace, prudentiâ ſingulari, conſilio promto, in tractandis negotiis animo erecto, atqve imperterrito, ita, ut primariis ubiqve viris, qvi illius conſilio freqventer utebantur, fuerit perqvam acceptus; ſed qvantò apud alios in pretio extitit, tantò magis ſuæ depresſioni ſtuduit. Unde poſt traditam in Academia Græcenſi, cum plauſu Philoſophiam, per repetitas ſæpius preces à Superioribus expreſſit, ut ad infimam elementariam Scholam, anno ſeqventi, eodem in loco docendam, fuerit applicatus. Nec minor fuit illius in adverſis tolerantia, præſertim in præacutis podagræ & ſtomachi doloribus perferendis, cum qvibus 30. propemodum annorum ſpatio, vivaciſſima mente & imperturbata animi ſerenitate conflixit. Sed & his ſpontaneas qvoqve adjiciebat corporis ſui afflictiones, easqve ferme qvotidianas. Cum ſæpe morbis arceretur à litando, nunqvam tamen interdici ſibi voluit, qvo minus cœleſti pane Euchariſtiæ ſe reficeret. Deiparæ Virginis cultui à teneris annis addictus fuit, ejusqve ſine macula originis conceptæ celebritatem apud Auguſtiſſimum Imperatorem Ferdinandum III. magnopere promovit. Demum maturus cœlo, licet cum multorum Optimatum dolore, ad laborum præmia ex hac vita emigravit, Poſonii, die 18. Septembr A. 1665. In lucem edidit Librum

Scripta. Aſceticum, ſub titulo: *Major Dei Gloria, finis unicus Societati propoſitus, per Exercitia Spiritualia S. Ignatii. Viennæ Auſtriæ, apud Matthæum Coſmerovium, A. 1656. 4, Auctus deinde & recuſus,*

ſus, Ibidem, typis Joh. Iacobi Kürneri, A. 1660. in fol. Iterum Ibidem, A. 1663. Vid, Nathan. Sotvelli Biblioth. Script. Societatis Jeſu, fol. 787.

Tröſterus Johannes, *Cibinio-Tranſylvanus*, Noribergæ maximam vitæ ſuæ partem variis editis libellis conſumſit, ubi etiam 30. circiter ante annos agere inter homines deſiit: ejusdem ſtudio & curâ lucem publicam aſpexit Libellus germanicus cum titulo: Polniſches Adler-Neſt. Nürnberg / A. 1666. in 12. Deinde Päbſtlicher Svetonius: Das iſt / Kurtz-gefaſte / doch gründliche Zeit Beſchreibung aller Römiſcher Biſchöffe und Päbſte / ſo von dem Erſten / bis auf den Innocentium XI. inclusivè, geweſen ſind &c. *Ibidem 1684. in 12. cum figuris æneis Paparum. Deniqve Johannis Bethlenii Rerum Tranſylv. Libros IV. continentes res geſtas Principum ejusdem ab A. 1629. ad A. usqve 1663. in germanicum idioma convertit. Inſcriptione facta ſeq:* Das bedrengte Dacia: das iſt: Siebenbürgiſche Geſchichte rc. Nürnberg A. 1666. 12. *Scripta.*

Truberus Primus, ab Eruditis communiter Doctor Slavonicus καὶ ἐξοχὴν appellatus eſt, non qvaſi ex *Slavonia*, propriè ſic dicta *Hungariæ* provincia, natales ſuos derivaſſet, ſed qvod Slavonicæ ſeu Illyricæ lingvæ callentiſſimus, libros eadem conſcriptos utiliſſimos, gentis in Slavonicæ gloriam ediderit qvamplurimos; natus enim eſt A. 1508. *Roſterlicii* pago *Carniolæ* ſub ditione Comitum ab Auerſperg, tribus milliaribus *Labaco*, metropoli illius provinciæ (ubi Sclavonica lingva incolis vernacula eſt) diſſito. Hic A. 1527. *Laceæ* Parochus eſt ordinatus, & A. 1542. Canonicus in D. Martini Fiſternatis Baſilica eſt conſtitutus, A. C. 1547. cum cultus Rom. Catholicorum eccleſiaſticos vehementius reprehendiſſet, atqve nonnullos corrigere etiam incepiſſet, juſſu Urbani Textoris, Epiſcopi Labacenſis, omnibus ſuis beneficiis ex-

utus & Bibliothecâ ſpoliatus eſt. A. 1548. ortâ novâ perſecutione, Provinciâ Carniolanâ ejectus. Hinc primùm Noribergam venit, ubi publicè dogmatibus Rom. Catholicorum renuncians, Evangelicorum ad Communionem acceſſit, unde Roteburgum ad Tubarim ad miniſterium Eccleſ. capeſſendum vocatus, ibi uxorem primam duxit, fideliterqve Eccleſiæ ſervivit. A. 1562. Campenſi Eccleſiæ Præfectus octennium Evangelium ibi docuit. Hinc ab Illuſtriſſimo Principe *Chriſtophoro Würtembergico Derendingam* non procul à Tubinga translatus eſt, ubi ad ultimum usqve vitæ halitum, qvod incidit A. 1586. ætatis ſuæ 78. Superintendentis Specialis munere piè, ſanctè & vigilanter functus eſt. Memorabile de hoc Viro iſtud eſt, qvod *Primus* hic omnium primus *Labaci* in Carniolia dogmata B. Lutheri, & Evangelium Chriſti repurgatum docere cœperit: Deinde qvod primus invenerit artem ſcribendi lingvâ Slavonicâ ſeu Vandalicâ, antea nunqvam viſam, nec in libris uſurpatam, qvi ſubſidiis Sereniſſimi Principis *Chriſtophori* Würtembergici, & conjunctis operis *Stephani*, Conſulis *Hiſtriani*, & *Antonii Dalmatæ*, officinam Typographicam Tubingæ inſtituit Vandalicam, qvam ad rem ingentes ſumptus contulit liberalitas qvoqve Illuſtris *L. B. Johannis Ungenadii à Sonnek*, qvi poſtmodum ab hoc *Trubero* in lingvam Slavonicam traductorum Librorum Theologicorum Lutheran. multa exemplaria ad Turcicas gentes, ut ex eorum diligenti lectione adminicula nanciſcerentur, ad Chriſtianiſmum perveniendi, haut exiguis pariter ſumtibus tranſportari curavit. *Hic ipſe* Ungnadius, *cum ſub Imperatore Ferdinando* Styriæ & Carinthiæ *præfuiſſet, contuliſſe in Academiam Vittebergenſem, & ad vicinas Eccleſias: ut in doctrina Evangelicorum magis confirmaretur. Deinde ab Illuſtriſſimo Principe* Chriſtophoro Würtembergico *receptus*, Uraci *diu habitavit, poſt* Tubingam *commigravit. Obiit A. C. 1565. in Bohemia arce ſororii* Joachimi Schlickii Vintricia, *admodum ſenex: inde* Tubingam *tranſvectus, ut juſſerat, magnificè in templo S. Georgio dicato eſt ſepultus.*

Sunt

Sunt autem illa Opera à *Primo Trubero* in lingvam Slavonicam ſeu Illyricam translata ſeqventia: *Catechiſmus Lutheri cum additamentis D. Brentii, Tubingæ impreſſus A. 1575. in 8. Auguſtana Confeſſio, Ibidem, 1562. Eccleſiaſtica Evangel. Lutheranorum Ordinatio. Examen Philippi Melanchthonis.* Ejusdem *Loci Communes Theologici. Cantica ſpiritualia. Poſtilla B. Martini Lutheri. Pſalterium Prophetæ & Regis Davidis. Novum Domini noſtri Jeſu Chriſti Teſtamentum ex Græco fonte in lingvam Slavonicam traductum. Ibid. 1577. in 8. II. Tomis.* His ipſis fructuoſis ſuis laboribus effecit *Truberus*, ut repurgata Evangelii doctrina non ſolùm in Ducatum Carnioliæ; ſed & Carinthiæ ac finitimas regiones, imò in ipſum Turcicum Imperium fuerit introducta, ac paſſim ibidem propagata.

Doctori huic *Slavonico* ante portam templi *Derendingenſis* humato, concionem funebrem habente Jacobo *Andreæ*, Theologo Tubingenſi Primario, ac t. t. Cancellario Univerſitatis clariſſimo, *Martinus Cruſius*, cui cum *Trubero* amicitia arctiſſima interceſſit, beatè defuncto ſeqvens ſcripſit Epitaphium.

Vir tumulo hoc ſanctus de Sclava *eſt gente ſepultus,*
Primus: *qui Chriſti nomine multa tulit.*
Tranſtulit in patriam divina volumina lingvam:
Sparſit in Eoas dogmata ſancta plagas:
Pulchre certavit: curſum ratione peregit:
Nunc ipſum in cœlo pulchra corona manet.

Uberior B. hujus Viri vita, partim ex dictâ Jacobi *Andreæ* Concione funebri, partim ex *Cruſii Annalibus Sveviæ P. III. Lib. 12. c. 11.* à Melchiore Adami compilata, reperitur in Ejusdem Tract. de *Vitis Eruditorum Theologorum German. f. 273. & ſeqq.* nec non in *Pauli Freheri Theatro Viror. Erudit. claror. f. 266.* ex eodem compendioſè illuc translata.

N. Try-

Digitized by Google

N. Trypho, *Dalmata*, ob ſibi ſubreptos qvingentos aureos, mœrore obiit. Erat Philoſophus & Poeta acutus, ingenioſus & terſus. *Pierius Valerius de Infelicit. Literator.* p. 161. affirmat, ſuam ætatem rariſſimos habuiſſe, qvos Latinarum Græcarumqve cognitione Tryphoni conferre poſſet. Addit ipſum Timonico fuisſe ingenio, adeò ut humanum genus omne evitaret, nulliusqve contubernium ultra triduum ferret. *Diverſus eſt hic noſter à Tryphone Alexandrino, Grammatico, atqve à Tryphone ὁ Ἀρχοκρατίων, qvi allegatur ab Autore Etymologici M. in Δανεῖον.*

Tubero Ludovicus, gente *Dalmata*, dignitate Abbas, civis Imperii hungarici, Juris patrii Canoniciqve peritiſſimus, atqve amœnitatum hiſtoricarum ſectator ſtudioſiſſimus, ſcripſit

Scripta. *Libros XI. Commentariorum, de Rebus, qvæ temporibus ſuis, in illa Europa parte, qvam Pannonii & Turcæ, eorumqve finitimi incolunt, geſta ſunt. Francofurti. Mœn. 1603. in 4.* Claruit etiam qvidam *Tubero* A. U. R. 649. qvem *Cicero in Orat. pro Murana* eruditiſſimum vocat, & à Pomponio inter JCtos refertur, à noſtro hoc *Tuberone*, temporis ac gentis habitâ ratione, longiſſimè diverſus.

Judicium. *De hoc* Tuberone *Boxhornius in Commentar. ad Tacit. Annal. Lib. 6. tale fert Judicium:* Tubero accuratiſſimus & prudentiſſimus Scriptor, qvi in paucorum eſt manibus.

Túróczi ſive *Turocius*, patriâ *Hungarus*, claruit circa A. 1490. Opus Hiſtoricum de Regibus Hungaricis conſcripſit ab Attila primo Rege, usqve ad Coronationem Matthiæ Corvini, qvæ A. 1464. contigit, niſi qvod 40. annorum ſeries ab A. 1342. ad annum usqve 1382. Johannis de Kikellö operâ digeſta ſit, eam Hiſtoriæ ſuæ, habita temporis ratione, verbotenus inſeruit *Turocius*, & dicto Matthiæ Regi dicavit. Prodiit hoc *Chronicon* ex utriusqve laboribus concinnatum, in III. Libros diſpoſitum, *Auguſta Vindel. typis Erhardi Radholt A. 1482. impenſis verò Theodori*

Feger,

Digitized by Google

Feger, *concivis Budenſis* ; nunc inter Hungaricarum Rerum Scriptores à Jacobo Bongarſio editos recuſum, Francof. Mœn. A. 1600. in fol. *Ex Gvil. Cavei Hiſtor. Literar. Scriptor. Ecclef. P. II. f. 318.*

Gerh. Joh. Voſſius de Hiſtor. Latin Lib. III. c. 6. p. 572. Magiſter Johannes *Turocius*, ſive de Thvvrocz, *Pannonius*, (qvem & *Cuſpinianus* ſe in Imperatoribus ſeqvi profitetur) famam ac nomen meruit *Chronico* ſuo Rerum *Hungaricarum*, qvod Matthiæ Corvino, Hung. ac Bohem. Regi dicavit. Incipit vero ab Gentis ortu, ac Rege Attila, & perducit usqve ad A. 1342. qvo in Caroli Regis locum *Ludovicus* ſucceſſit. Hinc ſeqvitur *Johannes* Archidiaconus de *Kikullevv*, in Eccleſia Tranſylvana Vicarius Strigonienſis in Spiritualibus generalis. Is Res Ludovici Regis ſcripſit usqve ad obitum ejus, qvi incidit in A. 1382. Fuerat autem Ludovico Regi Notarius à Secretis, ut res ejus ſatis habuerit exploratas. Poſt hanc partem *Johannes de Kikellevv* (qvam Hiſtoriæ ſuæ *Turocius* inſeruit) agit idem Turocius de miſerabili caſu *Caroli*, cognomento *Parvi*, qvi poſt Ludovicum imperavit; atqve inde, pergit usqve ad coronationem *Matthiæ*, qvæ incidit in Annum 1464.

De hoc ſuo Chronico ipſe Autor in Præfatione faſſus eſt, ſe id non tam ex ſe, qvam aliis qvibusvis obviis Autoribus compilasſe, ceu qvidem ex verbis patere poteſt hiſce: Rebus in his ex me fecerim nihil, Veteres in omnibus ſecutus ſum Hiſtorias, & ſententias Auctorum transgreſſus ſum in nullo. Partes qvidem Scythiæ, & illarum ſitum; Attilæ qvoqve Regis geſta, pluribus Chronicis operibus ea propter indagatis, ſtylo paulò ampliori, qvam priores Hungariæ hiſtoriarum effeceram auctores, illorum undiqve poſitiones intermiſcendo &c. Et in Hiſtoria de *Carolo*, cognomento *Parvo*, Rege Hung. ſcribit: *Hujus Regis Caroli lugubre exitium qvidam* Laurentius de Monachis, Venetus, *homo haud indoctus; ipsâ geſtarum rerum ætate compendioſo pariter & metrico carmine perſtrinxit. Qvem in magnâ ſui parte ſecutus, maximè ne ex me aliqvid facere videar.* Imprimis autem ex Ano-

nymi cujusdam Codice MS. latino membranaceo in *Auguſtiſſimâ Vindobonenſi Bibliotheca* aſſervato, pleraqve ſua vel ſimpliciter, vel interpolatè *Turocium* Chronico ſuo intexuiſſe *Daniel de Neſſel*, JC. Sacræ Cæſ. Maj. Leopoldi Auguſti qvondam Conſiliarius & Bibliothecarius Aulicus, perhibuit, *in Sciagraphia, ſeu Prima Delineatione & Brevi Notitiâ Magni Corporis Hiſtorici hactenus inediti, brevitamen Deo volente edendi*, dum differit, *p. 29. h. m*: *Anonymi Codex MStus hiſtoricus latinus membranaceus A. C. 1358. ſcriptus ſpectatu digniſſimus inauratis picturis exornatus, ex qvo Johannes de Thurotz, alias de Thurocz, & Thurocius, ſive Thurocenſis dictus (qvi ſub Rege Matthia Corvino potiſſimum floruit) Res geſtas Hungarorum ab origine gentis usqve ad A. C. 1342. ſeu mortem Regis Caroli, Patris Regis Ludovici, qvas ſub tit: Chronica Hungarorum, edidit, partim ſimpliciter, partim interpolatè mutuatus eſt. Immiſcuit qvoqve Turóczius ſuo Chronico* Anonymi cujusdam II. Volumina Chronici operis, *qvorum alterum ſuper Gen. X. alterum ſuper XI. cap. ſuas fundaverunt origines, atqve temporibus Divorum* Caroli & Ludovici Hung. Regum *conſcripta fuiſſe traduntur*. Id qvod ipſe *Túróczius* de ſe non inficiatus eſt, in Part. I. ſui Chronici.

Neqve ſilentio prætereundum eſſe reor, dictum illud *Turoczii Chronicon typis qvoqve Gothicis impreſſum prodiiſſe, Venetiis, A. 1488. in 4.* Eidem *Túróczio* tributum eſſe reperio Scriptum aliqvod *Soliloqvii* titulum præfixum habens, mihi tamen hucusqve nondum viſum.

Judicia. Supereſt ut *Judicia* hinc inde ab Autoribus de hoc *Turoczio* qvoqve allata his ſubjiciam, qvæ numero licet ſint qvam plurima, omnia tamen eò collineant, Virum illum fuiſſe eruditionis multivariæ luce valde conſpicuum: Ex iis vero ut unum alterumve heic producam, ordinis ratio exigit, qvorum primum ex *Trithemii Catal. Vir. Doct. ita ſe habet*: Johannes *Thurocz*, Pannonius, Vir in ſecularibus literis ſtudioſus & exercitatus, ac Divinarum Scripturarum non ignarus, ingenio præſtans & clarus eloqvio.

Alterum ex *Conradi Samuel. Schurtzfleiſchii Diſſert. de Superior*

Digitized by Google

perioribus Hungariæ Converſionibus §. *21*: Thurocius, ſtudio in Regem Matthiam Bonfinio non inferior, ſed ſtylo impar.

Tertium ex Epiſt. Dedicat. Collectoris Scriptor. Rerum Hung: In Turóczio (*ſcribis*) ſimplicitas placet & fides, qvæ certa, ex fragmentis veterum Annalium, qvæ *Lazius* citat non ſemel, concepta.

U.

de *Ungaria* Michael, Frater Ordinis Minorum de Obſervantia, Conventûs Peſthenſis, edidit Sermones de Sanctis 120. *Biga Salutis inſcriptos*, typis excuſos primùm *Argentorati A.*1494. in fol. tandem *Hagenoæ*, per Henricum Gran, A. 1620. in 8. cum titulo: *Breviarium Concionatorum*: Seu: *Sermones Univerſales, continentes Concionum Materias pro ſingulis Dominicis diebus atqve Feſtis totius anni.* *Scripta.*

Ungerus Michael AA. LL. atqve Philoſ. Magiſter, *gente Hungarus*, patriâ *Német-Uivarinus*, Gymnaſii Sempronienſis qvondam Conrector, Vitterbergæ ſtudiorum ſuorum curſu emenſo, Diſputationem publicam Præſes ventilavit: *De Æqvatore & Zodiaco*, Reſpond. Joh. Joachimo Krautheim, Colonienſi Marchico. A. *1662.* in 4.

Uremannus Johannes, gente *Dalmata*, Mathematicarum diſciplinarum probè peritus. Hunc *Nicol. Trigautius* redux in Sinas ex Europa, ægrè ab Claudio Generali Præpoſito impetratum, ſecum avexit & incolumem adduxit *Macaum*, ubi triennio præſtolatus occaſionem in Regni interiora ſeſe inſinuandi, Matheſim Noſtros interim docuit, ipſe viciſſim Sinenſem Aſtronomiam perdidicit. Cum autem crebris vexaretur ſtomachi dolo-

 ribus,

Digitized by Google

ribus, auræ victuiqve mutando, *Nancianum* feſtinatâ profectione miſſus eſt, qvo itinere, ut periculi, neſcio qvid declinaret, triduum totum, tempeſtate ſubfrigida, in carina navis delituit, pedibus in aqvam demerſis, unde morbum validiorem contraxit, qvo brevi confectus eſt. In eo morbo cum vix hæreret oſſibus, nec ſine alterius ope ſe poſſet in latus convertere, cruciatus ſuos temperabat dulciſſimis cum Chriſto crucifixo colloqviis, cujus effigiem ſemper habebat ad manus. Sanctorum res geſtas ſibi volebat identidem recitari, interpoſitis Pſalmis Pœnitentialibus, ut ſua ex illis ſenſa repetere poſſet, & miſcere ſermones. Flagrabat amore divino, ſtudioqve proferendæ apud *Sinas* ejus gloriæ, cui tamen cùm non poſſet ſatisfacere, libenter ſe ajebat morem gerere divinæ voluntati. Sacrum ſigillum Indulgentiis inſigne dextero brachio cum illigaſſet, paulò poſt, pronunciatio tertio ſacroſanctis nominibus Jeſu & Mariæ, oculis in Crucifixum Dominum defixis, ſpiritum ſvaviſſime exhalavit Nanciani, in Sinis, feria 4. poſt Paſcha, qvæ in diem 22. Aprilis incidit Anno ſalutis 1620. Cadaver poſtridie Nancinum avectum in Sociorum ſepulchrum illatum eſt. Scripſit *Annuas Literas Japoniæ Annorum 1615. & 1616.* Vid. *Nathan. Sotvelli Biblioth. Script. Societatis Jeſu.*

V.

Vagnerus Valentinus AA. LL. & Philoſ. Magiſt. *Coronâ-Tranſylvanus*, Theologus apud Coronenſes non minus pius qvam exercitatiſſimus, præterqve alias complures lingvas Græcæ imprimis peritus, in reformatione Eccleſiarum Tranſylv. Johanni *Hontero* qvondam coadjutor & ſocius ſtrenus extitit. Cum Coronæ multi Græcorum conmorarentur, *A. 1544. Græcam Catecheſin* in eorum uſum prælo ſubjiciebat, non ſine maximis Univerſitatum Germaniæ gratulationibus & approbationibus, eorumqve in qvem uſum

uſum compoſita erat inſigni emolumento. *Plura de eo legi merentur in Georgii Haneri Hiſt. Eccleſ. Tranſylv. paſſim.*

Váſárhelyi Gregorius, natione *Hungarus*, è *Tranſylv.* oriundus, Coadjutor Spiritualis, jam inde ab anno 1605. formatus, vir fuit propagandi Evangelii cupidiſſimus, ob qvod ex *Aſolinduenſi Miſſione* primus è Patribus Soc. Jeſu Qvinqve-Eccleſias conceſſit, ſub Turcarum dominatu ſitam urbem. Ibi exactis aliqvot annis, rogatu *Gabrielis Bethlen* Tranſylv. Principis, qvi tunc apud Turcas agebat, Claudiopolim ivit, ubi & mortuus eſt. *Edidit hungarice translatum à ſe Catechiſmum Petri Caniſii, cum* *Scripta.* *precationibus qvibusdam adjunctis, Viennæ, A. 1604. Eum mox ibidem recudit, additis copioſius Controverſiis noſtri temporis, cum certis qvibusdam Meditationibus Evangeliorum Dominicalium.* Item, *Thomæ à Kempis IV. Libros de Imitatione Chriſti, in hungaricum idioma qvam nitidiſſime à ſe verſum.* Vide Nathan. Sotvelli Biblioth. Script. Soc. Jeſu.

Veberus Johannes, vitam hanc exorſus eſt *Eperieſini in Hungaria*, ob Artis pharmaceuticæ perinde exqviſitam, ac ſingularis prudentiæ politicæ, ex freqventiore munerum publicorum adminiſtratione acqviſitæ, multiplicia exhibita ſpecimina vir qvam commendatiſſimus, varia in turbis hungaricis calamitatum afflictionumqve genera perpeſſus, & aliqvandiu Viennæ & *Eperieſini* in arreſto detentus, tandem fatale gladii ſupplicium propter læſæ Majeſtatis crimen ſubiit A. 1686. Proſtat liber ab ipſo luci publicæ expoſitus, hoc cum titulo:

Lectio Principum: hoc eſt: Politica Manuductio, qvo pacto *Scripta.* *juveni Gubernatori Chriſtiano, vera juxta pietatis ac virtuoſæ vitæ, laudabilisqve Regiminis Ratio præmonſtrari commode qveat, conſcripta per Johannem Veberum, S. Cæſ. Regiaqve Majeſt. per Hungariam Superiorem Pharmacopæum & Medicum Ordina-*

rium, h. t. Regiæ Liberæque Civitatis Eperieſienſis Judicem, & Gymnaſii Evangelicorum Scholarcham. Leutſchoviæ typis hæredum Sam. Breveri 1665. in fol. major. per columnas germanico-latinas ſibi è diametro oppoſitas in ſingulis paginis. Poſt triennale ferè temporis ſpatium, idem ille librum prelo ſubjectum germanicum emiſit, hoc ſub frontiſpitio: **Wappen der Königl. Freyen Stadt Epperies in Ober-Ungarn / beym Richterlichen Abdancken ausgeleget durch J. W. ꝛc.** *Ibidem 1668. in 8.*

Vécsei Stephanus, *Hungarus, Samuelis Boſchardi Hierozoicum in compendium contraxit, qvod typis impreſſum eſt Franeckeræ. 1690. in 4.* Hic ipſe num ex generoſiſſima illa *Vécseiorum* Hungariæ proſapia, ſedem in Comitatu Neogradienſi habente & ad dignitatem L. Baronum Hungariæ ob egregia merita & facinora heroica à Divo Leopoldo Auguſto, ante 20. circiter annos evecta propter convenientiam nominis originem ducat ſuam, non qvidem certò affirmare auſim, haud vanæ tamen adeo conjecturæ anſam præbere putaverim.

Verantzius ſive *Vrantzius* Antonius, *Dalmata*, Epiſcopus Agrienſis in Hungaria, in publicis Regni Hung. negotiis atqve cauſis civilibus exercitatiſſimus, qvi ante Busbekium qvidem CPin miſſus, ſed cum eo demum, Legationis Comes & Collega, *Amaſiam* profectus, Monumenti cujusdam *Ancyræ* deprehenſi exemplar redux aſportavit, qvod A. 1576. ab ejusdem nepote *Fauſto Verantio*, Carolus Cluſius, Rom. Imp. Archiater accepit, & non Lipſio ſolùm, ſed & Jano Grutero communicavit, teſtibus Cluſii ad Gruterum, & Lipſii ad Cluſium Epiſtolis. *Conf. Lipſii Centur. II. Epiſt. 24. Tom. II. Opp.*

Cæterum de *Hiſtoria Marmoris Ancyrani, Indicem Rerum geſtarum Auguſti Imperatoris complexi*, Diſſertationem elegantem habuit typis qve vulgavit publicis Jenæ, A. 1703. *M. Joh. Guiliem.*

Baie-

Baierus, tunc Facult. Philoſ. ibidem Adjunctus, nunc verò *S. Theol. D. & Prof. Publ.* in Academia hac Noric. Aldorfina religioſiſſimus, atqve celeberrimus, Fautor ac Patronus omni honoris cultu mihi ſuſpiciendus.

Verböczi Stephanus, eqveſtris ordinis Majoribus in *Hungaria* natus, Dominus in *Dobroniva* J. U. D. claruit regnante Vladislao II. Rege. Hung. ſpartam ornans ſplendidam, *Magiſtri* puta, ſeu *Protonotarii Judicii Curiæ Regiæ.* Alias verò qvod *Hermogenes* & *Gregorius* in colligendis Legibus & Conſtitutionibus Imperatorum Rom. tempore tertiæ Periodi Reipublicæ Romanæ egerunt, qvi easdem in certos Codices privata auctoritate digeſſerunt, Theodoſius verò Imper. publica auctoritate tandem promulgavit, ſub titulo *Codex Conſtitutionum Imperialium Theodoſianus:* Qvod etiam *Gratianus*, Monachus Bononienſis, colligendo Dicta S. Patrum & Canones Conciliorum, admixtis paſſim legibus Civilibus, & in certum ordinem redigendo atqve diſponendo, præſtitit, ex qvibus *Prima* illa pars Corporis Juris Canonici, *Decretum* dictum, conſtat: Qvod deniqve Raymundus de *Pennaforti* auctoritate Gregorii IX. Papæ circa A. C. 1230. compilando Libros Decretalium, qvibus in *Corpore Juris Canonici* utimur, effecit; ſimile qvid præſtitiſſe dici poteſt *Stephanum* iſtum *Verböczium* JCtum acutiſſimum, circa *Jus Conſvetudinarium Hungariæ*: Decreta, Conſtitutiones & Articulos ſeu Leges DD. Regum Hung. in unum Corpus combinando atqve compilando, cui titulus inſcriptus eſt: *Corpus Juris Hungarici Tripartitum*, qvod ipſum Ladislaus II. Rex Hung. in conventu Ordinum & Statuum Budæ A. 1513. celebrato, confirmavit, & Regio nomine publicavit, partim *ſponte* (ceu ipſe Rex ait in *approbatione Conſtitutionum, qvæ in Concluſione Regis, poſt Operis Epilogum Juri Tripartito adjuncta, occurrit*) partim *precibus & ſupplicatione fidelium noſtrorum Dominorum Prælatorum & Baronum, ceterorumqve Procerum, & Nobilium edidimus, ſaluti ac qvieti,* *liber-*

libertatique ipſius Regni noſtri, hoc pacto accuratiſſimè conſulentes. Impreſſum eſt hoc *Opus* loco & tempore diverſo, *Budæ ultimatò A. 1581. Tandem Viennæ, A. 1628, & denuò Tyrnaviæ A. 1696. ſumptibus Collegii PP. Soc. Jeſu in fol.* Cui editioni plures inſertæ ſunt recentiores Articuli & Conſtitutiones Regni. Ut autem eò melior Operis hujus haberi notitia, uberiorqve inde hauriri poſſet fructus, *Franciſc. Comes de Nádaſd Libellum in forma 8va Pottendorfii, A. 1666. typis impreſſum*, tali cum titulo curavit publicari: *Cynoſura Juriſtarum*, loca decretalia & articulos noviſſimarum conſtitutionum regni Hungariæ usqve ad annum 1659. incluſive ſub titulis ordine alphabetico collectis breviter repræſentans.

Cenſura. *Iſtvánfius Hiſt. ſua Hungarica fol. 176. Stephanus Verböczi*, Vir literatus & apprimè Juris peritus, ſed contentioſus, affectibus nimium indulgens, & plurimorum inde emergentium malorum ſcaturigo, imò ferè malorum Hungariæ excitator.

Cæterum fata is circa finem vitæ ſuæ perpeſſus eſt admodum acerba triſtiaqve, qvæ prolixius legi merentur *Ibid. apud Eund.* & apud *Petr. de Réva in Centur. de Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ.*

Vergerius Petrus Paulus, *Juſtinopolitanus Dalmata.* Duo fuerunt cognomines. *Prior* Emanuelis Chryſoloræ Byzantini Philoſophi, Venetiis Græcas literas docentis qvondam auditor, claruit in Concilio Conſtantienſi A. C. 1430. teſte *Trithemio de Scriptor. Eccleſ.* Philoſophus, JCtus, & Orator ſui ævi celeberrimus, magna in gratia vixit Patavii apud Principes *Carrarienſes*, ut de eo Volateranus teſtatur, cui & JCtorum ſuo tempore eloqventiſſimus, & eloquentium Jurisconſultiſſimus vocatur. *Hiſtoriam condidit Principum Carrarienſium, Lib. I.* Item aliam *Principum Mantuanorum. Scripſit etiam Invectivam adverſus Malateſtam, qvod Virgilii ſtatuam in foro Mantuano poſitam dejici*

Digitized by Google

ici juſſerat. De Laudibus D. Hieronymi, Lib. I. qui extat cum Tomo II. operum Hieronymi. Item Librum de ingenuis moribus ac liberalibus ſtudiis ad Ubertinum Carrarienſem, impreſſ. Baſileæ A. 1541. Cum L. Vitruvii Roſcii de docendi ſtudendiqve modo, & claris puerorum moribus libello. Adhac Arriani Libros de geſtis Alexandri latinos fecit. Vid. Joſ. Simleri Epit. Biblioth. Geſn. Elogia hujus Viri pete ex Pauli Jovii Elogiis Viror. literis illuſtr. f. 198. & Gerhar. Joh. Voſſii Tract. de Hiſtor. Lat. p. 553.

Poſterior, Vir fuit non ſolùm in Theologia Rom. Catholicorum, ſed & in Jurisprudentia eruditiſſimus, Epiſcopus primùm Modruſienſis, deinde Iuſtinopolitanus. A. C. 1530. Legatus in Germaniam ad Comitia Auguſtana à Pontifice Clemente VII. cum plena poteſtate miſſus eſt, in qvibus, qva ratione potuit, Lutheranis nocere conatus eſt, primipilares verò Pontificios, Fabrum, Eccium; Nauſeam, ut ſtrenuè rem agerent, muneribus ornavit. Longo tempore utilis ejus opera fuit Pontifici Rom. Verùm ab hoc tandem defecit mirabili occaſione: dum enim confutandi cauſa Libros Lutheranorum diligenter perluſtraſſet, victum ipſe ſe ſentiens ad fratrem *Joh. Baptiſtam Vergerium*, *Polæ* Civitatis Epiſcopum, profectus, rem ipſi totam expoſiut, inqve ſententiam ſuam pertraxit, mutuoqve ita ſibi congratulantes, populum per Iſtriam in doctrina Evangelicô-Lutherana erudierunt. Deniqve exul Tubingam à Sereniſſimo Principe *Würtembergiæ Chriſtophoro* accerſitus venit, ibiqve fatis conceſſit *die 4. Octobr. 1565.* Funebrem concionem ei habente *D. Jacobo Andreæ*, ex primo prioris ad Timotheum capite. *Plura de hoc legi poſſunt in Elogiis præſtant. Theolog. Jacobi Verheiden: Item apud Micralium p. 417. Thuanum Lib. 5. apud Sleidanum, & Cruſium in Annal. Svevicis, ex qvibus Melchior Adami prolixam* hujus *Vergerii* Vitam contexuit, eandemqve Operi ſuo de *Vitis Theol. Exterorum inſeruit fol. 59. & ſeqq. unde depromtam Paul. Freherus Theatro ſuo Vir. erud. claror. fol. 206. compendioſè intulit. Scripta* verò qvæ typis publicavit *Junior* iſte *Vergerius*, *Joſias Simlerus in Epitome Bibliotheca Geſneri fol. 563.* hoc recenſet ordine:

 In

Scripta. *In Germania* P. P. Vergerius *Legati Pontificis Rom. munere fungens, ſcripſit de Republica Veneta Lib. I.* *De Pace Eccleſiæ Orationem in colloqvio Vormatienſi habitam.* *Prælectionem & Apologiam ad Gymnaſium Patavinum.* Mox relicto Epiſcopatu, Papâ & Italiâ, in Rhetiam, atqve ad Helvetios ſe contulit, ubi biennio hæc ſcripſit, partim latinè, partim italicè, & curavit imprimenda partim Baſileæ, partim Puſclavii in Rhetia, nempe: *De Perſecutione facta contra Evangelium in urbe* Juſtinopolitana. *Contra Catalogum Johannis della Caſa, Sodomiæ patronum.* *Duos Catechiſmos, pro uſu Eccleſiæ Vicoſoprani.* *Octo Defenſiones. Duodecim Tractatus.* *De Matrimonio miniſtrorum Eccleſiæ.* *De Anno Jubilei.* *Contra Librum cui titulus: Floſculi S. Franciſci.* *Contra Librum cui titulus: Roſarium.* *Contra Libr. cui tit. Miracula Virginis.* *De Coronatione Julii Papæ III.* *Qvid ſit ſperandum à Concilio Tridentino, ad Regem Angliæ.* *Qvid ſperandum à Papatu Julii IV. ad eundem.* *De Statu Eccleſiæ Genuenſis.* *De Baptiſmo.* *De Miſſa.* Vertit ex latina in italicam lingvam: *Apologiam D. Jacobi de Falleſio, & Tract. Bullingeri de Juſtificatione: aliumqve Tractatum ejusdem.* *De Concilio Tridentino.* *Ad Ducem & Rempubl. Venetam de Fratre Thoma Stella, ſeu Thedeſchino adultero.* *Ad Papam Julium III. qvi librum Mutii approbavit.* *Hiſtoriam Franciſci Spieræ, latinè atqve italicè, cum Apologia.* *Catechiſmum pro uſu Vallis Telinæ.* *De Septimana Sancta.* *Contra Nauſeam qvi Tridentinum Concilium libro edito laudarat.* *De libro cui Tit. Lux fidei.* *De Statuis & Imaginibus.* *Ad Hieronymum Francum, Legatum Julii III. Papæ.* *Ad qvendam Cardinalem, qvi erat per Rhetiam iter facturus.* *De literis Othonis Cardinalis Auguſtani, ſcriptis de Creatione Julii III.* *Reſponſio ad Chriſtophorum Madrutium Cardinalem Tridentinum.* *De Facultatibus ac mandatis Pauli Odeſchalchi, Comenſis, Nuncii Apoſtolici.* *Edictum nomine ejusdem.* *De Concilio Tridentino Dialogi ſex.* *Qvatuor literæ ſub nomine Bonini de Boninis*

de

de Statu Romana Curia. De Epiſtolis italicè ſcriptis à Claudio Ptolomao. Edictum contra Lutheranos. Ad Liberatores civitatis Placentia. Qot modis Vir pius qvi in Italia degat ſæpe Deum & Chriſtum negare compellitur. Epitome libri cui tit. Anatomia Miſſa ab Antonio de Adamo. Contra Leandrum Alberii Monachum Dominicanum ejusqve mendacia, qva ille ſcripſit in libro cui tit. Deſcriptio Italia. De nugis & fabulis Papa Gregorii I. Librum I. De triginta Miſſis nuncupatis S. Gregorii. Duodecim Conciones de Antichriſto. Adverſus aliqvot Epiſtolas editas à Dionyſio Naſtagio. Atqve hæc omnia italicè ſcripta ſunt. Latinè verò & Italicè hæc ſunt ab eo conſcripta: *Conſilium trium Epiſcoporum Bononia congregatorum. Contra Catalogum Arcimboldi Archiepiſcopi Mediolanenſis. Epiſtola ad Cardinalem Tridentinum, qva petit Salvum Conductum, ut tutò poſſit eo accedere. Contra Durantem de Palazolo Cardinalem, ſub nomine Athanaſii. De veris Indulgentiis D. N. Jeſu Chriſti. Decem Conciones de Antichriſto Retractatio ad Iuſtinopolim patriam. Actiones duorum dierum ſub nomine Secretarii Pontificii, qvod Pontifex inſtaurare Concilium non debeat, nec exeqvi illud poſſit. Contra Decreta Concilii Tridentini. Oratio de Diminutione Papatûs. Commentaria in Acta Apoſtolorum. De Idolo Lauretano.* Latinè autem hæc ab eo edita ſunt: *Ad Eberhardum primogenitum Illuſtriſſimi Principis Virtenbergenſis Inſtitutio Chriſtiana. Concilium Tridentinum omnibus piis fugiendum eſſe. Concilium non modo Tridentinum, ſed omne Papiſticum perpetuo fugiendum eſſe omnibus piis. Scholia in Orationem Cardinalis Poli ad Cæſarem, qva illum ad arma contra eos, qvi Evangelio nomen dederunt, inſtigat. Sub nomine Athanaſii, Nova editio faſciculi rerum expediendarum & fugiendarum. Nova editio libri Ceremon. Rom. Eccleſia, cum Præfatione & Scholiis.* Tranſtulit etiam in Italicam lingvam: *Confeſſionem Illuſtriſſimi Principis Virtembergenſis Concilio Tridentino exhibitam. Syntagmata, item qva in Concilio Tridentino nomine*

mine ejuſdem Principis edita ſunt. Catechiſmum Anglicum. Catechiſmum Johan. Bremii. Libellum Philippi Melanchthonis de Autoritate Eccleſiæ. Matthiæ Flacii libellum de Notis Eccleſiarum. Edidit etiam *16. Epiſtolas Petrarchæ contra Papatum, italicè. Qvatuor Libros Poli Cardinalis cum antidotis.*

Vidmanſtadius Joh. Albertus, *Hungarus*, JCtus & Philologus circa annum 1560. clarus. Primus Syriacam lingvam in Germania propagavit & Novum Teſtamentum Syriacis characteribus impreſſum, Ferdinando Imperatori dedicavit, præmiſſâ Præfatione nervoſa & prolixa. *Vid. G. M. König. in Biblioth. Vet. & Nova f. 868.*

Adrian. Regenvolſcius in Syſtem. Hiſtorico-Chronol. Eccleſiar. Slavonicarum: J. A. Vidmanſtadius *Hungarus*, vir antiqvæ fidei & cordatiſſimus Baro, *Novum Teſtamentum lingvâ & characteri-*
Scripta. *bus Syriacis* (excepta ſecunda S. Petri, 2. & III. S. Johannis. & Apocalyps.) *edidit Viennæ, A. 1555. in 4.* Huic Operi Supplementum dederunt *Lud. de Dieu, Eduardus Pocockius, Oxonienſis, & Uſſerius Armachanus* de Muliere adulterâ, Joan. 8. Edidit præterea etiam *Notationes falſarum Opinionum Mahumedis & de ejus Vita A. 1543. in 4.* Itemqve *Notas ad Mahumedis Theologiam. Noribergæ, A. 1583.* De qvibus conf. G. Crovæi Elenchum Scriptorum in S. Scripturam p. 29.

Vitéz ſive *Viteſius* Ladislaus, *Hungarus*, typis mandavit *Orationem ad Sixtum III. Pontif. Rom. nomine Matthiæ Hung. & Bohemiæ Regis à ſe habitam* Romæ. Vid. Simleri Epitom. Biblioth. Conr. Geſneri. f. 443.

Z.

Zabanius Iſaacus, *Hungarus*, AA. LL. atqve Philoſ. Magiſter, in celeberrimo Eperieſinenſi Statuum Hung. Evangelicorum

corum Gymnaſio Academico circa A. 1670. Profeſſionem Philoſophiæ & Theolog. Polonicæ ſumma cum laude atqve emolumento Juventutis ſuſtinuit, poſt cujus everſionem à Rom. Catholicis factam, exul venit *Cibinium in Tranſylvaniam*, ubi ſpartam nactus eſt primùm in Gymnaſio illus urbis Academico Rectoris & Profeſſoris Publ. cui cum paucos annos laudabiliter præfuiſſet, intuitu tandem ſingularis illius pietatis, parrheſiæ atque exqviſitæ eruditionis theologicæ, ſummum eidem *Antiſtitis Eccleſiæ* necnon *Collegii Academici munus Inſpectoris* concreditum eſt, in qvo etiam beatè vitam finivit A. 1699. Qvantum autem ad ſingulares Ingenii ejus excellentioris dotes attinet, vir ſanè is fuit non tantum admirabili facundiâ præditus, ſed in palæſtra etiam diſputatoria exercitatiſſimus: Præter enim Rev. PP. Soc. Jeſu Caſſovienſes, cum qvibus qvam ſæpiſſimè diſputandi cauſâ publicè congreſſes eſt, ſemper victor, Antagoniſtam qvoqve habuit *Eliam Ladiverum* Gymnaſii ejusdem Eperieſinenſis *Profeſſorem Logicæ atqve Phyſicæ Publ.* in doctrina *Atomorum*, qvam *Zabanius* contra diſſentientem *Ladiverum* defendit, *Vitteberga* tandem de eadem *edita Apologia*. Præter hæc & plura alia ejusdem *Scripta*, qvorum haut exiguum ſanè numerum in Hung. & Tranſylvania edidiſſe perhibetur, non ignoro *Diſputationes* etiam eum in totam *Metaphyſicam Eperieſini in Gymnaſii Cathedra ventilatas typis edidiſſe*; denique *Diſſertatio qvoqve ejus extat, de Qvæſtione: An Ludimagiſter vel Profeſſor præcipuè externa vi exauctoratus ſalvâ conſcientiâ mercaturam facere poſſit?* *Scripta.*

Judicia de hoc *Zabanio*, tum extera tum domeſtica, pleraqve certè optima qvin ſuppetant, licet haut fuerit dubitandum, mihi tamen non niſi hoc unicum nunc ſuccurrit, qvod *Andreas Pinxnerus in Dedicat. Apodemiæ ex Tranſylvania per Pannoniam, Auſtriam &c. A. 1694. ſuſcepta protulit, tali verborum nexu:* Hoc voluerunt tua merita, Ampliſſime Præſul, *Dn. M. Zabani:* norunt namqve ſinguli qvanta ſint tua *opera*, deprædicant cuncti tua facta, extollunt omnes tua merita, qvæ pro Eccleſiæ ſalute, *Judicium.*

 veluti

Digitized by Google

veluti alter Achilles, ſuſcipis, qvorum ſi vel minimam partem ego, anguſto tempore conſtrictus, enarrare tentarem, magna certe & major mea voce dicendi exſurgeret materies, rerum undiqve ampliſſimarum circumfunderer copia. Malo itaqve de tuis meritis, Venerande Theologe, tacere, qvam, cum eadem nec ipſa emetiri qveat facundia, pauca dicere.

Cæterum neqve *Johannes Zabanius* penitus heic ſilentio prætereundus erit, virtutum iſtius *Iſaaci* paternarum ex aſſe hæres, qvippe qvi tam felicis fuerat ingenii ac memoriæ, ut puer nondum ſextum egreſſus annum, omnium cum admiratione, latinâ Oratione ſalutarit *Comitem à Rotthal*, *Commiſſarium Cæſareum*. Adoleſcens *Tubingæ* bonis artibus incubuit, ubi honore qvoqve Magiſtri Philoſophiæ ex merito condecoratus eſt. Tandem redux in *Tranſylvaniam*, Protonotarius Provincialis Tranſylvaniæ creatus; dein Senator Reipubl, Cibinienſis, qvo ipſo charactere in negotiis publicis Patriæ ad Auguſtiſſ. Imperatorem & Regem Hung. *Leopoldum* glorioſiſſimæ memoriæ aliqvoties ablegatus, aureo torqve atqve nobilitate ab eodem donatus eſt, intuitu egregiorum ipſius in literis profectuum, aliarumqve eos comitantium virtutum; qvin munere qvoqve ornatus eſt *Judicis Regii* (vulgo Königs-Richter) Nationis Saxonicæ, qvam provinciam apud hanc gentem ſplendidiſſimam aliqvot annis prudenter feliciterqve adminiſtravit, donec tandem paucis abhinc annis, de conſpiratione cum ſeditioſis qvibusdam ſuſpectus, iſte Hans Sachs / ceu Auguſtiſſimus *Leopoldus* Imperator eum vocitabat, capite truncatus eſt.

Zermegy Johannes illuſtri loco in *Hungaria* cretus, contexuit librum, cum titulo: *Hiſtoria rerum geſtarum inter Scriptum Ferdinandum & Johannem Reges Hungariæ. Amſterodami, A. 1662. in 12.*

Zim-

Digitized by Google

- *Zimmermannus* Matthias, hanc in mortalium lucem editus eſt *Eperieſini*, urbe liberâ Regiâqve *Superioris Hungariæ*, A. 1625. Ex Patriæ ſolo dulciſſimo propter fidei Evangelicæ profeſſionem in exilium pulſus, Saxoniam ad it, ubi primùm Coldicii, zu Coldiz, Paſtor Eccleſiæ, poſtea Miſenæ Superintendentis munere functus, ibidem A. 1689. ex hac vita emigravit. Varias induſtriæ ſuæ lucubrationes qvà in Theologicis, qvà aliis in Scientiis & Artibus elegantioribus imprimi curavit, nempe: *Amœnitates Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Commentariolum de Presbyteriis veteris Eccleſiæ. Hiſtoriam Eutichianam. Analecta Miſcella Menſtrua, eruditionis ſacræ & prophanæ, theologica, liturgica, hiſtorica, philologica, moralis, ſymbolica, ritualis, curioſa, ex optimis & rarioribus Autoribus collecta & reddita. Accedunt variæ figuræ, & indices neceſſarii. Miſenæ. 1674. in 4. Diſſertationem ad Tertulliani dictum:* Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani. Florilegium Philologico-Hiſtoricum, aliqvot myriadum Titulorum, cum optimis Autoribus, qvi de qvavis materia ſcripſerunt, qvarum præcipuæ curioſè & ex profeſſo tractantur, adhibita Re Numaria & Gemmaria. Præmittitur Diatriba de Eruditione eleganti comparanda, cum figuris. *Miſenæ*, 1687. 4. *Scripta.*

Inter *Elogia* hujus Viri meritò retuleris qvatuor illa diſticha, qvæ *Frider. Rappolt*, SS. Theol. D. & P. P. in Academia Lipſienſi Effigiei ipſius æri inciſæ ſubjecit.

Æs loqvitur formam blandâ gravitate verendam, *Elogia.*
Ingenii & ſignat vividioris opes.
Zimmermannum *ipſum non Æs, non ulla loqvetur*
Lingva ſatis, celebri Pannonis *urbe ſatum;*
Tentantem hoc fruſtra Vatem objurgavit Apollo,
Reprime & à vaſtis carbaſa dixit aqvis:
Theologum loqveris, clarum Polyhiſtora Scriptis?
Sola hac ex merito fama loqvetur anus.

de *Zred-*

de *Zredna* Johannes, *Nobilis Hungarus*, Protonotarius
Scriptum Cancellariæ Regis Hungariæ, conſcripſit *Epiſtolas Hiſtoricas de Rebus geſtis inter Imperatorem Fridericum V. & Regnum Hungariæ ab A.C. 1445. usqve ad annum 1451. qvas recollegit in unum volumen membranaceum & Annotationibus marginalibus illuſtravit* Paulus de Ivancis, Dioeceſeos Zagrabrienſis Preſbyter, & *Rector Altaris S. Pauli Apoſtoli in Eccleſia Radinenſi, cum præfixa Epiſtolâ Dedicatoriâ ad Paulum, Archidiaconum Varadinenſem, datâ Varadini, die, 12. Januarii A. 1451.* Ipſum hoc Volumen avtographum aſſervatur in Bibliotheca Vindobonenſi Cæſarea, eſtqve ibi inter Codices MStos Hiſtoricos Latinos n. 243. perhibente *Petro Lambecio in Catalogo Libror. Biblioth. Cæſar. quos ab A. 1647. usqve ad 1673. congeſſit, & in lucem eodem anno edidit, Vindobonæ, in 4. pag. 59.*

Zvonarits Michael, *Hungarus*, Verbi Divini Miniſter, primùm apud *Sárvárienſes*, deinde Concionator Aulicus atqve Confeſſionarius Illuſtriſſ. Comitis *Pauli Nádaſdi*, Auguſt. Con-
Scriptum feſſioni addicti, prælo ſubmiſit *Poſtillam Hungaricè à ſe compoſitam, Csöprögini 1627. in 4.* Qvæ ipſius editioni hujus libri impenſa opera tantò majorem videtur laudem promereri, qvantò pauciores hungaricâ lingvâ conſcriptos ejusmodi libros homileticos licet invenire.

Atqve ita ſunt doctæ *mihi cognita Nomina docta*
Hungariæ, *dicant Nomina plura alii.*

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM
QVI EXTANT
DE
REBVS HVNGARICIS.

Digitized by Google

PRÆLOQVIVM.

Utiliſſimum eſſe ſtudium, quod *Patriæ Hiſtoriæ Scriptoribus* recenſendis impenditur, neminem prudentem facile credo inficias iturum. Comprobant id complures ex omni ferè gente ac natione Autores, qvi hoc in Argumento laudabiliter ſunt verſati. Qvodſi enim eos tantum conſideremus, qui *Hiſtoricas Bibliothecas* certæ cujusdam gentis Scriptorum contexuerunt, maximus eorum numerus oculis noſtris ſeſe objiciet. In eo enim comparebunt qvoad Hiſtoricos Græcos *Gerh. Joh. Voſſius*, & *Bernhard. à Mallinkroth*; qvoad Romanos Latinosqve *idem Voſſius*, *Chriſtoph. Sandius*, *Joh. Hallervord*, *Mart. Zeilerus* & *Mart. Hankius*, *qvi* & *Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptores recenſuit*, *qvoad* Germanos *Dn. Michael Hertius J. U. D.* & *Anteceſſor Univerſitatis Gieſſenſis celeberrimus*; *qvoad* Gallos *Andreas du Cheſne*, & *noviſſimè Dn. Joh. Albertus Fabricius*, *SS. Theol. D.* & *Prof. Publ. in Gymnaſio Hamburgenſi famigeratiſſimus*, *qvoad* Anglos & Scotos *Gvil. Nicolſon*, *qvoad* Polonos *Chriſtoph. Hartknoch*, & *recentiſſime Dn. Gabriel Grodck*, *Gymnaſii Gedanenſis PP. atqve Bibliothecarius.* Plurium aliarum Gentium Hiſtoriæ Scriptores ut jam heic prætermittam. Tot igitur tantorumqve Virorum veſtigiis inſiſtens, mihi qvoque collibitum eſt, poſt recenſitos hactenus ſerie alphabeticâ Literatos Hungariæ Viros, *Catalogum* ſeu *Bibliothecam* eorum Scriptorum iiſdem attexere, qvi qvacunqve ex gente de *Rebus Hungariæ* qvocunqve ſermonis genere qvidpiam in literas miſerunt, eum præcipue in finem, ut Juventus Hungarica fontes & adminicula nanciſceretur, non minore ſtudio Patriæ ſuæ, qvam peregrinæ hiſtoriæ operam ſuam collocare. Qvod noſtrum Inſtitutum ut viâ magis tritâ expediatur, ordine alphabethico retento, dividere hanc ipſam *Bibliothecam* viſum fuit in III. diſtinctas *Claſſes*, qvarum:

I. Con-

Google

I.

Continet Scriptores, Hungaros, Germanos, Gallos, atqve Italos, qvi *ſpeciatim*, *ſeu ex profeſſo & datâ operâ* de rebus in Hungaria ac incorporatis eidem Provinciis, veluti *Dalmatia*, *Croatia*, *Slavonia atque Tranſylvania* aliqvid memoriæ prodiderunt; nimirum *§. I. Scriptores, qvi de Origine harum gentium ſcripſere. §. II. Scriptores Chorographicos & Topographicos. §. III. Scriptores ad Hiſtoriam Hungarorum eorumque Bella facientes. §. V. Scriptores ad Politiam, Jusque Publicum ac Privatum pertinentes. §. VI. Scriptores ad Statum & Hiſtoriam Eccleſiaſticam conducentes. §. VII. Scriptores de Nobilitate Hungarorum, Magnatum item & Illuſtrium Perſonarum Factis & Genealogiis agentes. §. VIII. Miſcellanea variis de rebus, naturalibus puta Hungariæ, mineralibus, antiqvitatibus, inſcriptionibus & id genus aliis collecta. §. IX. MSta tum antiqviora tum recentiora.*

II.

Exhibet Scriptores qvosdam, qvi præter res à ſuis Gentibus geſtas, eas etiam qvæ in Pannonia veteri æqvè ac moderna acciderunt, non ex *profeſso* quidem, *ſparſim* tamen & *incidenter* ſolùm Operibus ſuis immiſcuerunt; hiqve ſunt partim *Græci* & *Latini*, partim *Germani*, *Galli* atqve *Itali*.

III.

Enumerat Scriptores aliqvos, qvi de Populis Hungariæ finitimis, veluti *Auſtriæ*, *Bohemiæ*, *Poloniæ*, *Reipublicæ Venetæ & Imperii Turcici*, qvidpiam retulere, cum qvibus nempe vel Bella vel Fœdera, vel alia qvæqve Hungaris interceſſere, utpote qvorum Commentarii clariorem Rebus Hungaricis affundere qveunt lucem, & abſque ſtudio partium easdem illuſtrare.

 CLAS-

Digitized by Google

CLASSIS I.

SCRIPTORUM, QUI HUNGARIÆ ET EI INCORPORATARUM PROVINCIARUM HISTORIAM; *SPECIATIM* SEU *EX PROFESSO DATAQUE OPERA* EXPOSUERUNT.

§. I.

De Antiquitate & Origine Hungarorum.

AMbroſii *Johannis Diſſertatio Philologica de* Origine gentis Hungaricæ, *habita Jena A. 1659. in 4.* Conf. Specimen Hung. Literatæ p. 16.

Cantaclari *Caroli Excerpta ex Hiſtoriis de Hunnis & Gothis Pariſiis, 1690.*

Csipkés *Georgii* Hungaria illuſtrata: *Sive Explicationes lingva Hungarica. Ultrajecti 1654. in 8. Conf. S. H. L. p. 111.*

Foris *Franciſci* Ottrokocsii *Origines Hungaricæ: Seu* Liber, *qvo vera Nationis Hungaricæ Origo & Antiqvitas è veterum monumentis & lingvis præcipuis panduntur. Franekeræ, 1693. 8. Cui adjungi meretur*, Joh. Georgii Eccardi *Diſſertatio inauguralis de* Uſu & Præſtantia Studii Etymologici, in ſtudio Hiſtorico, *habita Helmſtadii 1706. in 4.* Conf. Sp. H. Lit. p. 149. & ſeqq.

Frankii *Valentini* à Frankenſtein *Origines Nationum & præcipuè Saxonicæ in Tranſylvania, cum nonnullis aliis Obſervationibus ad ejuſdem Jura ſpectantibus, è ruderibus privilegiorum & hiſtoriarum deſumtis. Helmſtadii A 1697. in 4. ſecundum exemplar Cibinii A. 1696. in forma 12. impreſſum.* Conf. Sp. H. Lit. p. 158.

Kelpii *Martini* Holdvilagienſis Saxo-Tranſyl. *Natales Saxonum Tranſylvaniæ. In formæ Diſput. publicæ editæ ſunt Lipſiæ, 1684. in 4.* Reſpondente Joach. Chriſtiano Weſtphal. *4. phyliris.*

Platani *Pauli Diſputatio Hiſtor. de Gentis Hungaricæ primis incunabilis, habita Vitteberga, 1676. in 4. Reſpond. Joh. Majero.*

Rothii

Digitized by Google

Rothii *Rudolphi* (Gymnaſii Ulmenſis h. t. Rectoris celeberrimi) *Attila Hunnorum Rex, quem ex Hiſtoricis accuratè delineatum gentisque* Hungaricæ *ſimul Originem pereruditè erutam, in ſpeciali Diſſert. Jenæ publicavit A.* 1671. *cujus in frontiſpicio duo numiſmata antiquiſſima conſpiciuntur* Attilæ *effigiem repræſentantia.*

Toppeltini *Laurentii* Origines & Occaſus Tranſylvanorum: *Seu Erutæ Nationes Tranſylvaniæ, earumque ultimi temporis Revolutiones, hiſtorica narratione breviter comprehenſæ. Lugduni* 1667. 12. Conf. Spec. Hung. Liter. p. 386.

Anonymi *La Guerra d' Attila, flagello di Dio, tratta d' all' Archivo de Principi d' Eſte, in Venetia* 1569 8.

Enimverò multò plures licet extent Autores qvi de *Origine Gentis Hungaricæ* commentati ſunt, & plerumqve etiam primordia in Hiſtoriis Hungariæ proponendis inde ſoleant deſumi; veluti *Bonfinius, Túrocius, Petrus de Réva, Schödelius* & alii; tamen ſupervacaneum eſſe arbitror longa ſerie illos omnes heic adducere, quippe quod §. 3. mentio eorum prolixior injiciatur.

§. II.

De Scriptoribus Chorographicis & Topographicis Hungariæ.

ANonymi *Deſcriptio Regni Hungariæ Geographica, latinè & germanicè. Coloniæ* 1596. *fol.*

- - Caniſæ *obſidionis Anni* 1601. *hiſtorica narratio, Biponti excuſa anno eodem, in* 4.

Budinæ *Samuelis* (Labacenſis Carniolani) *Hiſtoria Szigethi, ex Croatica in latinam lingvam converſa, totius Slavoniæ fortiſſimi propugnaculi, quod à Solymanno Turc. Imperatore, An.* 1566. *captum, Chriſtianisque ereptum, inſerta eſt* Vol. II. Script. Rerum Germ. S. Schardii.

Digitized by Google

Coberi *Tobiæ Deſcriptio Budæ. Lipſiæ. 1606.*

Friſchii *Marci Chorographia Croatiæ. Noribergæ. 1555. 8.*

Hulſii *Levini Deſcriptio Tranſylvaniæ, Moldaviæ & Valachiæ. Francofurti Mæn. 1595. 4.*

Lazii *Volfgangi Chorographia Pannoniæ. Viennæ, apud Ægidium Aquilam.* Ejusdem *Regni Hungariæ Archilogiæ Liber unus.*

Lucii *Johannis Libri IV. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, cum Tabulis Geographicis. Francofurti M. 1666. in fol. Amſterodami 1668. & 1688. fol.*

Manutii *Pauli Deſcriptio Tranſylvaniæ.* Hujus indicium faciunt Forſtneri Notæ Polit. in Lib. IV. Annalium Cornelii Taciti.

Marſilii *Aloyſii Ferdinandi*, Comitis Italiæ, *Prodromus inſignis illius Operis* quod olim meditatus eſt ad naturalem totius Hungariæ hiſtoriam facientis, *atque ſub hoc titulo eundem promiſit: Regius Pannonico-Myſius Danubius ex Cetio monte in Auſtria ad flumen Jantra uſque in Bulgaria, confluentium aqvarum agmine decurrens: geographicè, hiſtoricè & phyſicè deſcriptus: regionum qvalitatibus, aqvarum decurſibus, Romanorum antiqvitatibus, mineralium, vegetabilium & animantium nativis productionibus delineatus ac explanatus; aſtronomicis, mathematicis, eruditis & naturalibus principiis illuſtratus. Hujus Operis Prodromum* ad Regiam Societatem Anglicanam, cujus ipſe membrum eſt, dedit A. 1700. in fol. regali impreſſum. Facilis ipſi fuit occaſio, dum Leopoldi Imp. Campi præfectus Excubitor. Generalis in ſuperiori bello Turcico omnem Hungariam peragraret, maximè verò dum poſt pacem Carlovizenſem controverſiæ, quæ de finibus ſupererant, dirimendæ & accuratis undiqvaqve limitibus conſtituendis à Cæſare præficeretur. Verùm cum in Briſacenſi cauſa A. 1704. ſiniſtra fata is fuerit expertus, ſpes videtur omnis de completi hujus Operis editione evanuiſſe.

Molleri

Digitized by Google

Molleri *Dan. Guilielmi Diſſertatio Hiſtorico-Geographica de Tranſylvania, habita Altdorfii A. 1700. in 4.* Conf. Specimen Hung. Literatæ p. 257. & ſeqq.

à Reichersdorf *Georgii Tranſylvaniæ & Moldaviæ aliarumqve vicinarum Regionum ſuccincta deſcriptio, adjectis II. tabulis geographicis. Viennæ 1550. 4. Juncta etiam eſt* Mart. Broniovii de Bieczfedea Tartariæ Deſcriptioni, quæ Coloniæ prodiit Agrip. A. 1595. in fol. Conf. Spec. Hung. Lit. p. 314.

Sambuci *Johannis Expoſitiones Obſidionum Agriæ, Szigethi, Temeſvari, Tokai & Gyulæ.* Continentur in ejuſdem Continuatione Decadum Hiſt. Hung. Bonfinii. *Item in* Vol. II. & IV. Script. Rerum German. S. Schardii. Conf. Spec. H. L. p. 314.

Schardii *Johannis Buda hiſtorico-mathematicè delineata. In forma Diſput. academicæ habita & edita Lipſiæ 1687. 4.*

Schurtzfleiſchii *Conradi Samuelis Diſſertatio de* Sirmio *urbe Hungariæ, habita Vitteberga, Reſpond.* Jacobo Zablero Bartfâ-Hungaro. *Extat in ejus* Volum. Diſputationum Hiſtorico Civilium, qvod Lipſiæ prodiit 1699. in 4.

Stellæ *Joh. Martini Deſcriptio & munitio* Ovarini *ſive* Altenburgi, *arcis in Hungaria qvondam dotalis Mariæ, Reginæ Hung.* Vid. Vol. II. Scriptorum Rer. Germ. Schardii.

Typotii *Jacobi* Jaurinum, *qvo oppidi invictiſſimi in Pannonia (germ.* Raab / *hung. verò Györ dictum) occupatio, auſpiciis Germanicis, deſcribitur. Halæ, 1598. 8.*

Anonymi Belagerung und Abzug der Veſtung Buda oder Offen in Kupffer vorgebildet. 1599. 4.

- - Offens Glück und Unglücks-Fälle. Das iſt: Eine kurtze doch eigentliche Beſchreibung / deren tapfern Thaten Belagerungen und Scharmitzlen / die vor / in und bey Offen ſich ereignet / und zugetragen haben. - - 1684. 8.

Auf-

Digitized by Google

-- Aufrichtige Vorſtellung und Beſchreibung der Welt-berühmten / ehemahls derer Könige in Ungarn gewöhnlichen Reſidenz, bishero aber unter des Türckiſchen Bluthunds Gebiet geſtanden / und nunmehro von Käyſerl. Majeſtät Armee belagerten Stadt Offen. Franckfurt am Mayn. 1684. 8.

-- Die ehemahls Königliche Ungariſche Reſidenz, nun aber erbärmlich zugerichtete Türckiſche Stadt Offen. Vorgeſtellet in Beſchreibung deroſelben vormahliger in und äuſſerlicher Beſchaffenheit / auch erlittener Veränderungen / durch unterſchiedliche Belager- und Eroberungen; ſambt dem was ſich bey jetziger Belagerung merckwürdiges hat zugetragen / nebſt einer accuraten Abbildung ſolcher belägerten Veſtung. Augſpurg. 1686. 8.

-- Vierfacher curieuſer und gantz neuer umbſtändlicher Bericht aller ſich jüngſt zugetragenen Actionen der Chriſtliche Völcker vor Neuhäuſel / wie nemlich ſelbige Veſtung denen Türckiſchen Raub-Vögeln ſtürmiſcher Weiße entriſſen. Nürnberg. 1685. 8.

von Birken *Sigiſmundi* Neuvermehrter Donau-Strand / mit allen ſeinen Ein- und Zuflüſſen / angelegenen Königreichen / Provinzien, Herſchaften und Städten / nebſt einer Hungariſch- und Türckiſchen Chronica, ſamt 70. in Kupfer geſtochenen Figuren der fürnemſten Städte und Veſtungen ꝛc. Nürnberg A. 1686. 12.

Dillichii *Vilhelmi* Ungariſche Chronica. Oder kurtze Beſchreibung und eigentliche Abriße der Länder und Veſtungen / ſo der Türck bishero in Europa zum theil mit Krieg angefochten / zum theil unter ſein Joch gebracht. Caſſel. 1609. 4.

Hulſii

Hulſii *Levini* Kurtze Beſchreibung des Fürſtenthums Siebenbürgen / Moldau und Wallachey. Franckfurt am Mayn 1595. 4.

Krekvitzii *Georgii* Richtige Beſchreibung des gantzen Königreichs Ungarn. Franckfurt. M. 1685. 8.

Lazii *Volfgangii* des Königreichs Ungarn ſambt ſeinen einverleibten Landen gründliche und wahrhafftige Chorographiſche Beſchreibung. Wien. *1556.*

Münſichti *Chriſtiani* Neue und kurtze Beſchreibung des Königreichs Ungarn. 1664. 8.

Neſſelii *Danielis* Beſchreibung der Stadt Offen nach ihrer Belagerung.

Wagneri *Joh. Chriſtoph.* Beſchreibung des gantzen Orients / ſonderlich des Königreichs Ungarn und der gantzen Türcken mit Kupfer Stücken. Augſpurg A. 1685. & 1705. *fol.*

Weberi *Johannis* Hiſtoriſche Beſchreibung des Wappens der Königlichen Freyen Stadt Eperies in Ober-Ungarn. Leutſchau 1686. in 8. Conf. S. H. L. p. 397.

Zeileri *Martini* Neue Beſchreibung des Königreichs Ungarn / und darzu gehörigen Städte und fürnemſten Oerter / mit *Johan Beza* Vermehrung heraus gegeben zu Ulm. A. 1664. 8. A. 1685. aber zu Augſpurg mit neuer Continuation von Andreas Stübel. in 8.

Zimmermanni *Vilhelmi Petri* Aller Ungariſchen Städte / Veſtungen / Caſtellen und Häuſer wahrhafftige Contrafacturen und Beſchreibung. Augſpurg 1604. in f.
Ejusdem *Iconographia* Anderer Theil der Ungariſchen Städte / Veſtungen und Caſtellen ſo von A. 1603. bis auf den Frühling 1607. beydes von den Chriſtlichen und Türckiſchen Völckern erſuchet / erobert oder verlohren worden / ſambt dem eigentlichen Abris und Fürbildung. *Ibidem 1604. in fol.*

b Tabu-

Digitized by Google

Tabulæ aliqvot geographicæ, Regnum Hungariæ delineantes.

ANonymi *Deſcriptio Hungariæ propoſita duabus mappis geographicis cum annotatione varia hiſtorica.* Francofurti ad Mœn. 1595. fol. pat.

- - *Hungarici Regni Deſcriptio geographica.* Coloniæ 1596. f. pat.

- - *Tabula Geographica Regni Hungariæ.* Francofurti. M. 1663. f.

Arthuſii *Gothardi Tabula chorographica totius Hungariæ.* Francofurti Mœn. 1607. apud viduam de Bry.

Regni Hungariæ nova & exactiſſima delineatio, Amſterodami apud Joh. Blaeu.

Illyricum hodiernum, quod Scriptores communiter in Dalmatiam, Croatiam, Boſniam & Slavoniam diſtingvunt, Ibidem apud Joh. Blaeu.

Slavonia, Croatia, Boſnia cum Dalmatiæ parte per Gerhar. Mercatorem ibid. apud eundem.

Ejusdem Mercatoris *Valachia, Servia, & Bulgaria*. Amſterodami apud Gviliel. Blaeu, & Joh. Janſon.

Tranſylvania Principatus. Ibidem apud Joh. Blaeu.

Tabula geographica Regni Hungariæ, Gabrielis Bucelini, Ulmæ, 1657.

Tabula Hungariæ geographica Jacobi Canteſii, Romæ 1686.

Tabula Hungariæ geographica Matthiæ Cinthii. Norібergæ 1507.

Tabula geographica Regni Hungariæ accuratiſſima N. Cornelli, *Veneti. Dalmatiam qvoqve idem Autor duabus tabulis elegantiſſimè delineavit, qvi etiam aliqvot ejus partes, Comitatum nempe* Jaderanum, *ſive* Carenſem, *Dominium* Reipublicæ Raguſinæ ſive Epidaurenſis *& fluvios Drinum ac Boianam luci publicæ expoſuit. Qvi* pariter Obſidionem Neuheuſelianam, Strigonienſemqve A. 1685. *tabulâ geographicâ curatè delineavit. Tranſylvaniæ Principatum ſimili*

ſimili ſtudio exhibuit. Commendanda deniqve erit ejuſdem Cornelli Tabula, *in qva* Danubius *à fontibus uſque ad oſtia deſcribitur.*

Nova & recens emendata tabula totius Regni Hungariæ una cum adjacentibus & finitimis Regionibus, Amſterodami *excudebat* JuſtusDankertz, A. 1657.

Noviſſima & accuratiſſima totius Hungariæ tabula autore P. du Vallio, *Geographo Regis Galliæ ordinario, lingvâ gallicâ deſcripta.* Amſterodami apud eundem Dankertzium.

Regnorum Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Boſniæ, Serviæ & Principatûs Tranſylvaniæ noviſſima exhibitio, facta à Joh. Baptiſta Hohmanno. Noribergæ.

Veteris Pannoniæ utriusqve nec non Illyrici Deſcriptio geographica. Amſterodami apud Johannem Janſonium.

Hungariæ Regnum geographicè in una Tabula delineatum. Ibid. apud Eundem.

Partis Hungariæ inter Tibiſcum & nigrum Chryſum nova & accurata deſcriptio. Ibid. apud Eundem.

Nova & accurata Tranſylvaniæ deſcriptio, Amſterodami apud Johannem Janſonium.

Sclavoniæ, Croatia cum Dalmatiæ parte, Ibid. apud Eundem.

Petri Kæri *Deſcriptio Daciæ & Moeſiæ*, Amſterodami apud eundem Janſonium excuſa.

Totius Regni Hungariæ maximaque partis Danubii fluminis unà cum adjacentibus & finitimis regionibus noviſſima delineatio (duobus foliis patent.) Francofurti. M. apud Vilhelmum Serlin.

Nova Hungariæ Tabula geographica, Noribergæ apud Jacob. Sandrart.

Tabula nova Hungariæ geographica, Ibid. apud Paulum Fürſt. II. fol. patent.

Totius Regni Hungariæ maximaque partis Danubii fluminis cum adjacentibus Regionibus noviſſima delineatio, Amſterodami per Nicolaum Viſcherum.

Digitized by Google

Mappa Regni Hungariæ, propitiis Elementis fertiliſſimi cum adjacentibus regnis & provinciis nova & accuratiori forma ex optimis ſchedis collecta. Dedicata Auguſtiſſimo Rom. Imperatori Joſepho *Primo, Hungariæ Regi Invictiſſimo ab ejuſdem S. Majeſtatis Camera Regia Hungarica A 1709. operâ* J. C. Mülleri S. C. *M. Ingeniarii.* Extenditur ad 4. folia regalia, eamqve omnibus qvas hactenus vidi optimo jure præferendam cenſeo.

Duæ quoque Tabulæ æri inciſæ extare dicuntur, quarum altera Inſulam Schüttam; *altera* loca Caniſam *circumjacentia repræſentant, quas tamen adſpicere nondum mihi licuit.*

ANonymi *Mappa* und an vielen Oertern verbeſſerte Land-Beſchreibung des Königreichs Ungarn und der anſtoſſenden Ländern / von Wien in Oeſterreich / bis gegen Conſtantinopel / und an das ſchwartze Meer. Franckfurt am Mayn. 1595.

- - Neue Ungariſche und Türckiſche groſſe Land-Carte / benebenſt den anſtoſſenden und benachbarten Ländern / von Regenſpurg aus/bis hundert Meil hinter Conſtantinopel / dabey ein Büchlein zu geſchwinden Auffſuchen der Oerter dienlich / Nürnberg bey Joh Hofman. II.fol.

Cartes Geographiqves du *Nicol. Sanſon* d'Abbeville: Haute partie du cours du Danube: Baſſe partie du cours du Danube. Hongrie Septentrionale: Hongrie Meridionale: Dalmatie, & Tranſylvanie, *à Paris. 1666.*

Nouvelle Carte en deux grandes feuilles, contenant non ſeulement les Provinces de l'encien Roiaume d'Hongrie, mais encore tous les Pais & Etats Circonvoiſins, juſqv' à la petite Tartarie Crimee, qui y eſt entierement, auſſi bien qve le cours du Danube & du Dniſter, avec les paſſages des petits Tartares ſur le Boriſthene par *P. Placide Auguſtin* de chauſe Geographe Ordinaire du Roi, *à Paris.*

L'eſtim

Digitized by Google

L' eſtim qve le Roi Louis XIV. fait de cette Carte, & la maniere dont il l' a reçu, ſont connoitre, qv'elle eſt auſſi exacte qve belle.

Les Confins des Chriſtiens & des Turcs en la terre ferme la Hongrie, l'Eſclavonie, la Croatie, & la Dalmatie, par *Petr du Val 1663. à Paris chez Jean Lagniet.*

In Abrahami Ortelii *Theatro Orbis terrarum, qvod* Antverpiæ A. 1609. *in fol. prodiit, exhibentur Tabulæ geographicæ ſeqventes:*

Pannoniæ & Illyrici Veteris.

Vetus deſcriptio Daciarum & Mœſiarum.

Illyrici Deſcriptio auctore Joh. Sambuco.

Hungariæ loca præcipua recens emendata atqve edita per eundem Sambucum.

Tranſylvaniæ Deſcriptio, qvam idem Sambucus jam A. 1566. Viennæ ſeorſim imprimi curaverat.

Hungariæ Deſcriptio Volfg. Latio *auctore, antea* Ingolſtadii *impreſſa A. 1588.*

Sclavoniæ, Croatiæ, Carniæ, Iſtriæ, Boſniæ finitimarumqve regionum deſcriptio, auctore Auguſt. Hirſchvogelio.

Inſuper in Ortelio Redivivo & continuato per Mart. Mayerum, *folio ſtatim I. occurrit etiam elegans Tabula Geogr. totius* Hungariæ *uſqve ad Conſtantinopolim extenſa, in II. diverſis foliis. Ut jam* Gerhardi Mercatoris, Petri Bertii, Jacobi Gaſtaldi, Matthiæ Qvadi, *aliorumqve Geographorum Tabulas hæc non attingam, in Operibus ipſorum geographicis occurrentes.*

Ceterum circa T*abulas geographicas* probè animadvertendum eſſe judico: 1) pleraqve locorum in iis deſignatorum nomina non tantum corrupte, ſed contra ipſum lingvæ etiam Hungaricæ genium eſſe exarata, qvæ Hungaro nato puroqve nonniſi conjecturâ, vel ex peregrinatione diuturniore ſuggeſta innoteſcere qveant. 2) In recentioribus potiſſimum tabulis plura pagorum vicorumqve nomina, qvaſi urbes aut caſtella munita eſſent, fuiſſe adducta. 3) Plurimorum locorum & appellationes & deſignationes in iiſdem deprehendi,

hendi, qvæ continuis bellis vel vaſtata vel ſolo æqvata, vel præter rudera nihil amplius reſidui peregrinantibus exhibent. 4) Non abs re fuerit etiam monere, in illis Hungariæ Tabulis geogr. qvæ in Comitatus, juxta Regni hujus conſvetudinem ſunt diſtinctæ, errores haut paucos levesqve fuiſſe commiſſos: ut enim taceam in juſto eorum numero exprimendo ut plurimum fuiſſe ceſpitatum, profectò in finibus etiam illorum recte aſſignandis atqve loco debito collocandis, id qvod obſervandum erat, hautqvaqvam fuiſſe obſervatum.

§. III.

De Scriptoribus ad Hiſtoriam Hungarorum, eorumqve Bella facientibus.

ANonymi *Chronicon Hungarorum, impreſſum Budæ. A. C. 1573. in fol.*

- - *Tractatus Motuum Hungaricorum, tribus partibus conſtans Prodiit Amſtelodami A. 1687. in 12.*

Arthuſii *Gothardi Hiſtoria chronologica Pannoniæ:* Seu *Res, per Hungariam, & Tranſylvaniam, jam inde à conſtitutione regnorum illorum, uſqve ad A. 1640. geſtas, complectens: Additis iconibus Regum, Ducum & Procerum tam Chriſtianorum qvam Turcicorum, Theodori de* Bry, *cum tabula chorographica totius Hungariæ. Francofurti Mœn. 1608. in 4.* extat germanico etiam idiomate impreſſa.

Bakſai *Abrahami Chronologia Ducum & Regum Hungariæ, Cracoviæ, A. 1567. in 4.* & Decadibus Hiſtor. Hung. Bonfinii inſerta fol. 914. & ſeqq. Conf. Specimen Hung. Lit. p. 28.

Bergeri *Eliæ Connubium Hungariæ & Bohemiæ in Rege Matthia II. coronato, A. 1611. ſancitum.*

Bethlenii *Johannis Rerum Tranſylvanicarum Libri IV. continen-*

tinentes res geſtas Principum ejuſdem ab A. 1629. ad annum uſque 1633. Amſterodami. 1664. 12. Hic liber magni faciendus, cum à viro illuſtri, qvique rebus gerendis utplurimum ipſe interfuit, compoſitus eſt. *Conf. Spec. H. L. p. 67. Prodiit hoc opuſculum in germanicum quoqve idioma* à Joh. Tröſtero *verſum, Noriberga 1666. 12. ſub titulo* Bedreugtes Dacia. Das iſt Siebenbürgiſche Geſchichte. &c.

Bizarri *Petri Deſcriptio Aula Turcica, atqve Belli Pannonici, ſub* Maximiliano *II. Romanorum; &* Solymanno *Turcarum Imperatoribus, geſti: nec non Expugnatio Arcis* Szigethi. *Baſilea. 1583. 8.*

Bonfinii *Antonii* Hiſtoria Pannonica: *ſive Hungaricarum Rerum Decades IV. cum dimidia, Libris XLV. comprehenſa.* Hos Commentarios hortatu Matthiæ I. Regis Hung. primùm conſcripſit, atqve Hiſtoriam gentis ab Origine usqve ad A. 1493. complexus eſt. Tres priores Decades edidit *Mart. Brennerus* (Tranſylvanus) qvæ Baſileæ prodierunt A. 1543. in fol. ſed mendosè. Harum ſummam *Mich. Ritius* duobus libellis, qvi de Rebus Hung. inſcribuntur expreſſit. *Illos dein* Joh. Sambucus *continuavit atqve Appendicem adjecit uſqve ad tempora Ferdinandi I. Imp. Rom. & Regis Hung. Acceſſerunt ejuſdem Orationes Parentales III. in Ferdinandum I, Maximilianum II, & Rudolphum II. Expoſitiones obſidionum Agria, Szigethi, Temeſvári, Tokaini, Gyula: Contractus matrimoniorum inter Ludovicum & Mariam, ac Ferdinandum & Annam; Concordia Hungaria inter Fridericum III, Maximilianum I, & Vladiſlaum, Reges: Clades Mohácsienſis.* Broderithi *Hungaria deſcriptio*, Joh. Heroldi *Chronologia Pannonia*, Michaelis Ritii *de Regibus Hungaria Libri II.* P. Callimachi *Attila:* Nicolai Olahi *Attila.* T. Corteſii *Carmen de laudibus Matthia Regis.* Abrahami Bakſai *Chronologia, Gnoma generales* Sambuci *de tribus ſummis in Imperatore virtutibus: Regum Hung. priſcorum Conſtitutiones ſeu Decreta. Recentiſſima editio in* §*. commodiores diſtincta, marginalibus*

libus illuſtrationibus locupletata, & copioſiori indice exornata, prodiit Colonia Agrip. A. 1690. in fol. Prodierunt hæ ipſæ Decades in Germanicam qvoqve lingvam per *Paul Friſium*, Nagoltinum translatæ, Francof. Mœn. 1581. fol. Plures Editiones *vid. in Spec. Hung. Liter. p. 84. & ſeqq.*

Bongarſii *Jacobi Collectio Hungaricarum Rerum Scriptorum variorum aliqvot, tum Hiſtoricorum, tum Geographicorum, Francof. Mœn. 1600. fol.*

Brandolini *Aurelii cognomento* Lippi, *Dialogus ad Matthiam I. Regem Hung. de Rebus Hungarorum præclare geſtis.* Hunc Mart. Brennerus in Epiſtola ſua ad Franciſcum de Réva, Regni Hung. Palatinum exarata & Hiſt. Hung. Bonfinii præmiſſa, anno 1540. ſe typis edidiſſe tradit, cujus tamen copiam hucuſqve mihi haut eſſe factam doleo. *Conf. S. H. L. pag. 90.*

Broderithi *Stephani Narratio de prælio ad Mohács A. 1526. commiſſo, in qvo Ludovicus Rex Hung. occubuit, prodiit ſeorſim Argentorati cum additionibus* Caſp. Kuhnii 1688. in 8. junctim verò cum Bonfinii Decadibus, atqve Schardii Script. Rerum German. Tomo II.

Csirnovitzii *Johannis (Hungari) Libri III. de Bello Pannonico - - 1619.*

Enſii *Caſparis Rerum Hungaricarum Hiſtoria Libris IX. comprehenſa, in qva præter Regionis ſitum, cæteraqve, qvæ eo pertinent, ea qvæ à primis Regni incunabilis acciderunt*, breviter; *noſtri verò & ſuperioris temporis res geſta ad A. uſque 1604.* fusè *deſcribuntur. Colonia Agr. 1604. & 1648. in 8.* Ejuſdem verò *Appendix ad hanc Rerum Hungaricarum Hiſtoriam prodiit. A.* 1608. *ibid. in 8. Item* Ejuſdem *ſuccincta nuperi Motus Auſtro-Ungarici Narratio. 8.*

Forgácsii *Franciſci Commentarii ſui temporis hiſtorici Hungariæ.* Conf. Sp. H. L. p. 147.

Fer-

Ferrarii *Sigiſmundi*, Fratr. Ord. Prædicatorum, *Commentarii de Rebus Hungariæ. Viennæ, typis Matth. Formicæ, 1637. 4.*

Gabelmanni *Nicolai Militia Mansfeldiana Hungara. Francof. ad Mœn. 1597. 4.* Ejusdem *Monarchia Hungaro-Turcica Libri IIX. Lugduni Bat. 1590. 4.*

Gorezii *Leonhardi de bello Hungarico-Valachico & Valachiæ Hiſtoria -- 1598.*

Heltai *Caſparis, Chronicon Hungariæ, Claudiopoli, 1575. 4.*

Heroldi *Baſilii Johannis Rerum contra Turcas auſpiciis Ferdinandi I. Auſtriaci Rom. Imp. & Regis Hung. A. 1556. in interamnenſi Pannonia geſtarum Hiſtoriola, dialogo conſcripta. Hannoviæ, 1613. 8.* Habes eandem etiam Tomo II. Script. Rer. German. S. Schardii. Ejusdem *verò Chronologiam Pannoniæ* in Decadibus Hiſt. Hung. Ant. Bonfinii fol. 834. & ſeqq.

Jacobini *Johannis Narratio rerum in Tranſylvania à Sigiſmundo* Báthori, *Tranſylvaniæ Principe, geſtarum. A. 1595. 8.* Continet eandem etiam Bongarſii Collectio Script. Hung. *Conf. S. H. L. p. 185.*

Iſtvanfii *Nicolai Hiſtoria Hungarica Libri XXXIV. ab A. 1490. qvo Matthias Corvinus Rex Hung. fato functus eſt, ad Matthiam uſqve II. prodierunt Coloniæ, 1622. & 1685. fol.* Conf. Sp. Hung. Lit. p. 188. & ſeqq.

de Kikellö *Johannis Chronicon Hungariæ.* Plura de hoc vide in Sp. H. Liter. p. 203. & 392.

Lazii *Volfgangi, Rei contra Turcas A. 1556. geſtæ brevis deſcriptio, cum adjecta Chorographia Pannoniæ. Francof. Mœn. A. 1600. in fol.* Recenſentur in ea accuratè: Prælia, oppugnationes, expugnationesqve locorum, regionis item ſitus & confinia, & id genus alia. Extat eadem etiam inter Scriptores Germ. Rerum S. Schardii Tomo II. *Qvo cum jungi merentur* ejuſdem *etiam Libri*

aliqvot Rerum fortiter ac feliciter geſtarum à Ferdinando III. Rom. Imp. atqve Rege Hung. in Hungaria, Bohemia, Saxonia, &c.

Mannavini *Antonii (*Genuenſis*) Liber de Bellis Hungaro-Turcicis ex Italico in Latinum converſus à* Philippo Lonicero.

Mileſii *Matthiæ Chronicon Tranſylvaniæ Seculi à N. C. XVI. typis impreſſum eſt in Tranſylvania.*

Nadányi *Johannis Florus Hungaricus, ſive Rerum Hungaricarum ab ipſo Exordio gentis ad Ignatium Leopoldum deductarum Compendium. Amſterodami 1663. 12. Conf. S. H. L. p. 276.*

Parſchitii *Chriſtophori Tabella Hungariæ Ducum & Regum Chriſtianorum, in qva eorum Ortus & Occaſus, Regnorum acceſſiones & avulſiones: Provinciarum incrementa & decrementa, Bella domeſtica & extranea cum varia viciſſitudine temporum, brevi penicillo delineantur. Vitteberga, 1692. 8.*

Petantzii *Felicis Oratio protreptica ad S. Rom. Imperii Status & Ordines, ut bellum ſuſcipiant contra Turcas, cum* Deſcriptione Conflictûs in Hungaria, *qvo Rex Hung.* Ludovicus *periit, & qva via Solymannus* Turcarum *Imp.* Budam *uſqve pervenerit ex AlbaGræca: cum enumeratione clara dotium, qvibus Hungaria à natura dotata eſt.* Extat in Collectione Bongarſii Scriptorum aliqvot Rerum Hungar. Ejuſdem *Conſilium qvibus itineribus aggrediendi ſint* Turcæ, *innexum habet* Cuſpinianus ſuo Operi, de Turcorum origine, religione & tyrannide. *Conf. Sp. H. Lit. p. 302.*

van Poot *Abrahami Compendium Hiſtoriæ Hungaricæ.* Conf. Sp. H. L. p. 23.

Privati Treverii *Armæi Compendium Hiſtoriæ Rerum Hungaricarum, cum iconibus Regum, Ducum & tabula geographica Hungariæ, omnia æri inciſa per* Theodor. *de Bry. Francof. Man. 1596. 4.*

Ranzani *Petri Epitome Rerum Hungaricarum cum Appendice Joh. Sambuci,* Viennæ, 1558. fol. & Tyrnaviæ, curâ *Lucæ Pécſii* Hun-

Hungari 1579. in 8. Inſerta etiam eſt Bongarſii Collect. Script. Rerum Hung. *Conf. Sp. Hung. Lit. p. 311.*

Reuſneri *Nicolai Narrationes rerum memorabilium in Pannonia ſub Turcarum Imperatoribus à capta Conſtantinopoli uſque ad A. 1600. geſtarum à variis autoribus concinnata. Francof. Mœn. 1568. in f.* Altera vero earum editio excuſa eſt ibidem A. 1584. in 8. ſub rubro: *Syndromus Rerum Turcico Pannonicarum: Adjunctis in altera parte Lib. II. Lud. Tuberonis Comment.*

de Réva *Petri Centuria VII. de Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ, Auguſtæ Vindel. excuſa à Chriſtoph. Magno, A. 1613. emendatius verò & auctius curâ* Franciſci Comitis de Nádaſd, *Francof. ad Mœn. 1659. in fol. Annales continet rerum Hung. ab ortu gentis uſque ad annum 1655.* Conf. Sp. H. L. p. 313.

Ritii *Michaelis* (Neapolitani) *Supplementum Rerum Hungaricarum*: Seu *de Regibus Hungariæ Libri II.* Prodierunt junctim cum ejuſdem *Ritii*: de Regibus Hiſpaniæ Libr. III. Neapolis & Siciliæ Lib. IV. Hieroſolymorum Lib. I. *Baſileæ, 1517. in 4. apud Joh. Frobenium.* Continentur etiam in Hiſtor. Hung. Bonfinii. f. m. 840. & ſeqq. atqve loco Compendii trium Decadum à Bonfinio ipſo conſcriptarum haberi merentur, *ſiqvidem Hiſtoria ab incunabilis gentis ad Vladislaum usqve II. concinnè in iis eſt pertractata.*

M. Rogerii *Deſcriptio deſtructionis Regni Hungarici per Tartaros facta, formâ epiſtolari, ipſaque Epiſtolâ in capita diviſâ:* Seu ut ipſi vocare placuit, *Miſerabile carmen*, immixtum reperitur Chronico Hungariæ *Johannis Turóczii.* Conf. Spec. H. Lit. p. 317.

Sadoletti *Jacobi Homilia de Regno Hungariæ ab hoſtibus Turcis oppreſſo & capto, cum ejuſdem Oratione de* bello Turcis inferendo, *atque Alcorano in fine eidem adjecto. Baſileæ 1538.*

Sambuci *Johannis Continuatio* Decadum Hiſt. Hung. A. *Bonfinii, ſub hoc nomine jam ſupra expoſita eſt.* Addeſis p. 323. Sp. H. Lit.

 Samo-

Samoſcaſii *Pentades Rerum Tranſylvanicarum.*

Scheſei *Chriſtiani Ruinarum Pannonicarum Libri IV. cum Hiſt. Pannonica Solymanni Imp. Turc. ultimam expugnationem Gyulæ & Szigethi continente. Viteberga* 1573. 4. Ejusdem *Chronologia Hiſtorica Pannoniæ ad Rudolphum II. Imp. carminicè conſcripta. Francof. Mæn.* 1596. *in* 4. *cum figuris aneis.*

Schödelii *Martini Diſqviſitio Hiſtorico-Politica, de Regno Hungariæ*, ſub Præſidio Matthiæ Berneggeri, Hiſt. PP. in Univerſitate Argentinenſi A. 1629. ventilata, *eadem eſt quam* Joh. Ferd. Behamb *ſub titulo: Notitia Hungariæ Antiqvo-moderna Bernéggeriana perpetuis ſuis Obſervationibus, nec non Indice condecoratam, edidit, Ibid.* 1676. *in* 8. Conf. S. H. L. p. 334.

Soiteri *Melchioris* à Vinda JCti, *Lib. II. Belli Pannonici per Fridericum Comitem Palat. Rheni, contra Solymannum Turc. Imperatorem auſpiciis Ferdinandi I. Rom. Imp. & Regis Hung. geſti.* Extat Vol. 2. Script. Rer. Germ. S. Schardii.

Sponekay *Ottonis Hiſtoria Rerum à Regibus Hungaricis geſtarum, Viennæ* 1685. 4.

Stellæ *Joh. Martini* Epiſtolæ IV. *de Turcarum in Regno Hungariæ A.* 1543. & 44. *ſucceſſibus, ad fratres ſuos exaratæ.* Ibid. apud eundem Schardium: *Et ſeorſim Antverpiæ* 1554. *in* 4.

Székelii *Stephani* Chronicon Mundi, *hungaricè contextum, maxima ex parte Hungariæ memorabilia complectitur, impreſſum Cracoviæ,* 1558. *in fol.* Confer Spec. Hung. Liter. p. 367.

Tuberonis *Ludovici Libri X. Commentariorum, de Rebus, quæ temporibus ſuis, in illa Europæ parte, quam Pannonii & Turcæ, eorumqve finitimi incolunt, geſta ſunt. Francof. Mæn.* 1603. 4. Conf. Sp. H. L. p. 392.

Turniani *Lenormantii* Appendix, *Rerum Hungaricarum & Tranſylvanicarum.* 1596. 4.

Túrócii *Johannis* Chronicon *rerum Hungaricarum, ab Attila I Rege Hunnorum, ad Mathiam uſque Corvinum, diademate indutum, quod incidit in A.* 1464. *perductum. Auguſtæ Vind. typis latinis Erhardi Radholt, impenſis vero Theodori Feger, concivis Budenſis A.* 1482. *excuſum: Gothicis literis verò Venetiis* 1488. *in* 4. Habetur etiam inter Scriptor. Rer. Hung. à Bongarſio in unum Volumen collectos.

Ventorii *Libellus Aſcanii de Bello Tranſylvanico.*

de Zermegy *Johannis* Hiſtoria *rerum geſtarum inter Ferdinandum I. & Johannem Hungariæ Reges, Amſterodami, apud Jacob. Lepidi, A.* 1662. 12.

ANonymi Beſchreibung des uhralten edlen Königreichs Ungarn - - 1684. in 4.

- - Der Auferweckte Chriſten Ruhm. Das iſt: Eine ausführliche Relation alles deſſen/ was ſich bey einem Jahr her 1687. in Ungarn/ Dalmatien/ Slavonien/ Pohlen/ Morea und Siebenbürgen / bey allen Eroberungen / Scharmützeln / Revolten / Executionen / Türckiſcher Frid-Begehrungen / jetzigen Land-Tag zu Presburg / und der Glorwürdigſten Crönung Joſephi zum Ungariſchen König / hat zugetragen. Nebſt einer Beſchreibung / wie und wann die recuperirte Oerter an die Türcken ſind gerathen. Gedruckt im Jahr 1688. in 12.

- - Chronologia Pannoniæ. Oder Beſchreibung des gantzen Ungerlandes Herkommen. Franckfurt am Mayn / bey Paul Brachfeld. A. 1696. in 4.

- - Curieuſe Continuation, oder Fortſetzung der Ungariſch-Türckiſchen Chronic / darin die erſten und merckwürdigſte Begebenheiten / Schlachten / und Victorien / derer Chriſtlich Käyſerlich. Königl. Polniſchen Reichs-Alliirten und Venetianiſcher Armeen / wider ihre ab-

Digitized by Google

geſagte Feinde die Türcken / von A. 1685. ſambt einem ausführlichen Bericht / von Beläger- Beſtürm- und Eroberung der bisher geweſenen Türckiſchen/nun aber Chriſtlichen Haupt-Stadt Offen / gründlich und unparteylich enthalten. Darbey auch unterſchiedliche Riße und andere ſchöne Kupfer gefüget werden. Nürnberg in Verlegung Leonhard Leſche. 1686. in 8.

- - Das verwirte Königreich Ungarn. Nürnberg in 12.
- - Des Königreichs Ungarn und Fürſtenthums Siebenbürgen curieuſer und chronologiſcher Geſchichts-Calender / von A. 1600. bis 1698. Leipzig 8. und A. 1703. Ibid. in 8.
- - Empörungen in Ungarn. Cölln A. 1601.
- - Der Siegreich geendigter Römiſch-Kayſerlicher / Moſcovitiſcher / Polniſcher und Venedigſcher 15. Jähriger Türcken-Krieg. Hamburg 1699. 4.

Anonymi Hiſtoria Chronologica Pannoniæ. Das iſt: Ungariſche und Siebenbürgiſche Hiſtoria / was ſich in dieſen Ländern ſeyt der Sündflut / bis auf jetzige Zeit begeben / mit ſchönen Conterfeyungen und Kupfer-Stücken gezieret / von neuem an Tag gebracht durch Dieterich Bry / Wittib und deren 2. Söhnen. Franckfurt am Mayn. A. 1596. 1607. 4.

- - Hiſtoria von den Empörungen ſo ſich in Ungarn auch in Siebenbürgen / Moldau / Wallachei und andern Orten zugetragen / von Jahr und Tag ſeithero des Jahrs der minderen Zahl 1516. bis auf das gegenwärtige 1596. Cölln. in fol.
- - Siebenburgiſche Chronica und Kriegs-Händel zu Waſſer und Land. Wallſtet. A. 1596. 4.
- - Ungariſcher Krieg ſo ſich zwiſchen dem Römiſchen Kayſer Maximiliano II. und dem Türckiſchen Solymanno A. 1565. und 1566. verlauffen hat. Baſel 1566. 4. Un-

Digitized by Google

- - Ungariſcher und Siebenbürgiſcher Kriegs-Händel ausführliche Beſchreibung vom Frühling des 1592. bis auf den Frühling des 1596. Jahrs. Franckfurt am Mayn. A. 1596. 4.
- - Ungariſche / Siebenbürgiſche und Türckiſche Kriegs-Geſchichte. Nürnberg 1686. 8.
- - Wahrhaftige und kurtze Erzehlung der Fürnehmſten Scharmützeln und Schlachten in Ungarn und Crabaten/zwiſchen dem Türcken und Röm. Kayſerlichen Majeſtät Rudolpho II. Urſel. 1594. 4.
- - Vertrag und Bündnüs der Röm. Käyſerlichen Majeſtät Rudolphi II. und Siegmund den Fürſten in Siebenbürgen wider den Türcken: Auch wie gemeldeter Fürſt auf die Türcken weit geſtreiffet. Urſel 1595. 4.
- - Ungariſch-Türckiſche Chronica. Das iſt: Curieuſe und dabey kurtz gefaſte Beſchreibung alles des jenigen/ was vom erſten grauſamen Kriegs-Zug der Türcken/ wider das Königreich Ungarn und derſelben Könige / bis auf gegenwärtiges 1683. Jahr/denckwürdiges ſich zugetragen hat: darbey auch ausführlich gemeldet wird/was ſich jüngſt vor-in-und nach der entſetzten Türckiſchen Belagerung der Stadt Wien ereignet hat. Nürnberg in Verlegung Leonhard Löſchge 1685. 8.
- - Curieuſe Continuation oder Fortſetzung obbemeldeten Hungariſch-Türckiſchen Chronikä / darinnen die rareſte und merkwürdigſte Begebenheiten von An. 1685. bis 1686. ſambt einem ausführlichen Bericht von Belager- und Eroberung der Königlichen Haupt-Stadt Offen gründlich enthalten iſt. *Ibidem apud Eund. 1686. 8.*
- - Türcken-Krieg von fürnehmen Schlachten in Ungarn und Crabaten. Cöln 1594. 4.

Tür-

- - Türckiſche und Ungariſche Chronica. Nürnberg 1662. in fol. ſambt derſelben Fortſetzung. ibid. 1664. fol.

Anonymi *cujusdam Militis, Scriptoris rerum Tranſylv. Chronicon, cui titulus præfixus:* Siebenbürgiſcher Würg-Engel. *Cibinii impreſſum.*

Boetii *Chriſtophori* Ruhmbelorberter Kriegs-Helm/ wider den Blut-beſprengten Türckiſchen Tulban. Nürnberg 1687. 4.

Bonfinii *Antonii* Ungariſcher Chronic 45. Bücher. Verteutſcht aus dem Latein durch *Paulum Friſium.* Franckfurt am Mayn 1581. fol.

Enſii *Caſpari* Ungariſche Chronica/ was ſich in dem Königreich Ungarn/ auch angrenzenden Orten in Kriegs-Sachen und ſonſten von ſeiner Kayſerlichen Majeſtät Rudolphi II. angefangenen Regierung/ bis auf dieſes 1605. Jahr begeben hat. Cöln 1605. 4.

Des Königreichs Dalmatien Hiſtoriſche und Geographiſche Vorſtellung/ enthaltend die Thaten aller Könige/ ſo über Dalmatien und Croatien jemahls geherrſchet haben. Woraus was Ihro Kayſerl. Majeſtät/ und die Republic Venedig für Recht und Anſprüche auf dieſe Königreiche haben/ klärlich zu erſehen/ von *Caſimiro Freſchotti* abgefaſſet/ jetzo aber aus dem Italiäniſchen in das Hoch-Teutſche überſezet durch *H. H. R. C.* Leipzig. 1688. 12.

Hanii *Paul-Conrad-Balthaſaris* Alt- und Neu Pannonia. Oder: Kurtzverfaſte Beſchreibung des uralten Königreichs Ungarn/ als der allgemeinen Chriſtenheit conſiderablen Schutz und Vor-Mauer/ von mehr denn 1000. Jahren her geholet/ vorzeigend aller Chriſtlichen Könige (deren an der Zahl fünff und viertzig) Leben/ Regierung/ Gros-Thaten und Abſterben/ ſambt Vermeldung aller angehöriger Länder/ Städte und fürnemſten Plätze. Nürnberg 1686. 4.

Happe-

Happelii *Everhardi Guerneri* Ungariſcher Kriegs-Roman. Oder: Ausführliche Beſchreibung des jüngſt geendigten Türcken-Kriegs / mit vielen Kupferſtücken gezieret. Ulm 1678. und 1688. *VII. Tomi* in 8.

Hauge von *Freyenſtein Johannis* der Ungarn Chronica/ aus dem Italiäniſchen verteütſcht und alſo zuſam gebracht/ inhaltend / wie ſie anfänglich ins Land kommen ſind / mit Anzeigung aller ihrer König / und was ſie namhaftiges gethan haben. Angefangen von ihrem erſten König Athila / und vollführet bis auf König Ludwig / ſo im Jahr 1526. bey *Mohács* vom Türcken umbkommen iſt. Im Druck jetzt neü ausgangen Anno 1534. fol.

Hulſii *Levini Chronologia Pannoniæ.* Oder: Kurtze Beſchreibung des Königreichs Ungarn fürnemſter Theil / was ſich alda ſeithero A. C. 909. da der Erſte Chriſtliche Ungariſche König S. Stephan gebohren: bis auf das 1596. Jahr gedenkwürdig verlauffen. Aus vielen glaubwürdigen Authoribus colligiret. Sambt einer Geographiſchen Tabel. *Editio ſecunda prodiit Noribergæ 1597. 4.*

Maureri *Caſparis* Ungariſche Chronica. Nürnberg 1662. 12. ſambt deſſen Fortſetzung. ibid. 1664. 4.

Ortelius Redivivus & continuatus. Oder der Ungariſchen Kriegs-Empörungen Hiſtoriſche Beſchreibung in Ober- und Nieder-Ungarn / wie auch Siebenbürgen von dem 1395. bis in das 1607. Jahr / wie ſolches alles zuvor hin mit ſonderbarem Fleis beſchrieben werden durch *Hieronymum Ortelium*, anjetzo aber mit einer *Continuation* von A. 1607. bis an das 1665. Jahr vermehret durch Martin Mayern / ſamt beygefügten etlich Hoher Potentaten / Fürſten / Graffen / Herzen / Kriegs-Generalen und Oberſten Bildnüſſen. Franckfurt. am Mayn. 1665. in fol. Joh. Conſtantinus

tinus Freigius *adhuc recentius huic Chronico addidit ſupplementum, quo continentur omnia, quæ ab A. 1664. uſque 1683. fuere geſta, Viennæ 1694. impreſſum in 4.*

Scharſchmidii *Caroli, J. U. L.* Die Rákotziſche Kriegs-Flamme in dem bedrengten Ungarn / Siebenbürgen und Oeſterreich ꝛc. deren Urſprung und eigentliche Urſachen: Die *Gravamina* und *Propoſitions-Puncta*, und wie weit es damit gekommen / auch was beyderſeits bisher diesfals vorgegangen ſey / nebſt vielen andern merkwürdigen Exempeln und Begebenheiten. Cöln 1704.

Schäfferi *Wilhelmi*, beygenand Dillich, Ungariſche Chronica. Das iſt / Beſchreibung des Ober- und Nieder-Ungarn / nebſt ſeinen Land-Taffeln / Veſtungen / Städten und Lager-Verzeichnis. Caſſel 1609. 4.

Tröſteri *Johannis* Bedrengtes Dacia. Das iſt: Siebenbürgiſche Geſchichte / ſo ſich vom Tode des Durchläuchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn *Gabriel Bethlen* (1629) bis auf den Durchläuchtigſten Fürſten und Herrn / H. *Michael Apafi &c. &c.* (1663) darinnen zugetragen haben. Aus ſelbſt eigener Erfahrung beſchrieben von *Johanne Bethlen*, Graffen der Geſpanſchaft Weiſſenburg / des Landes Siebenbürgen Geheimen Rath / Canzler / und des Sekeliſchen Theils *Udvarhely* Obriſten / ꝛc. Verteutſcht durch Joh. Tröſter. Nürnberg 1666. 12.

Tſcherningii *Theodori*, das von den Türcken lang gequälte / nun aber durch die Chriſten neu beſeelte Königreich Ungarn. Nürnberg 1687. 8.

Ulloæ *Alphonſi* Beſchreibung des letzten Ungariſchen Zugs oder Kriegs / ſo im Jahr 1565. und 1566. Kayſer Maximilian II. wider den Sultan Solyman / Türckiſchen Kayſer / geführet worden. Baſel 1565. 4.

Vogeli

Digitized by Google

Vogeli *Jacobi* Ungariſche Schlacht *Henrici Aucupis* Röm. Kayſers. Jena 1626. 4.

Anonyme Deſcente des Turcs en Hongrie & levee du Siege de Vienne. - - 12.

- - Hiſtoire de troubles d'Hongrie, depui A. 1655. jusqu' à preſent, avec le Siege de Neuheuſel, & une Relation exacte du Combat de Gran. à Amſterdam. 1686. 12.
- - Hiſtoire des Troubles d' Hongrie. Bruſſel 1686. 12. III. Tom.
- - Hiſtoire des Troubles d' Hongrie & des deſordres arrivees dans ce Royaume - - 1685. & 1687. 12. VI. Tom.
- - Memoires des Gverres de Tranſylvanie & de Hongrie. a Amſterdam, 1680. 12.
- - Hiſtoire des derniers troubles d' Hongrie. à Paris 1683. 12. IV. Tom.

Founke Matth. Hiſtoire generale des Troubles d'Hongrie & Tranſylvanie, à Paris 1608. 4.

Fumée Martin Hiſtoire des Troubles d' Hongrie., à Paris 1594. 8.

du May Louis Memoires de gverre de Tranſylvanie & Hongrie, entre l'Empereur Leopold I. le G. S. Mehmet IV. &c. à Amſterdam 1680. 12. II. Tom.

de Malmidi Jean Diſcours de la grande gverre au Pais d' Hongrie entre Maximilian II. Empereur des Romains, & Jean Vaivod, Prince de Tranſylvanie, allie & defendu de Sultan Solyman. A Paris 1565. 8.

Anonymi *Raggvaglio della Gverra tra l' Armi Ceſaree & Ottomane dal principio della Ribellione de gli Ungari ſino l' Anno corrente 1684. e principalimente dell Aſſedio di Vienna, e ſua liberatione, con la Vittoria di Barcan Aggiontovi in queſt' ultima impreſſione la preſa di Strigonia, e molt' altre curioſità, in Venetia, 1684. 12.*

d 2 *Tra-*

- - *Framenti Hiſtorici della Guerra in Dalmatia. in Venetia,* 1692. 12.
- - *Diario de ſucceſſi dell' armi Ceſaree in Ungaria nella campagna del A.* 1685. 12.

Angelini Gio Andre *Hiſtoria della Rebellione d'Ungaria, in Bologna,* 1674. 12.

Bergani Nicol. *Hiſtoria delle Guerre d' Europa dalla Comparſa dell' Armi Ottomanne nell Ungaria l' anno* 1683. *in Venetia* 1698. 4. *Tom. II.*

Centorio Flavio Aſconio *de gli Hortenſi Commentario della Guerra di Tranſylvania della rotta del Re Ludovico XIIſimo all' anno* 1566. *in Venetia.* 4. Hujus Autoris Hiſtoriam ferè totam ſuo intexuit Floro Hungarico *Joh. Nadányi.*

Doglioni Gio Nicol. *l' Ungaria ſpiegata dalla prima origine di quel Regno ſino all anno* 1595. *in Venetia.* 4.

Freſcotti Caſimiri *Memoire Hiſtoriche e Geographiche della Dalmatia. in Bologna,* 1687. 12.

Nitri Mauritio *Raggvaglio del ultime gverri di Ungaria e Tranſylvania tra l' Imperatore* Leopoldo *I. ed il grande Signore Ehmed IV. Georgio Rákotzi , ed alteri Principi di Tranſylvania. in Venetia.* 1666. 4.

Sponerkai Otto *Hiſtoria delle Attioni de Re d' Ungaria. in Venetia.* 1638. 4.

Signor Thomaſo *Gverra d' Ungaria e Tranſilvania. in Venetia.* 1621. 4.

Præterea Italicè etiam conſcripti ſunt:

Anonymi *De Motibus Hungaricis, partes III. Amſterd.* 1687. 12.
- - *Hungaria vindicata. Mediolani* -- 12.
- - *Hiſtoria bellorum à Fœderatis contra Turcas geſtorum. Venetiis,* 1687. 4.

Panceri

Panceri *Joh. Antonii (Carmelitæ Mediolanenſis) Opuſculum de Bello contra Turcas in Hungaria geſto A.* 1687. 12.

Hiſpanicè extat:

Anonymi *Ungria Reſtaurada. Barcellona* 1688. 4. *Item* Nicolai Oliveri & Fullanæ *Anacephaleoſis hiſtorica Regum, bellorum, tumultuum & ſeditionum Hungariæ. Bruxellis* 1687. 4.

§. IV.

De Scriptoribus circa vitas Regum Hungariæ, Coronationes, Genealogias & id genus alia verſantibus.

ANonymi *Vita & Legenda de S. Stephano I. Rege Hungarorum Chriſtiano atqve Regni Patrono. Extat in libro cui titulus:* Legendæ Scriptorum Regni Hungarici in Lombardica Hiſtoria non contentæ: *continet præter illam:* Legendam qvoqve de S. Emerico, Filio unico dicti S. Stephani; de S. Ladislao Rege Hung. de S. Eliſabetha Andreæ II. Regis Hung. filia. *Præterea Legendam de S. Demetrio & de S. Gerhardo.* Editus eſt hic liber primùm Coloniæ Agrip. in forma 4. nunc verò etiam inter Scriptores aliqvot Hiſtor. & Geograph. Hung. in unum Volum. *à Jacobo Bongarſio* collectos reperitur.

Matthiæ *I. Regis Hung. Nuptiæ & Coronatio Beatricis in Reginam Hungariæ à Legato qvodam Comitis Palatini ad Rhenum eleganter deſcripta. Item Ingreſſus Regis & Reginæ in Budam A.* 1476. *Hiſtoricam hanc narrationem edidit Juſtus Lipſius præmiſſa ſuâ Præfatione, qvam laudat & citat Petrus de Réva in Centuriis de Monarchia & S. Corona Regni Hung. f.* 94. dum ait: Recordor, me in Hiſtoria qvadam Ungariæ cum præfatione Juſti Lipſii edita legiſſe &c.

Arthuſii *Gothardi Hiſtoria chronologica Pannoniæ.* *Vide p.* 14.

Bonfinii *Antonii Libellus de Corviniana Domûs Origine.* Vid. Specim. Hungar. Liter. p.83.

Callimachi *Philippi Libri III. de Rebus ab Vladislao Hungaria & Polonia Rege geſtis, ad Caſimirum Vladislai Fratrem in Regno Polonia ſucceſſorem, qvi ſeorſim A. 1584. in 4. ſunt impreſſi: continentur etiam in Cromeri Polonia, Colonia 1589. edita. Extant inſuper in Collectione Bongarſii Scriptorum aliqvot Rerum Hung. Ejuſdem verò* Epiſtola *de Clade* Varnenſi *legitur in Chronico Turcico Loniceri Tomo II. Et ejuſdem* Attila *in Hiſtor. Hung. A. Bonfinii, qvod opuſculum ſeorſim qvoqve typis deſcriptum eſt, Hagenoa, 1531. de qvo* P. Jovius in Elog. Viror. liter. illuſtr. *non dubitavit dicere:* adeò eleganter atqve exactè compoſitum eſſe, ut omnes qvi à Cornelio Tacito, per tot Secula id ſcribendi genus attigerint, ſuo judicio ſuperarit.

Autor iſte *Callimachus* cognomento *Experiens*, Orator & Poeta non inelegans, natione erat *Florentinus*, odio Pauli II. Papæ (à quo in carcerem conjectus, & tormentis fuerat excruciatus) conceſſit in terras, ut cum Poeta dicam, alio calentes ſole; nam in Poloniam abiit, ubi à Rege Caſimiro III. Jajellone, Alberto, filio, Præceptor datus, factusqve Caſimiro ipſi à ſecretis. Moldavicæ cladis auctor eſt habitus, qvaſi ſvaſiſſet, ut nobilitas hoſti ob contumaciam objiceretur. Diem ſupremam obiit Cracoviæ 1496. 4. Kal. Novembr. *Idem his terris libellum exaravit de his, qva à Venetis acta ſunt, qvo Tartaros, & Perſas contra Turcas concitarent. Extat in Commentariis Rerum Perſicarum. Plura huc non pertinentia qva ediderit vide apud Trithemium ad A. C. 1490. & Gerhard. Voſſium de Hiſtoricis Latinis p. 619.*

Chartuitii *Deſcriptio Vita S. Stephani primi Regis Hungaria, nec non S. Emerici Filii ejus. Jungitur Scriptoribus Rerum Hung. à Bongarſio in unum Volumen collectis. Inſeruit eandem ſuis Collectaneis etiam Laurent. Surius ad diem 20. Auguſti, ſtylo mutato, ut ipſe de ſe prædicat.* Conf. Spec. Hung. Liter. p. 100.

Corte-

Corteſii *Alexandri Carmen heroicum de Laudibus Matthiæ I. Regis Hung.* jungitur Decadibus Hiſt. Hung. Bonfinii f. 891. & ſeq.

Galeotti *Marci Tract. de egregiè, ſapienter & jocosè dictis ac factis Matthiæ I. Regis Hung. Viennæ*, 1563. Exhibet eundem Collector qvoqve Script. Rer. Hung.

Garini *Fr. Ordinis Prædicat. S. Theol. D. Vita S. Margaritæ, filiæ Belæ IV. Regis Hung. in compendium redacta, quam* Avinione A. 1340. *à juratis teſtibus acceperat. Habetur eadem etiam apud* Surium T. I. ad diem 28. Jan.

Geneſſii *Agloſſæ Deſcriptio coronationis Matthiæ II. Regis Hungariæ cum brevi Regum Pannoniæ Chronologia.* Germanicè qvoqve verſus extat hic Liber à M. Volfgango Spangenbergio, editus Argentorati. A. 1609. 8.

Heltai *Caſpari Liber ſingularis de Rebus Matthiæ I. Hung. Regis præclarè geſtis, latinè & hungaricè impreſſus eſt in Tranſylvania.* Conf. Sp. Hung. Liter. p. 167.

Heninges *Hieronymi Geneſis & Deſcriptio Vitarum Regum Hungariæ. A. 1597. 8.*

Jeſſenii *Johannis* à Jeſſen *Deſcriptio coronationis Matthiæ II. Regis Hung. A. 1608. Poſonii celebrata, cum brevi rerum Pannoniæ Chronologia. Hamburgi 1609. & germanicè Argentorati* 1610. 4.

Jonvillei *Hiſtoria S. Ludovici, Regis Hungariæ.*

Keddii *Jodoci Hiſtoria de Primis Regibus Chriſtianis, Catholicis, Regni Hungariæ. Viennæ 1655. in 4.*

de Nádaſd *Franciſci* (Comitis Hung.) *Mauſoleum Regni Apoſtolici Regum & primorum militantis Hungariæ Ducum, vindicatis è mortuali pulvere reliqviis.* Noribergæ cum verſione Operis germanica A. 1661. fol. Continet effigies Ducum & Regum Hungariæ ab Kene I. uſqve ad Ferdinandum IV. ſingulorum cum Inſcriptioni-

ptionibus in ſingulos directis, ſtylo lapidario. *Conf. Spec. Hungar. Liter. p. 276.*

Nádaſſii *Johannis P. S. J. Reges Hungariæ à Stephano usqve ad Ferdinandum III. Poſonii 1637. fol.* Conf. S. H. L. p. 283.

Maruli *Marci* (Spalatenſis Patricii) *Geſta Regum Dalmatiæ & Croatiæ.* Extant apud Joh. Lucium. de quo jam p. 6.

à Mellen *Jacobi* (Theologi & Polyhiſtoris Lubecenſis) *Series Regum Hungariæ è numis aureis, qvos vulgò* ducatos *appellant. Lubecæ 1699. in 4.*

de Monachis *Laurentii* (Veneti) *Hiſtoria de Carolo II. cognomento Parvo, Regis Hungariæ.* Sive *Carmen metricum de Caroli Parvi lugubri exitio, ipsâ geſtarum Rerum ætate ab hoc autore ſcriptum.* Extat in Chronico Hung. Joh. Túróczii.

Montani *Jacobi, Vita deſcriptio S. Eliſabethæ Andreæ II. Regis Hung. filiæ,* & Ludovici Pii, Haſſiæ & Thuringiæ Landgravii V. *uxoris. Monaſterii, 1521. fol.* Conf. Spec. Hung. Liter. p. 241. Innexa præterea etiam eſt iſta Deſcriptio Legendis SS. Hungar. de qvo jam ſupra pag. 29.

Olahi *Nicolai Attila; qvo in Libro res ab Attila geſta ex optima nota Hiſtoricis antiqviſſimis decerptæ atqve 18. capitibus comprehenſæ multò accuratius, meo qvidem judicio, ſunt expoſitæ, qvam in P. Callimachi, de eodem* Attila, *Opuſculo: utraqve inſerta leguntur* Hiſtoriæ Hung. Bonfinii. *Circa idem de* Attila *Argumentum verſatus eſt qvoqve* M. Rudolphus Rothius, in peculiari Diſſert. Jenæ A. 1671. ventilata, *de qva jam pag. etiam 5. mentio facta. Alios antiqviores Autores, Hiſtoriam* Attilæ *deſcribentes, veluti* Priſcum Rhetorem, Jornandum *&c. lubens prætereo, utpote in* Loculamento II. *cum pluribus aliis jam productos. Qvibus addas licet Bonfinii, Túróczii & aliorum jam ſupra §. 3. recenſitorum Hiſtorias Hungariæ Univerſales.*

Parſchitzii *Chriſtophori* ΔΥΟΔΕΚΑΣ *Anagrammatica, è floribus*

floribus Indelebili Nomini inſcriptis , Magnanimi Leopoldi Imperatoris Invictiſſimi Cæſaris ſemper Auguſti contexta. Vitteberga, 1702. in 8.

Piſtorii *Johannis* (Niddani) *Genealogia Regum Hungariæ, ex optimis Autoribus conſtructa. In Collect.* Rer. Hung. Script. *Bongarſii.*

Rátkaî *Georgii Memoria Regum & Banorum Dalmatiæ, Croatiæ & Slavoniæ. Viennæ 1652. fol.*

Reuſneri *Nicolai Genealogia Regum Hungariæ. Francof. Mœn. 1609. fol.*

Ritii *Michaelis de Regibus Hungariæ Libri II. Conf. p. 19.*

Sambuci *Johannis Hiſtoria de Ladislao, Ludovico & Ferdinando Regibus Hungariæ.*

Ejuſdem *Orationes geminæ ;* altera *in Obitum Ferdinandi I;* altera *in Obitum D. Maximiliani II. Rom. Imp. atque Reges Hungariæ ,* cum Oratione *in coronationem Rudolphi II. Regis Hung. Poſonii A. 1572. die 25. Septemb. celebrata. Extant in Hiſt. Hung. Bonfinii.*

de Schmidt *Franciſci Vita deſcriptio Ferdinandi III. Rom. Imper. & Regis Hung. Antverpiæ 1638. 4. belgicè.*

Sommeri *Johannis Reges Ungariæ ad A. uſqve 1567. carmine elegiaco ad imitationem* Georgii Sabini *deſcripti*, unà cum Cladibus Moldavicis eodem carmine decantatæ leguntur in Deliciis Poetarum Hungarorum *à Joh. Philip. Pareo editis, Francof. Mœn. 1619. 12.* Conf. Sp. H. Liter. p. 361.

Ugnievszkii *Simonis (*Poloni*) P. S. J. Hiſtoria Vitæ S. Ladislai Regis Hungariæ. Vilnæ 1664. 4.*

Victorii *Petri Liber de laudibus Johannæ Auſtriacæ, natæ Reginæ Hungariæ & Bohemiæ. Florentiis, 1659. 4.*

Anonymi Der Hertzoge und Könige in Ungarn Leben/ Regierung und Abſterben / von dem Erſten Hetzog *Keve.*

an/

Digitized by Google

an / bis auf *Leopoldum I.* aus den berühmteſten Ungariſchen Geſchicht-Schreibern hervor geſucht und zuſam getragen auch mit ihren wahrhaften Bildnüſſen ans Licht gegeben. Nürnberg A. 1683. 12.

- - Der neu aufgegangene Glücks- und Majeſtäts-Stern des Königreichs Ungarn. Oder Crönungs-Solennitäten Joſephi zum König in Ungarn. Nürnberg 1688. 4.

- - Leopold des Groſſen Römiſchen Käyſers Wunderwürdiges Leben und Thaten / aus geheimen Nachrichten eröfnet. Leipzig verlegts Thomas Fritſch. 1709. in 8. Editio ſecunda priori multò eſt locupletior. *Haut levi in pretio eſt apud pleroſque politioris ingenii viros hic ipſe liber, cujus quippe Autor clariſſimus maximam illius hiſtoriæ partem ſecretioribus quibuſdam Aulæ Cæſareæ Miniſtrorum acceptis relationibus, aliiſque ab iiſdem ſuggeſtis adminiculis adjutus, concinnè ac eleganter adornavit.*

Jeſſenii *Johannis* von Jeſſen Beſchreibung der Crönung Ihro Käyſerl. und Königlichen Majeſtät in Ungarn Matthiä *II.* ſo gehalten worden zu Preßburg im Jahr 1608. Straßburg A. 1610. 4.

Menkenii *Johannis Burchardi* Leben und Thaten Leopoldi des Erſten Römiſchen Kayſers. Leipzig 1707. 8.

Hiſtoria della Vita di Ferdinando III. *Imperatore, deſcritta dal Conte* Galeazzo Gualdo Priorato. *In* Vienna *d' Auſtria 1672. in fol. cum multis figuris.*

Hiſtoria di Leopoldo *Ceſare, continente le coſe piu memorabili ſucceſſe in Europa dal 1656. ſino al 1670. deſcritta dal* Com. Galeazzo Gualdo Priorato. *In Vienna d' Auſtria 1670. fol. II. Tom.*

Coronatione del Re del Hungaria Giuſeppe, *Archiduca d' Auſtria, celebrata in Poſonia l' Anno 1687. li 9. Decembre. Deſcritta, e dedicata alla ſacra Reale Meſta ſua, dal Cavaliere* G. B. Comazzi. *In* Vienna *d' Auſtria, appreſſo Gio van Ghelen 1688. 8.*

Admi-

Admirabiles Efectos de la providencia ſuccedidos en la Vida, E Imperio de Leopoldo primerio inviƈtiſſimo Emperador de Romanos Reduzelos a Annales Hiſtoricos la veridad. D. M. G. P. En Milano 1696. fol. Tribus hic Liber conſtat Tomis hiſpanico ſermone conſcriptis, Hiſtoriam Rerum ſub Leopoldo Imperatore geſtarum, ab A. 1657. ad A. uſqve 1687. complectentes.

§. V.

De Scriptoribus Statum Politicum, Acta publica atqve Jura Hungariæ exponentibus.

ANonymi *Reſpublica ſeu Status Regni Hungarici. Amſterodami ex officina Elzeviriana, A. 1634. in 24. qvo in libello præter Statum Hungariæ Politicum, cùm electitium adhuc liberumqve eſſet* Regnum, *Eccleſiaſticus etiam atqve Militaris deſcribitur.*

Pontani *Georgii à* Breitenberg *Dialogus de Statu Hungariæ. Francofurti Mœn. 1596. 4.*

Schödelii *Martini Notitia Hungariæ Antiqvo-modernæ Berneggeriana, qvam perpetuis Obſervationibus condecoravit, nec non indice tum marginali, tum reali illuſtravit & emendavit* Joh. Ferdin. Behamb. *Argentorati* 1676. 8. Conf. Specim. Hung. Liter. p. 51. & 334.

Anonymus *Libellus:* Der Staat von Ungarn. Leipzig 1706. in 8.

- - Der Staat von Siebenbürgen/ Wallachey und Moldau. ibid. 1707. 8.

- - Abdruck der Reconciliation mit den Ungariſchen Ständen/ ſo geſchehen zu Wien in Oeſterreich den 22. Junii A. 1606. aus dem Lateiniſchen ins Teutſche gebracht. A. 1607. in 4.

Kovácsoczii *Volfgangi Dialogus* von der Regierung Siebenbürgens. Clauſenburg. 1584. 8.

N. Widmanni Bericht von der *Succeſſion* und Erbfolge des Königlichen Geſchlechts und Stammes in dem Königreich Ungarn/ mit dem Ertz-Hertzoglichen Hauſe Oeſterreich.

Anonymi Hiſtorie de l'Eſtat preſent du Royaume d'Hongrie -- 1686. 12.

Acta publica & Conſtitutiones Regni Hungariæ qvod attinet, eorum exhibet qvædam *Joh. Sambucus* in Continuatione Hiſtoriæ Hungaricæ Ant. Bonfinii, ſuntqve:

I. *De reddita Matthiæ I. Regi Hung. Corona & Fœdere inter Fridericum III. Rom. Imperatorem & Sereniſſimum Regem Matthiam.*

II. *Contractus Matrimoniorum Regalium inter Ludovicum II. Hung. Regem, & Mariam Regis Hiſpaniarum filiam, nec non Ferdinandi Archi-Ducis Auſtriæ & Annam Ladislai Regis Hung. filiam, medio Maximiliani Imp. A. 1515. factus.*

III. *Concordia Hungarica inter Fridericum III. Maximilianum I. Rom. Imp. ex una, & Vladislaum Hung. Regem, inter inclytumqve Regnum Hung. ex altera, Poſonii concluſa. A. 1491.*

IV. *Regum Hungariæ Priſcorum Conſtitutiones ſeu Decreta: qvæ tamen junctim etiam in Corpore Juris Hungarici Tripartito verbotenus occurrunt.*

Ceterum qvæ Nicol. Iſtvanfius Hiſtoriæ ſuæ Hungaricæ inſeruit Acta publica, heic non adducam, cum brevi recens ejus editio plurimum adaucta in lucem proditura ſit.

Egregius ſine dubio fuerit Codex ille MStus Actorum publicorum Hungariæ, cujus meminit *Chriſtianus Gryphius, in Apparatu de Scriptoribus Hiſtoriam Seculi XVII. illuſtrantibus, p. 509.* & in qvem ſe caſu incidiſſe perhibet, loco tamen & nomine, poſſeſſoris non indicatis; juvat ipſa *Gryphii* verba heic adducere. *In quo Codice ait varia repræſentantur Acta, qvibus fœdi tumultus, qveis Hungaria 1604. & ſeq. exarſit, mirifice illuminantur: candide igitur qvid ibi contineatur exhibebimus. Occurrit ſcilicet 1) Edictum*

Rudol-

Rudolphi II. 3. *Januarii A.* 1604. *in quo Quæſitores ſacrorum per Hungariam ſuperiorem (unde omnis poſtea malorum origo) conſtituuntur.* 2) *Narratio Senatus Leutſchovienſis, quid cum his quæſitoribus geſtum fuerit.* 3) *Civium Leutſchovienſium Libellus ſupplex ad quæſitores.* 4) *Oratiuncula ante ſolenne juramentum Stephani Botskai, & poſt illud dicenda, ut & ejuſmodi poſtulata Hungariæ ſuperioris Ordinibus propoſita, una cum Ordinum Reſponſo.* 5) *Reſponſum ab Ordinibus Tranſylvanicis ad legationem Regis Poloni Sigiſmundi III.* 6) *Rudolphi Narratio germanica de motibus Hungaricis.* 7) *Expoſitio Gentis Hungaricæ ad Romani Imperii Principes, cur contra Germanos arma ceperint.* 8) *Blaſii Lippai & Blaſii Németh Epiſtola ad Keſmarienſes.* 9) *Alia eorundem Epiſtola ad Sebaſtianum Tökölium.* 10) *Erici Laſſota à Stebla relatio, (ſed quod dolendum imperfecta) de Caſſovia Rebellibus dedita.* 11.) *Georgii Baſtæ Epiſtola ad Proceres Hungaricos.* 12) *Rudolphi II. Narratio, quid anno* 1603. *cum Turcis & rebellibus Hungaris actum fuerit.* 13) *Querela, excuſationes & proteſtationes Regni Hungariæ, præſertim partium ſuperiorum coram DEO & toto Orbe Chriſtiano, latino ſermone.* 14.) *Inſtructio Legatorum Polonicorum ad Botskajum miſſorum.* 15) *Ducum Botskai Epiſtola ad Ordines Sileſiæ, latinè.* 16) *Summa legationis Botskaianæ ad Poloniæ Regem.* 17) *Geitzkofleri conſilium germanicum de ſopiendis motibus Hungaricis.* 18) *Melchioris Claſelii Conſilium ejuſdem argumenti.* 19) *Botskaii Epiſtola ad Ordines Sileſiæ.* 20) *Legatorum Botskaii narratio de Pace, quid in ejus conventu cum Legatis Cæſaris actum fuerit.* 21) *Botskaii poſtulatum & Legatorum Cæſaris reſponſio.* 22) *Ducum Botskaii Epiſtola ad Ordines Bohemicos.* 23) *Ordinum Hungaricorum reſponſiones ad propoſitiones Matthiæ Archi-Ducis Auſtriæ.* 24) *Johannis Desöffi, quem Botskaius ad Archi-Ducem miſerat, libellus ſupplex, Archi-Duci oblatus.* 25) *Acris in Belgio ſcam invectiva germanica, in qua oſtenditur, ab ipſo motuum hungaricorum cauſas derivandas.* 26) *Ordinum Hungariæ alia Reſponſio ad propoſitiones Matthiæ.* 27) *Botskaii Edictum, quo Hungaros ad Comitia Caſſoviæ d.*

 6. Apr.

Digitized by Google

1. Apr. 1606. celebranda invitat. 28) Epiſtola Ordinum Sileſiæ ad Matthiam Archi-Ducem, qva ſignificant ſe Legatos in Hungariam pacis componendæ gratia miſſuros. 29) Legatorum Sileſiæ inſtructio. 30) Apographum tranſactionis inter Archi-Duces Auſtriæ Matthiam, Maximilianum, Ferdinandum & Maximilianum Erneſtum fratres & patrueles Viennæ 25. Aprilis 1606. *initæ. 31) Epiſtola Ordinum Sileſiæ ad Ordines Hungariæ, qva eos monent, ſe Legatos in Hungariam miſſuros.* 32) *Cæſaris Galli cum Purpurato Budenſi colloqvium arcanum de pace ſancienda. 33) Botskaii literæ ad Matthiam Archi-Ducem. 34) Turcicorum Legatorum epiſtola ad Botskai Legatos. 35) Rudolphi II. Apologia, qvod pacem cum Turcis inierit. 36) Legatorum Bohemicorum, Sileſiorum & Moravorum libellus ſupplex ad Matthiam. 37) Articuli, qvi à Botskaio ante & poſt pacem à Turcis initam expediendi erunt.* 38) *Litera Cæſarea ad Turcarum Imperatorem, de pace cum illo facta, data die* 10. *Auguſtæ* 1681. 39) *Octo Centurionum, qvi Haidonibus præerant, ad Homonaium Comitem litera 3. Novembris* 1607. *ſcripta. 40) Relatio exploratorum ad Haidones miſſorum.* 41) *Archiepiſcopi Strigonienſis Epiſtola ad Seyfridum Breunerum.* Et hæc qvidem in illo Volumine MSto contineri ſcribit ibidem C. Gryphius.

Tabulæ Pacis inter inclytum Regnum Hungariæ atqve Imperium Turcicum, Carloviczii, A. 1699. erectæ, Viennæ primùm deinde aliis etiam plurimis in locis ſunt excuſæ.

His omnibus jam ſuperaddendum erit Corpus Juris Hungarici Tripartitum, *qvod denuò editum eſt Tyrnaviæ A.* 1690. *in fol.* in qvo præter Conſtitutiones DD. Regum, Decreta, Articulos & Receſſus Comitiales, Statum æqve Politicum, Eccleſiaſticum, atqve Militarem ſtringentes, multa inſuper continentur Privilegia & Jura ad Ordines & Status Regni Hungariæ pertinentia, ex qvibus *Jus* tam *Publicum* qvam *Privatum Hungariæ conſtituitur.*

In hoc Corpore Juris *cùm inſolentes qvædam ac aliàs inuſitatæ occurrant voces, phraſesqve Curiæ Hung. familiares, eas in unum contraxit faſciculum* Joh. Sambucus *atqve additis ſingularum ſigni-*

Digitized by Google

ſignificationibus Hiſt. Hung. ſubjecit Bonfiniana. Albertus *qvoqve* Molnár *eundem Indiculum, paulò tamen locupletiorem ſub fine Lexici ſui Latino-Hungarici exhibuit.*

Aliàs peculiari etiam in Codice Pottendorfii *ſunt excuſi* Articuli *univerſorum Statuum ac Ordinum incl yti Regni Hungariæ, ac partium ipſi annexarum, in generalibus eorundem Conventibus ab Anno 1608. ad 1659. editi, adjunctis ſub initium* Pacificatione Viennenſi & tractatu Situatovkienſi, *ſive* de Conditionibus pacis inter Chriſtianos & Turcos A. 1606. ſancitis. *Acceſſit ſub finem* Cynoſura Juriſtarum, *loca Decretalia & Articulos noviſſimarum Conſtitutionum Regni Hung. uſqve ad A. 1659. incluſivè ſub titulis ordine Alphabetico collectis breviter repræſentans.* Acta *verò* Comitialia Sopronienſia de A. 1681. ibidem typis ſunt impreſſa.

Ad iſtud Jus Hungariæ Conſuetudinarium egregium conſcripſit Commentarium, Proceſſum præcipuè ejus Judicialem exponentem Joh. Kitonits, *hoc ſub titulo:* Directio metodica Proceſſus Judiciarii Juris Conſvetudinarii inclyti Regni Hung. impreſſa Leutſchoviæ 1650. 4. *In qvo Commentario Kitonitſius P. I. quaſt. 9. mentionem injecit Operis cujuſdam antiqvi ſecundum qvod Proceſſus Judiciarius antiqvitùs ſolebat dirigi, cujus verba ita ſe habent: Apparet ex antiqvo Libro intitulato*: Ritus explorandæ veritatis, in dirimendis controverſiis, qvi in Sacrario Summi Templi Varadienſis repertus, & recuſus eſt Coloſvarini A. 1559. in fol. Ex qvo qvi volet, diverſa barbara nomina hungarica, plusqvam ſatis cognoſcere poterit, certis judiciariis exemplis, ab A. 1214. ad A. uſqve 1235. circa ætatem potiſſimum Andreæ II. Regis Hung. comprehenſa &c.

Addas qvod Collationis Juris Romani Hungarici τα ΠΡΩΤΑ *in forma Diſputationis publicæ ſub moderamine Joh. Ottonis* Taboris *J. U. D. & Anteceſſoris Argentinenſis conjunctis laboribus ediderint, Joh.* Beiglerus, *Poſonio-Hung. & Georg. Sam.* Haſenloffius, *Efferdingô Auſtriacus, A. 1651. Argentinæ in* 4. *Optandum certè magnoperè eſt, ut & reliqvæ Juris Hungarici Partes utiliſſimo tali labore & conatu abſolverentur. Eqvidem ſimile qvid tentaſſe videtur*

detur

Digitized by Google

detur etiam Clariſſ. Dn. Franciſcus Foris *Ottrokocsi*, in Specimine ſuo Introductionis in Juriſprudentiam methodicam, Tyrnaviæ 1699. in 12. *edito, ſed paucis admodum lineis, labore tamen hautqvaqvam contemnendo.*

Neqve laude ſua privanda fuerit Diſputatio Academica *Joh. Andreæ* Lochneri, *Sopronió-Hungari, (de qvo plura vide p. 228. Specim. Hung. Liter.)* Facies Juris Publici Hungarici *inſcripta, atqve Præſide Johanne* Gravio *J. U. D. ejuſdemqve Prof. Tubingenſis qvondam Publici, ventilata ac typis excuſa Tubingæ. 1666.*

Qvid deniqve circa Metalla, eorumqve fodinas in Regno Hungariæ Juris obtineat, docet Continuatio Corporis Juris & Syſtematis Rerum metallicarum. Oder Vermehrung des Neuverfaſten Berg-Buchs/ mit der Berg-Ordnung der Cron Ungarn und denen Erläuterungen zweyer alten Berg-Ordnungen I. der Städte Cremnitz/ Schemnitz/ Neuſohl/ Pukantz/ Dillen/ und Lubeten ꝛc. Nebſt einer Vorrede von der Nutzbarkeit der Bergwercke/ auch durch was Mittel ſolche in Stand zu bringen ſeynd/ ſambt zwey Regiſtern. Franckfurt. am Mayn 1703. in 4.

§. VI.

De Scriptoribus ad Hiſtoriam & Rem Eccleſiaſticam pertinentibus.

ANonymi *Hiſtoria Diplomatica de Statu Religionis Evangelicæ in Hungaria, in III. Periodos diſtincta - - A. 1710. fol.* Qvarum I. Periodus agit de ejus ortu ac miro ſub continuis perſecutionibus incremento. II. De ejus publica libertate & ſummo ſecuritatis ſolſtitio, qvod pacificationibus, articulis & legibus regni conſecuta eſt. III. De Libertatis & Securitatis illius decremento & tandem de ejus aperto & duris perſecutionibus tentato exterminio, adductis pro fundamento avthenticis Diplomatibus & Legibus Regni, publicis decretis Re-

ſcriptis.

Digitized by Google

ſcriptisqve nec non Pacificationum inſtrumentis Hiſtoriæ ipſimet inſertis, item integris Comitiorum Actis qvantum ad Religionis negotium attinet, libellis ſupplicibus & memorialibus Regibus Hungariæ ejusqve Miniſtris exhibitis, Decretis deſuper emanatis in Appendice ſuo ordine & juxta ſeriem temporis compilatis.

- - *Apologia & Proteſtatio Legatorum Proteſtantium in Hungaria adverſus Jeſuitarum Criminationes* -- 1678. 4.

- - *Antitheſes falſi & veri, Chriſti Tranſylvanorum. Alba-Julia.* 1568. 4.

Foris *Franciſci* Ottrokocsii *Antiqva Hungarorum Religio verè Chriſtiana & Catholica, temporibus S. Stephani primi eorum Regis Chriſtiani, ab ipſis ſuſcepta. Tyrnaviæ.* 1706. 8.

Haneri *Georgii Hiſtoria Eccleſiarum Tranſylvanicarum, inde à primis Populorum Originibus ad hæc uſqve tempora, ex variis iisqve antiqviſſimis & probatiſſimis Autoribus, abditiſſimis Archivis & fide digniſſimis MStis IV. Libris delineata. Francofurti Mœn.* 1694. 12.

Inchoveri *Melchioris P. Soc. Jeſu Annales Eccleſiaſtici Hungariæ. Romæ.* 1644. f.

Paritz *Franciſci Rudus redivivus. Seu Breves Rerum Eccleſiaſticarum Hungaricarum juxta ac Tranſylvanicarum inde à Reformatione Commentarii. Cibinii*, 1684. 12.

ΕΧΘΡΩΝ ΔΩΡΑ ΑΔΩΡΑ. *Seu, Xenia Romano-Catholicorum juſto pretio æſtimata, & Xeniis Proteſtantium Hungariæ pari affectu relata, authore* Timotheo Philaletho *A. 1701. fol. In qvibus XV. Dilemmata à Rom. Catholicis propoſita, totidem Antidoris ab Evangelico qvodam Theologo, quà hiſtoricè, quà theologicè ſunt refutata.*

Schurtzfleiſchii *Conradi Samuelis Diſputatio de Superioris Hungariæ Converſionibus. Extat in ejuſdem Vol. Diſpp. Hiſtorico-Civilium, Berolini*, 1699 *in* 4.

Speciatim autem qvæ de Juribus Hungariæ Eccleſiaſticis ad-

 huc

huc afferenda eſſent, ex *Corpore Juris Hungarici Tripartito* peti qveunt, in qvo nempe Jura & immunitates tum Eccleſiarum tum Perſonarum eccleſiaſticarum comprehenduntur.

Anonymi Aufrichtig-Vertrauliches Geſpräch zwiſchen Treulieb und Freimund von dem Reformations-Werck zu Preßburg in Ungarn -- 1676.4.

Reinmundi Rimandi Preßburger Kirchen- und Schulen-Verluſt. Das iſt Wahrheits gegründeter Anzeig/ wie und auf was Weiſe zu Presburg einer daſelbſt ſich befindenden Uncatholiſchen Gemeinde anfangs Kirchen und Schulen *Poſſeſs* diſputirlich gemacht/ und endlich nach mehr als halbjähriger Action mit gewehrter Hand ab- und eingenommen worden. A. 1673. in 4.

Religions-Geſpräch Johannis Theodati Simpliciani und Gottlieb Chriſtiani, nie Simpliciani, ſondern beſtändigen Lutherani, gehalten auf der Reiße nach Emaus/ Luc. 24. im Jahr Chriſti 1677. 4.

Reiſneri *Antonii* Einfältige Ungariſche Exulanten Gedancken über den 73. Pſalm/ inſonderheit den 24. vers mit einverleibter kurtzer Unſchulds-Vertheidigung. 1673. 4.

§. VII.

De Scriptoribus de Nobilitate Hungarorum, Magnatum item & illuſtrium Perſonarum Factis & Genealogiis agentibus.

ANonymi *Trophæum Nobiliſſimæ ac antiqviſſimæ Domûs Eſtoraſianæ* (intellige Comitum Hung. Eſterháziorum) *Viennæ A. 1700. in fol.* Dividitur in Tres Partes, qvarum I. exhibet pervetuſtam illuſtriſſimæ Familiæ *Eſterházianæ* Genealogiam, Imagines Perſonarum ad eandem pertinentium, cum adjecto ad qvamlibet rerum ab iiſdem præclarè geſtarum elogio. II. Continet Commentarium partis

partis prioris. III. Complectitur donationes, officiorum honorumqve collationes ac privilegia à variis Hungariæ Regibus, ac poſtea Romanis Imperatoribus conceſſa, qvibus ea, qvæ in prioribus circa vetuſtatem ac Nobilitatem inclytæ hujus Domûs dicta ſunt, inſigniter approbantur confirmanturqve.

Dum iſta ſcriberem, forte fortuna mihi à peregrino qvopiam fide digno viro Viennâ *redeunte narratum eſt, ſe volumen aliqvod ibidem conſpexiſſe, latino idiomate conſcriptum, typisqve publicis in forma 4ta excuſum, in qvo* Illuſtriores aliqvot Regni Hung. Stirpes hiſtoricè eleganter ſunt concinnatæ, cujus tamen libri copia mihi hactenus nondum facta eſt.

Oratio Apologetica pro Gabriele Bethlenio, Principe Tranſylvaniæ. Poſonii. 1624. 4.

Epitaphia varia in Nicolai Zerinii Comitis Hung. *mortem, præſidium Szigethi & Gyulæ, ab autoribus variis erecta, tradit* Sim. Schardius Vol. IV. Script. Rer. Germ.

Jongellini *Caſparis de Lambertinis Catalogus* Palatinorum *& Judicum Curiæ Regni Hung.* Subjectus eſt Petri de Réva Centuriis, de Monarchia & S. Corona Regni Hungariæ.

Rithalleri *Michaelis Diſput. Academica de* Nobilitate Hungarorum, *habita* Jenæ A. 1664. in 4. Conf. S. H. Lit. p. 316.

Qvam maximè autem ad argumenti hujus illuſtrationem facere videtur Corpus Juris Hungarici Tripartitum, *in qvo fontes Nobilitatis Hungaricæ qvaſi reſerantur, unà cum privilegiis, ac dignitatibus ejuſdem inde ſcaturientibus.*

Anonymi Hiſtoriſcher Lorber-Crantz der Chriſtlichen Ritters-Leute / ſo in Ungarn / Siebenbürgen und Steyermarck für die Ehre Chriſtlichen Nahmens gefochten und darüber den Tod erlitten / oder auch ihrem Blutdürſtigen Ertzfeinden haben angethan. Nürnberg 1664. 12. *Iconibus ad vivum æri inciſis.*

Kurtze Beſchreibung der tapfferlichen Thaten Sigiſmundi

f Báthori,

Digitized by Google

Báthori, Fürſtens in Siebenbürgen / gegen die Türcken bewieſen. München / 1596. 4.

Brachfeldi *Pauli* wahre und eigentliche Contrefaituren aller fürnehmen Kriegs-Helden und Obriſten / ſo ſich in jetzigen Kriegs-Weſen in Ungarn haben gebrauchen laſſen / in welchen eines jeden Helden Landſchaft vorgebildet wird. -- 1596. fol.

Lebens- und Liebens-Beſchreibung des berühmten Ungariſchen Graffens Emerich von Tököli / aus dem Frantzöſiſchen ins Teutſche überſetzet von Chriſtiana Sibylla Müllerin. A. 1708. in 8.

Anonyme Hiſtoire & Vie d' Emeric le Comte de Tököli. à Paris 1691 à Cologne 1693. à Amſterdam 1694. 8.

§. VIII.

De Scriptoribus Miſcellanea variis de rebus Hungariæ naturalibus puta, mineralibus, antiqvitatibus, inſcriptionibus & id genus alia collecta proponentibus.

ANonymi *Carmina chronologica Hiſtoriæ Pannonicæ ad Rudolphum II. Rom. Imp. & Regem Hung. cum figuris æri inciſis. Francofurti. M. 1596. 4.*

- - *Diarium obſidionis Budenſis prioris A. 1684. in 4.*

- - *Diarium obſidionis Budenſis poſterioris A. 1687. in 8.*

- - *Diarium expeditionis Anni 1687. germanicè in 4.*

- - *Diſſertatio germanica de Malleolo Ottomannico, quo non tantum Hungariam ſed integrum Orbem Chriſtianum Turcæ concuſſerunt.*

- - *Fatalis Hungariæ Status lapidi inſcriptus loco ſtatuæ erecto, ſub figura Crucis in Cœmeterio Orientis - - 1670. 4.*

- - *Luſus geniales, Eteodiſticha Budenſia h. e. Annum expugnatæ Budæ exhibentia. Ratisbonæ, typis Hofmannianis, 1686.*

Auto-

Autorem habet hoc Scriptum Excellentiſſ. Dn. Dan. Gvil. Mollerum. Prof. Altdorffin.

- - *Ludus Conorum in Hungaria, Croatia & Styria celebratus.*

- - *Noſce Teipſum: h. e. Axiomata Procerum Regni Hung. qvos ſi hactenus non noviſti, noſce legendo - - 1672. in 4.*

- - *Oratio Legatorum Hungariæ ad Sigiſmundum III. Regem Poloniæ & Regni Status, habita* Cracoviæ, *ibiqve typis excuſa.*

- - *Paſſio*, ut titulo ſane impio & profano audit, *Zeriniana* - - *1670. cui jungi poteſt*

- - *Vera & deducta Deſcriptio Criminalium Proceſſuum & ſecuti ſupplicii in tres reos Comites* Franciſcum de Nádaſd, Petrum à Zrini, & Franciſc. Chriſtoph. Frangepani, *qvæ Viennæ typis Matthæi Coſmerovii impreſſa eſt A. 1671. in fol.* Conf. Spec. Hung. Lit. p. 276.

- - *Rebelles Hungari. Seu Relatio Hiſtorica, de improbis conſiliis, Comitum Hung. Franciſci de Nádaſd, Petri à Zrin, & Franciſci Chriſtoph. Frangepani, ejiciendi Rom. Imperatorem Leopoldum Auguſtum, & introducendi Turcam. Londini A. 1674. in* 12. Anglicè

- - *Qverela Regni Hungariæ A. 1670. latinè excuſa* - -

Avancini *Nicolai Soc. Jeſ. Panegyrici funebres, in exeqviis Ferdinandi III. & IV. Regum Hungariæ.*

Bonneti *Leonhardi Radium & Fulmen Cæſaris, Viennæ propugnata, Budæ capta, Venetiis, 1687. fol.*

Bonfinii *Antonii Sympoſion Beatricis Reginæ Hung. Seu Dialogi III. de virginitate & fide conjugali. Baſileæ 1572. 8. & 1621. 8.* in qvibus multa ad laudem Matthiæ Corvini & ejus Conjugis Beatricis.

Braſſicani *Carmen hodeporicon Pannonicum. Argentorati A. 1545. 4.*

Ciacconii, *Hiſtoria utriusqve belli Dacici, à Trajano Cæſare geſti, ex ſimulachris, qvæ in ejuſdem columna Romæ viſuntur. Romæ 1576. & 1616. f.*

Cluſii *Caroli Hiſtoria rariorum aliqvot ſtirpium atqve plantarum per Pannoniam, Auſtriam & vicinas qvaſdam provincias obſervatarum Libri IV. Antverpiæ 1583. & 1611. cum figuris plantarum.* Ejuſdem *Stirpium Nomenclator Pannonicus. Ibid. 1584. 8.*

Coberi *Tobiæ Decas Obſervationum Caſtrenſium & Hungaricarum. Francof. Mœn. 1606. 8.*

Conradini *Balthaſaris de Febris Hungarica, ejusqve Symptomatibus curatione Liber I. germanica qvondam editus linguâ, à Jacobo verò Sutero in latinam converſus. Paſſaviæ 1596. 8.*

Cuſpiniani *Johannis Oratio ad Principes Imperii Rom. Germanici: qva eos non ſolum adhortatur ut bellum adverſus Turcas capeſſendum ſuſcipiant, ſed etiam deſcribit conflictum Hungaricum, qvo periit Rex Ludovicus:* Item *Via qva Turca Solimet Albâ Græcâ Budam uſqve pervenerit, & qvam præclaris dotibus ornata ſit Hungaria, Oratio.* Vid. G. Joh. Voſſius de Hiſtor. Latinis p. 652.

Dreſſeri *Matthiæ Gratulatio de recuperata Alba Regali. Lipſiæ, 1600. 4.*

Fendii *Michaelis Avena Martia. Seu Epigrammatum Liber, de Rebus Pannonicis & Jaurini recuperatione. Lauingæ, 1599. 8.*

Della Fretta *Marci* (Montalbani Marchionis) *Commentarius de Aqvis mineralibus Regni Hungariæ.*

Halleri *Johannis* (L. B. Tranſyl. ab Hallerſtein) *Triplex Hiſtoria hungarico ſtylo exarata. Cibinii, 1690.* Conf. S. H. L. p. 166.

Horſtii *Gregorii Enodationes luis Hungaricæ, dyſenteriæ, variolarum, & morbillorum.*

Lakneri *Chriſtophori Corona Hungaricæ emblematica deſcriptio, Auguſtæ Vindel. 1610. 4.* Conf. S. H. L. p. 222.

Lanſii *Thomæ Orationes Hiſtoricæ duæ; altera pro; altera contra Hungariam eruditè conſcripta.* Extant in ejusdem Conſultatio-

tationibus *de Principatu inter Provincias Europæ*, T*ubingæ editas*. *1620. 8. & 4*.

Lazii *Volfgangi Opuſc. de Thermis Hungariæ. De Lapidibus Dacicis. Et Archæologiæ Pannoniæ Liber unus. in 8*.

Molleri *Dan. Gvilielmi Meditatio de inſectis qvibuſdam Hungaricis prodigioſis, anno proximè præterito, ex aëre unà cum nive in agros delapſis. Ad Amicum. Francofurti Mœn. 1673.* 12.

Paræi *Johannis Philippi Deliciæ Poetarum Hungarorum. Frankofurti Mœn. 1619.* 12.

Pinxneri *Andreæ Apodemia ex Tranſylvania per Pannoniam, Auſtriam &c. ſuſcepta, in qva urbium ſtatus, ſitus, Eccleſiæ facies depinguntur, inquilinorum juxta mores & ſtudia, aliaqve notabilia, qvæ ad prudentiam Civilem & Hiſtoriam ſacram pertinent, breviter inſeruntur & exhibentur. A.*1694. 12. Conf. S. H. L. p. 307.

de Puteo *Joh. Baptiſtæ* (Canonici Regularis Lateranenſis, & in Ticinenſi Academia Regii Græcæ & Latinæ eloqventiæ Profeſſoris) *Plauſus Carolo V. Lotharingiæ Duci ob Budam expugnatam. Mediolani*, 1687. *8*.

Rulandi *Martini de pernicioſa luis Hungariæ Tecmarſi & curatione Francofurti Mœn.* 1600. 8.

Schurtzfleiſchii *Conradi Samuelis* Diſputatio academica cui tit. *Hungarica, habita Vitteberga, Reſp. Andrea Eccardo. Hung. 2) Dacia Conſularis, Reſp. Johanne Franciſci Coronâ-Tranſylv. 3) Propoſitiones Hiſtoricô-Geogr. de Tranſylvania. 4) De COSS. S Q. ſpeciatim Cibinenſ. Reſp. Georgio Huttero Cibiniô-Tranſylv. 5)* Propoſ. *Hiſtoricô-Geogr. de Hungaria.* Extant in Ejusdem Operibus Hiſtorico-Politicis Berolini 1690. excuſis.

Sibegni *Oratio de Deſolatione Croatiæ.* Pariſiis, 1516. 4.

Soiteri *Melchioris* à Vinda *Stratagematicon ac Rerum Turcicarum*

Digitized by Google

cicarum Epitome. Auguſtæ Vindel. 1538. Et apud S. Schardium Script. Rer. Germ. Vol. II.

Sommeri *Johannis Clades* Moldavica *Carmine elegiaco deſcripta, extant in Deliciis Poetarum Hung. J. P. Parei.* Conf. Specim. Hung. Liter. p. 361.

Szamoſſii *Stephani Analecta lapidum & nonnullarum in Dacia Antiqvitatum. Patavii* 1593. 8. & *Francofurti Mœn.* 1598. *fol.* In Epiſtola Dedicat. Autor ſcribit: Dum hæc Schediaſmata typis tranſcribenda curo, audio *Volf. Lazium* & *Stephanum Turinum* viros doctiſſimos, de Lapidibus Dacicis jam pridem aliqvid in Auſtria emiſiſſe.

Szent-Jványii *Martini Catalogus rerum, locorum & perſonarum in Hungaria memorabilium. Tyrnaviæ* 1699. 4. Ejuſdem *Diſſertatio Paralipomenica rerum memorabilium Hungariæ. Ibid. Anno eod. in 4.*

Tarduccii *Achillis Turca vincibilis in Hungaria. Ex Italico in Latinum à Jacobo Geudero translat. Francofurti. Mœn. 1601. 8.*

Tenzelii *Gvilielmi Friderici* L. B. de Trazberg *Diſputationes Miſcellaneæ de* Natura Hungariæ, *ſub Præſidio* Conradi Vogleri P. S. J. *in Univerſitate Dilingana propoſita, A. 1701. fol.*

Thurii *Pauli Idea Chriſtianorum Hungarorum ſub tyrannide Turcica. Oppenhemii, 1617. 4.*

Varſeviczii *Chriſtophori Oratio ad Rudolphum II. Imp. Rom. & Regem Hung. de parta ad* Siſſek *fortalitium Slavoniæ munitiſſimum Victoria contra Turcas. Pragæ 1593.* Extat etiam cum Orationibus virorum qvorundam doctorum.

Vernheri *Georgii Hypomnemation de admirandis Hungariæ Aqvis, additâ tabulâ lacûs mirabilis ad Csirknitz. Coloniæ Agrip. 1591. fol. Viennæ 1551. in 4. & Antverpiæ. 1557. in 8.* Submittitur etiam Martini Broniovii Deſcriptioni Tartariæ, editæ Coloniæ Agrip. A. 1595. in fol.

Vitézii

Digitized by Google

Vitézii *Ladiſlai Oratio ad Sixtum III. Pontificem Rom. nomine Matthiæ I. Hungar. & Bohemiæ Regis à ſe recitata.* Conf. Sp. Hung. Liter. p. 404.

Ad res Hungaricas apprimè facit elegans etiam ille Appendix Collectionis Hungaricarum rerum aliqvot Scriptorum, qvæ Francofurti ad Mœn. A. 1600. fol. prodiit, cujus p. 16. jam mentio facta, *in qva Inſcriptiones Tranſylvaniæ aliqvot veteres & Annales incerti cujuſdam Autoris de Templis Leutſchovienſi & Coronenſi continentur.*

Ekſtadii *Johannis* Gründlicher und Chriſtlicher Unterricht für alle Stände / wie mans im jetzt ſchwebenden Ungariſchen Krieg anſtellen ſolle / daß es einmahl glücklich und wohl gerathe. Neben angehengter Inſtruction / ſo Kayſer Maximiliano von ſeinen getreuen Kriegs-Räthen einmahl in der Jugend iſt gegeben worden. Leipzig 1595. 4.

Flämitzeri *Johannis Nicolai* der in Böhmiſchen Hoſen angekleidete Libertiner. Gedruckt zu Würtzburg bey Hiob Hertzen 1688. 4. *Ejuſdem* Siebenbürgens Oeſterreich Meſſias. *Ibidem* 1689. 4.

Frölichii *Davidis* der Ungariſcher / Siebenbürgiſcher und Zipſer Landsman - - in 12.

Grottenbekii *Reinoldi* Ausführlicher Rathſchlag und Bedencken / wie das Kriegs-Weſen in Ungarn zu reformiren / nebſt einem ſpecial Uberſchlag des Volcks und Unkoſten. A. 1598. 4.

Novak *Martini* Ungariſche und wahrhaftige Aviſen. A. 1678. 4.

§. V.

De Manuſcriptis Hiſtoriæ Hungaricæ tum antiqvioribus tum recentioribus.

Cum Codices MSti de Rebus in Hungaria geſtis, diſtractâ Bibliothecâ regiâ Budenſi, ſint admodum rari, idcirco haut plures præter hos ſeqventes, hactenus potui indagare: nempe in *Danielis* de *Neſſel Sciagraphia Magni Hiſtorici Operis hactenus inediti, brevi tamen (ceu qvidem promiſerat) edendi, recenſitos, atqve in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi hodie aſſervatos:*

Anonymi *cujuſdam Codex Manuſcriptus Hiſtoricus latinus membranaceus, A. C.* 1358. *ſcriptus, ſpectatu digniſſimus inauratis Picturis exornatus, ex qvo* Johannes de Thworocz aliàs de Thurocz & Turocius, *ſive* Turocenſis *dictus, (qui ſub Rege Matthia Corvino potiſſimum floruit) Res geſtas Hungarorum ab origine gentis usqve ad A. C.* 1342. *ſeu mortem Regis Caroli, Patris Regis Ludovici, qvas ſub titulo* Chronicæ Hungarorum *edidit, partim interpolatè mutuatus eſt.*

Anonymi *qvidem, ſed Regis Belæ Notarii, Hiſtoria Hungarica, de VII. Primis Hungariæ Ducibus.*

Acta publica & concordata inter Imper. Fridericum V. & Matthiam Corvinum Regem Hungariæ.

Matthiæ I. Corvini *Regis Hungariæ Hiſtoria, qva continentur res geſtæ ab A.* 1458. *usqve ad A. C.* 1490.

Imper. Rudolphi II. *Regis Hungariæ Res geſtæ ab A. C.* 1572. *usqve ad A. C.* 1606.

Imper. Matthiæ Regis Hungariæ Res geſtæ ab A, C. 1607. *usqve ad A. C.* 1628.

Arcis Novigrad expugnatio, Hiſtoricè conſcripta, manuqve Tegnagelianâ exarata.

Fr. Gvidonis *Tituli S. Laurentii in Luciná Presbyteri Cardinalis & Pontificis Clementis IV. Legati Decreta Hungarica.*

Wolffgangi Lazii *Rerum Hungaricarum Hiſtoria, nec non Archæologia Hungaria.*

Johannis de Zredna, *Protonotarii Cancellariæ Regis Hungariæ Epiſtola Hiſtorica, de Rebus geſtis inter Imp. Fridericum V. & Regnum Hungariæ, ab A. C.* 1457.

Theo-

Theodorici Thüringi, Ordinis Fratrum Prædicatorum, *Libri IIX. de Vita & morte ac miraculis* S. Eliſabeth, Andreæ Regis Hungarorum filiæ, & Ludovici Pii, Thuringiæ & Haſſiæ Landgravii V. uxoris, qvorum Prologus ſive Præfatio incipit hoc modo: *Cum de Vita & moribus & morte miraculisqve beatæ Eliſabeth perſcrutari cæpiſſem, oblata ſunt mihi qvædam ſcripta de prædictis, videlicet Libellus* de dictis qvatuor Ancillarum ejus confectus; *Literæ qvoqve Magiſtri* Conradi de Martburg, *qvam de Vita & Morte, & Miraculis ejus Domino Gregorio Papæ IX. ſcripſit, in qvibus pura qvidem & ſimplex fideiqve conſona veritas continetur: Verum tamen fateor, in his non eſſe affectui meo ſatisfactum. &c. Edidit hoc Opus primus omnium in lucem (*pergit Neſſelius) Henricus Caniſius Tomo V. Antiqvæ Lectionis; ſed operæ pretium fuerit, ſi editio iſta cum Codice MSto Cæſareo hiſtorico *565.* accuratè conferatur. Eſt enim is in fine aliqvantò auctior, continetqve Appendicem in 6. capita diviſam, qvæ in Codicibus MStis, qvibus Caniſius uſus eſt defuit, ideoqve ſupplendi iſtius defectûs cauſâ à me publicabitur. Initium ejus tale eſt;

Incipit Sermo Angeli, *qvo inſtruxit beatam* Eliſabeth *de ſtatu perfectionis.*

Apparuit Sanctæ Eliſabeth Angelus Domini, ſic eam allocutus inſtruxit, dicens; Omnes qui hujus Mundi renunciaſtis concupiſcentiis, ejusqve, qvi vos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum &c.

Oratio, qvam Ladislaus *Imp. Alberti II. filius, Hungariæ & Bohemiæ Rex A. 1452. ad Papam* Nicolaum V. *Romæ habuit. NB.* Legitur hæc Oratio etiam typis excuſa inter Orationes ab *Alberto de Eyb* collectas, quarta ordine.

Hermanni Contracti Chronico adjectum eſt ſupplementum ab A. C. *1279.* uſqve ad A. 1310. qvod ipſum Wichardo de Polheim Archiepiſcopo Salzburgenſi A. C. 1315. mortui communiter attribui ſolet, cujus initium ita ſe habet: *Anno Domini 1279. Dominus Philippus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in Ungariam venit, Ungaros Chriſtianos, qvi Chriſtianam vitam ferè obliti fuerant, & Comanos ad fidem Catholicam ſtuduit revocare &c.*

Deinde in Catalogo *Bibliothecæ Thuaneæ* MSta Rerum Hungaricarum recentiora ſparſim videas commemorari hæc ſeqq.

Memoire pour l' Hiſtorie de Hongrie 1596. Memoires de ce qvi à eſté dit par le commendement de la Reine de Hongrie, par Jean de Mauris Conſeiller de l' Empereur, à M. de Lorraine, avec la reponſe de M. de Lorraine pour le fait du Traité de Luxembourg, fait entre l' Emper. & ledit Duc l' An. 1533. Grande Lettre des Eſtats de Hongrie. 1605. Grande plaintes du Royaume de Hongrie 1604. 1605. Traite de Pais entre l' Archiduc Matthias & les Hongrois 1606. Pieces pour l' Hiſtoire de Hongrie 1608.

Conditiones Pacis inter Cæſarem & Sigiſmundum Principem Tranſylvaniæ. 1602. Litteræ Legatorum Hungariæ ad Status Auſtriacos ratione pacificationis factæ, pro qva fidejuſſerunt. 1608. Geſta Matthiæ Auſtriaci in Hungaria 1608.

Præterea Claudius Fabricius *à Peireſk in ſua Bibliotheca aſſervavit Codicem MStum de Vita Attilæ Hunnorum Ducis, cujus etiam editionem moliebatur, teſte* Gaſſendo *in Vita Peireſcii p. m. 119. Ex iſto MSto nonnulla Thomas Bartholinus in libello de Armillis p. 70. citavit.*

Procopius *qvoqve* Bonanus *Archiater Cæſareæ Cameræ in Fodinis Regiis Hungariæ, compoſuit Librum de Admirandis rebus Hungariæ plusqvam 200. tabulis æneis exornatum, qvem qvidem typorum ope publicare in animo habuit; ſed eo mortuo non amplius comparuit, hinc vel ab hæredibus, vel ab aliis invidioſè eum ſuppreſſum eſſe cum Reipublicæ literariæ circa pleniorem Rerum Hungaricarum notitiam detrimento, eruditi non ſine cauſa qveruntur.*

Davidis *pariter* Hermanni *Medienſis Tranſylvani Codex MStus Annalium Rerum Tranſylvanai. in multis eruditorum manibus, utpote ſæpius deſcriptus, per Hungariam & Tranſylvaniam verſatur.*

Similiter Stephani Szamoſſii *Codex qvidam MStus de Originibus Hungaricis in Hungaria admodum celebris eſt, tum propter antiqvitates Regni accuratè enucleatas, tum propter alias in Hungaria*

garia Res olim geſtas, concinnè expoſitas. Utriqve ſanè hi Codices MSti digni forent ut typis excuſi lucem publicam adſpicerent, inſignem Hungaris æquè ac Exteris utilitatem allaturi, Hiſtoriamqve Hungaricam egregiè illuſtraturi.

Inter deperditos MStos Codices Hung. Rerum, numerari merentur hi duo ſeqventes, videlicet: I. *Davidis Frölichii Chronologia Pannoniæ*, de qva ipſe Autor in ſua Bibliotheca, ſeu Cynoſura Peregrinantium hac verborum uſus eſt textura: *Fuſiorem & accuratiorem hujus Regni* (Hungariæ) *deſcriptionem mea Chronologia Pannoniæ (qvæ ex defectu Patroni hactenus cum blattis & tineis rixas movit, nec in lucem prodire valuit) ſuppeditabit.* Conf. Specim. Hung. Liter. p. 161.

II. MStum eſt, *Jani Pannonii Annales Hungariæ verſibus uno in Volumine colligati*, qvibus conficiendis qvantum ipſe ſe ſuperarit, facile ex admiranda Marcellini Panegyri (qvam una cum aliis, doctiſſimus & felix Poeta, Hilarius Cantiuncula edi curarat) qvisqvè ſecum cogitabit. De qvo MSto amiſſo vehementer indoluit *Joh. Sambucus*, qvem etiam ſuum dolorem teſtatus eſt verbis prolatis hiſce: *Utinam qvidem Annales ejus* (ſcil. *Jani Pannonii*) *aliqvando Viennæ conſpecti & lecti prodeant, carceresqve perfringant, non ſecus me Deus! atqve Ciceronis aut Livii qvæ periere mecum excipienda ducerem, tantum qvisqve huic Vati jure tribuendum cenſeat. Qvod ſi Vulcano vel Iſtro ſunt tradita, vel, ut qvidam non diſſimularunt, excrementis humanis loco abdito, foraminibusqve putuere, Manes invidorum luant pœnas, qvod φθόνος ἔξω τοῦ θείου θρόνου ἵσταται, ut eſt in Phædro.* Hæc Sambucus de Jano Pannonio, cujus Carmina tantum miſcellanea & non hiſtorica à fugientibus editionibus ad incudem revocavit, & in manuale redegit *Joh. Philip. Pareus*, ſub inſcriptione *Deliciæ Poetarum Hungaricorum impreſſ. Francofurti 1619. 12.* Conf. Sp. Hung. Liter. p. 287. & ſeq.

CLASSIS II.

SCRIPTORUM, QUI PRÆTER RES A SUIS GENTIBUS GESTAS, EAS ETIAM QUÆ IN PANNONIA VETERI ÆQUE AC MODERNA ACCIDERUNT NON EX PROFESSO QUIDEM, *SPARSIM*, TAMEM ET *INCIDENTER* SOLUM OPERIBUS SUIS IMMISCUERUNT.

§. I.

De Scriptoribus Antiqvitatem, Originem, Hiſtoriam, Bellaqve Hungarorum incidenter exponentibus.

AGathiæ *Myrnai, (vel ſecundùm Svidam* Smyrnæi*) Hiſtoria de Bellis Gothorum.* In fine Hunnorum irruptiones in Thraciam & Græciam recenſentur. *Baſilea A. 1531. in fol. unà cum Leonhardo* Aretino, *de Bello Italico adverſus Gothos: & de Bello Punico, Illyrico & Gallico:* Jornande *de Rebus Geticis:* Procopii *Hiſtoria de Bello Perſico, Vandalico, & Gothico:* Zoſimi Comitis *Hiſtoria nova Graco-Latina.* Qvi ſinguli Res Pannonicas tradiderunt.

Adonis *Viennenſis Chronicon ab O. C. usqve ad A. C. 837.* Extat cum Gregorio Turonenſi, editum curâ Gvilielmi Morellii. *Pariſiis* 1567. f.

Aimoini *Monachi Benedictini Hiſtoria Francorum. Francofurti. Mæn.* 1613. *& Pariſiis* 1641. f. Ineſt etiam Corpori Hiſtoriæ Francicæ Marqvardi Freheri f.

Alberti *Abbatis Stadenſis Chronicon, ab O. C. ad A. C.* 1256 *Prodiit primum Helmſtadii* 1587. *curâ Reineri Reineccii in 4. deinde Vitteberga* 1608. *poſt in Collectione Schilteri.*

Anshelmi *Abbatis Gemblacenſis Chronicon, cum Auctariis* Sigeberti, Abbatis Gemblacenſis. *Antverpia* 1608. 4. *nunc etiam cum Collect. veterum Chronicor.* Aub. Miræi.

Digitized by Google

Anonymi *Chronicon Tremonienſe*. In qvo præter alia qvam plurima mentio etiam facta eſt aqvationis Hunnorum der Hunnen-Träncke / repetitqve ejus veſtigia à Seculo X. in qvod nempe incidit memorabilis illa Clades in Germania Hungarorum.

Aventini *Johannis Annales Bojorum*, Nicolai Ciſneri *ſtudio editi Baſileæ 1580. f.*

Blondi *Flavii, Forolivienſis Libri XXXI. Hiſtoriarum ab inclinato Rom. Imperio. Venetiis 1483. Baſileæ 1533. f. & in ejuſdem Operibus conjunctim editis Ibid. 1559. f.* Hunc Bonfinius Dec. II. Hiſtoriæ ſuæ Hung. Hiſtoricum qvidem præſtantiſſimum, ac ſanè Scriptorem de Romana lingva optime meritum nuncupat; verùm in iis qvæ de Hungaria ſuæ Hiſtoriæ intexuit ſubleſtæ fidei animadvertit, multorumqve errorum hinc inde arguit.

Bœcleri *Joh. Henrici de Rebus Seculi IX. & X. Argentorati 1656. 4.*

Boxhornii *Marci Zverii Hiſtoria Univerſalis Sacra & Prophana, à C. N. ad A. 1650. Lugduni Batav. 1652. 4.*

Bulengeri *Julii Cæſaris Hiſtoriarum ſui temporis Libri XIII. qvibus res toto Orbe geſtas ab A. 1556. usqve ad A. 1612. complectitur. Lugduni 1619. f.*

Crantzii *Alberti Hiſtoria Saxoniæ ac vicini Orbis Arctoi, Vitteberga 1585. & 1604. 8.*

Cruſii *Martini Annales Svevici Francofurti 1596. f.*

Diaconi *Pauli Hiſtoria miſcella cum Continuatione Landulphi Sagacis & Obſervationibus Friderici Lindenbrogii, Hamburgi 1611. 4.* Continetur etiam inter Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, Gruteri f.

Euſebii *Chronicon, qvod cum vaſto* Joſephi Juſti Scaligeri *Commentario prodiit Amſterodami 1658. f.* in qvo de converſione Hungarorum ad fidem Chriſtianam multa habet.

Freheri

Freheri *Marqvardi Scriptorum Rerum Germanicarum Tomi III. Francofurti Mœn.* 1624. qvo in Opere varia continentur opuſcula ad Hiſtoriam Hungariæ illuſtrandam, nempe: *1) Matthai Mareſchalci de Pappenheim Chronici Auſtralis antiqvi excerpta. 2) Æneæ Sylvii Piccolominei Commentarius de his, quæ Friderico III. imperante in Germania, Hungaria, Tranſylvania, & per totam Europam usqve ad A. 1458. geſta ſunt. 3) Matthiæ Corvini Hung. Regis Oratorum ad Principes & Status Imperii pro auxilio contra Turcas ferendo, imploratio. 4) Marci Ant. Torqvati Prognoſticon de Everſione Europæ, qvod Sereniſſ. Matthiæ I. Regi Hung. A. 1480. direxit, uſqve ad A. 1538. 5) Joh. Cuſpiniani Diarium, de Congreſſu Cæſaris* Maximiliani *I. & trium Regum, Vladislai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ & Sigiſmundi Poloniæ in urbe Viennenſi facto, A. 1515. multis inſignibus Epiſtolis & Carminibus inſertis, per* Richardum Bartholinum. *6) Rich. Bartholini Hodoeporicon, ſive de iis, quæ in Conventu Maximiliani Cæſaris, & Regum Vladislai, Sigiſmundi & Ludovici memoratu digna ſunt, multis inſignibus Orationibus, Epiſtolis & Carminibus inſertis.*

Gregoræ *Nicephori Hiſtoria Bizantina. Editio græco latina, interprete Hieron. Wolfio Genevæ 1615. fol. Pariſiis 1648. f. cum notis Dionyſii Petavii.*

Hofmanni *Joh. Jacobi Lexicon Univorſale, Hiſtoriam ſacram & prophanam omnis ævi, omniumqve gentium chronologiam ad hac uſqve tempora, geographiam & veteris & novi orbis: Principum per omnes terras familiarum ab omni memoria repetitam genealogiam &c. IV. Tomis explanans. Baſileæ 1677. f. & Amſterodami 1698. f.*

Jornandis *de Regnorum ac temporum ſucceſſione Lugduni Bat. 1597. 8.*

Jovii *Pauli Opera; videlicet Hiſtoriarum ſui temporis Libri 45. & Vita Illuſtrium virorum. Baſileæ, 1578. f. II. Tom.*

Iſido-

Digitized by Google

Iſidori *Hiſpalenſis Hiſtoria Gothorum, Suevorum atqve Vandalorum. Pariſiis* 1579. *&* 1582. *f. & cum Obſervationibus* Lindenbrogii. *Hamburgi* 1611. *in 4.*

Latzii *Wolfgangi Libri XII. de Migrationibus Gentium, ſedibus fixis, reliqviis, lingvarumqve initiis ac immutationibus. Francofurti Mœn. 1600. f.* Ejuſdem *Decades II. de variarum gentium immigrationibus in Illyrici Occidentalis tractum.*

à Lichtenau *Conradi* (Abbatis Urſpergenſis) *Chronicon, ab A. poſt Diluvium 200. exorſum, continuâ ſerie usqve ad Friderici II. Imp. annum 20. qvi eſt à N. C. 1230. contextum, cum paralipomenis rerum usqve ad Carolum V. Rom. Imp. cui annexi ſunt Annales* Reginonis *&* Lamberti Schafnaburgenſis *Baſileæ* 1569. *f. & Argentorati* 1609. Inſertum etiam eſt Piſtorii Collect. Scriptor. Rer. Germ.

Lindenbergii *Petri Commentaria Rerum memorabilium in Europa ab A.* 1586. *ad A.* 1591. *geſtarum. Hamburgi* 1691. *4.*

Luitprandi *Diaconi Ticinenſis Libri VI. rerum ab Europæ Regibus & Imperatoribus geſtarum.* Extant in Operibus ejus conjunctim editis, cum notis Hieronymi de la Higvera & Laurentii Ramiretz de Prado, Antverpiæ 1640. & apud Juſtum Reiberum Vet. Script. Germ. Hanoviæ 1619. f.

Matthiæ *Chriſtiani Theatrum Hiſtorico-Practicum. Francofurti Mœn.* 1659.

Micrælii *Johannis Syntagma Hiſtoriarum politicum, Stetini* 1654. *4.* Hiſtoriam non ſolùm univerſalem IV. Monarchiarum comprehendit, ſed etiam Hiſtoriam ſpecialem regnorum atqve ducatuum.

Naucleri *Johannis Chronicon, duobus Vol. comprehenſum & ab O. C. uſqve ad A.* 1500. *per generationes deductum, cum Appendice Nicol.* Baſſii *Tubingæ* 1516. *f. & Auctario Barthol.* Laurentii. *Coloniæ* 1544. *&* 1613.

Nicetæ *Acominati Choniatæ 86 annorum Hiſtoria ab A.C.* 1117. *uſqve A.* 1203. *ex græco latine reddita ab Hieronymo Volſio. Baſileæ* 1537. *f.*

Nicephori Gregoræ *Hiſtorica Byzantina, ab eodem Volſio latine interpretata. Genevæ* 1615. *f. Pariſiis* 1648. *cum notis Dionyſii Petavii. in fol.*

Ollai *Magni Hiſtoria Gentium Septentrionalium. Francofurti. M. 1555. f. & Lugduni Bat. 1555. 12.*

Othonis *Friſingenſis Chronicon ab O.C. ad A. uſqve 1146. Libris VII. comprehenſum Francofurti Mœn. 1585. fol.* inſertum etiam eſt Tomo I. Chriſt. Urſtiſii Operis Germ. Hiſtoricorum Illuſtrium.

Pantaleonis *Henrici Diarium Hiſtoricum, ex ſacris & profanis omnium nationum & temporum faſtis, annalibus &c. excerptum. Baſileæ. 1572. f.*

Peutingeri *Conradi Epitome de Gentium qvarundam migrationibus, qvæ cum Procopio aliàs edita eſt Baſileæ 1531. f.*

Priſci Rhetoris *Sophiſtæ Excerpta Gothicæ Hiſtoriæ*, Carolo Cantaclaro *interprete Pariſiis 1606. 8.* continent præter alia Legationem Theodoſii Junioris ad *Attilam*, ejusdemqve convivii, cui Priſcus ipſe interfuit memorabilem deſcriptionem.

Puffendorfii *Samuelis L. Bar. Introductio ad Hiſtoriam Europæam, ex germanico latinè nunc reddita à* Joh. Frid. Cramero, *atqve ſupplemento uſqve ad initium Seculi XVIII. itemqve Compendio Hiſtoriæ Svecicæ aucta. Francofurti Mœn. 1704. in 8.*

Schardii *Simonis Rerum Germanicarum Scriptores varii, in IV. Tomos collecti. Gieſſæ 1673 fol. qvæ in Collectione variæ etiam occurrunt opuſcula Rerum in Hungaria geſtarum, nempe* in Tomo II: *Clades in campo Mohács, in qva Ludovicus Rex Hung. occidit, à Stephano Brodericho, deſcripta. Belli Pannonici per Illuſtriſſimum Principem Fridericum Palatinum &c. contra Solymannum Turca-*

Turcarum Tyrannum geſti liber unus, Melchiore Soitero *à Vinda auctore*. Johannis Mart. Stellæ *de Turcarum in Hungaria ſucceſſibus Anni 1543. & 44. ad fratres ſuos Epiſtola 4. Ejuſdem Deſcriptio & munitiones Altenburgi arcis dotalis Mariæ Reginæ Hung. Rerum ad Agriam A. 1552. geſtarum Narratio* Joh. Sambuci. *Ejuſdem Obſidionis Sigethi breviſſima veraqve expoſitio. Expugnatio Arcis Temeſvári ab eodem deſcripta A. 1552. Rei contra Turcas A. 1556. geſtæ brevis deſcriptio, cum adjecta Chorographia : ubi præliorum, pugnæ, oppugnationum, locorum item, in qvibus præclarè qvidqve geſtum eſt, regionisqve ſitus & confinia elegantiſſime exprimuntur*, Volfgango Lazio *autore. Rerum contra Turcas, auſpiciis Ferdinandi Auſtriaci, Cæſaris F. A. 1556. in interamnenſi Pannonia geſtarum, Hiſtoriola, Dialogo conſcripta : autore* Baſilio Joh. Herold. In Tomo IV. *Expugnatio Arcis Tokai A. 1565. per Lazarum à Schvende recepta, authore* Joh. Sambuco. *Hiſtoria Sigethi totius Sclavoniæ fortiſſimi propugnaculi, qvod à Solymanno Turcarum Imperatore, A. 1566. captum, Chriſtianisqve ereptum eſt, ex Croatico ſermone in Latinum converſa per M.* Samuelem Budinam, *Labacenſem. Epitaphia varia in Nicolai Zerini, Comitis mortem præſidium Sigethium & Gyulaum &c. Epitome rerum geſtarum in variis orbis partibus ſub Imperatore Maximiliano II. ab Anno 1565. usqve ad A. 1572.*

Sexti Rufi *Breviarium de Victoriis ac provinciis populi Romani.* Alias inſcribitur etiam : *De Conſulari & Imperiali dignitate atqve acceſſione Romani Imperii. Ziza, 1678. 8. cum annotationibus Chriſt. Cellarii.*

Sleidani *Johannis de IV. ſummis Imperiis Libri III. olim ab Henrico Maibomio materiarum ſedibus illuſtrati, nunc verò cum continuationibus Conradi Sam. Schurtzfleiſchii ad A. uſqve 1678. & C. Junkeri ad finem uſqve Seculi XVII. denuo editi & acuratiſſime emendati. Lipſiæ 1707. 8.*

Sigfridi *Presbyteri Miſnienſis Chronicon ab O. C. usqve ad A. 1307.*

A. 1307. *concinnatum Lipſiæ* 1596. *f.* exhibetur etiam in Tomo I. Piſtorii Rer. Ger. Script.

Simocattæ *Theophilacti Hiſtoria Mauritii Tiberii Imperatoris Conſtantinopolitani, ex græco latinè reddita à Jacobo Pontano, prodiit Ingolſtadii* 1604. *f. & Pariſiis* 1647. *f.* Deſcribuntur *bella* etiam Mauritii contra Avares & Slavos geſta.

Spangenbergii *Cyriaci Chronicon Mansfeldicum. Euslebii* 1571. *& Francofurti Mœn.* 1586. *f.* ubi de Hunnica gente qvædam non protrita, paſſimqve obvia, ſed rara atqve ſingularia exponuntur.

Sylvii *Æneæ Piccolominei Hiſtoria Rerum, quæ Friderico III. imperante in Orbe geſta ſunt usqve ad A.* 1458. *Definit in motibus illius temporis hungaricis. Coloniæ* 1579. *fol.* Prodiit etiam cum animadverſionibus Henr. Bœcleri in Collectione Script. Rer. Germ. & Schilteri, Argentorati 1702. f.

Thuani *Jacobi Auguſti Hiſtoriarum ſui temporis ab A. C. ſcilicet* 1543. *ad A.* 1607. *Libri* 138. *cum continuatione* Adolphi Thuldenii, *Hiſtoriæ rerum ab A.* 1618. *uſqve ad A.* 1660. *in Europa geſtæ. Coloniæ* 1663. *fol.*

Warnefridi *Pauli Opus de rebus Longobardicis, cum notis & variis lectionibus Friderici Lindenbrogii, Hamburgi* 1611. 4. Continetur etiam inter Scriptores Rerum Gothicarum & Longobardicarum conjunctim editos, cum notis Bonaventuræ Vulcani Lugduni 1597. & 1618. 8. & cum notis Hug. Grotii Amſterodami 1655. 8.

Waldenfelſii *Chriſtophori Selecta antiqvitatis Libri XII. Noribergæ* 1677. 4. *in qvibus de geſtis primævis; item de Origine gentium, nationumqve migrationibus atqve præcipuis dilocationibus agitur.*

Valeſii *Hadriani Rerum Francicarum usqve ad Chlotarii Senioris mortem Libri IIX. Pariſiis* 1646. *f. qvibus etiam Hiſtoria Hunnorum ab Origine gentis & fontibus deducta luculenter intexta eſt.*

à Vor-

à Vorbourg *Joh. Philippi Opus Hiſtoricum XII. voluminibus abſolutum Francofurti Mœn. 1645. & ſeqq. fol.*

Ximenii *Roderici Hiſtoria Gothorum, Hunnorum atque Vandalorum, Francofurti Mœn. 1603. fol.*

Zonaræ *Johannis Compendium Hiſtoriarum ab Orbe condito usque ad obitum Alexii Comneni græcè latinè. Baſileæ 1557. fol.*

Anonymi Neu eröffneter Hiſtoriſcher Bilder-Saal. *Norìbergæ*, 1701. 7. *Voll.*

Abelini *Joh. Philippi Theatrum Europæum.* Oder wahrhaffte Beſchreibung / aller denckwürdiger Geſchichte / ſo hin und wider / fürnemlich in Europa / hernacher auch in andern Theilen der Welt / ſo wohl in Religion als Policey-Weſen vom Jahr Chriſti 1617. bis auf 1700. ſich zugetragen / mit ſchönen in Kupfer gebrachten Land-Taffeln / Veſtungen / Schlachten / Belägerungen auch furnehmer Perſonen *contrafaituren* gezieret. Wird gedruckt zu Franckfurt am Mayn / in fol.

von Brüſſel *Johannis Mundus Imperiorum.* Das iſt / Beſchreibung aller Kayſerthümer / Königreiche und Fürſtenthümer / *&c.* in 4. Theil / aus dem Italieniſchen verteutſchet / Urſel. 1602. *fol.*

Philemeri Jrenici Eliſii *Diarium Europæum.* Oder kurtze Beſchreibung der denckwürdigſten Sachen / ſo ſich in Fried und Kriegs-Geſchefften in Europa vom Jahr Chriſti 1657. bis ins Jahr 1683. begeben haben. *Ibid. in 4. Tomis 45.*

Franciſci *Jacobi Relationes Hiſtoricæ Francofurtenſes.* Oder Hiſtoriſche Beſchreibung der denckwürdigſten Geſchichten / ſo ſich in Hoch und Nieder-Teutſchland / auch Italien / Hiſpanien / Franckreich / Ungarn / Siebenbürgen. *rc.* vor und zwiſchen jüngſt verfloſſener Franckfurter Meſſe / jedes Jahr ſich hat zugetragen / aus zuverläßigen *documentis* verfaſſet.

 Gotho-

Gothofredi *Joh. Ludovici* Hiſtoriſche Chronica / oder Beſchreibung der vorneinſten Geſchichte / ſo ſich von Anfang der Welt bis auf das Jahr Chriſti 1619. zugetragen / nach Abtheilung der 4. Monarchien / und beygefügter Jahr Rechnung aufs fleißigſte in Ordnung gebracht. Franckfurt M. 1682. *f. cum multis iconibus.*

Hübneri *Johannis* kurtze Fragen aus der Politiſchen Hiſtoria / bis auf gegenwärtige Zeit continuiret. Leipzig. 1709. 12. 10. *Voll. Hiſtoriam Hung. complectitur Vol. 4.*

Lehmanni *Chriſtophori* Chronica der Freyen Reichs-Stadt Speyer. Franckfurt M. 1698. *f. in qua Bella Hungarorum contra Germanos geſta luculenter ſunt recenſita.*

Ludolphi *Hiobi* Allgemeine Schau-Bühne der Welt. Franckfurt M. 1699. *f. Deductum eſt hoc Theatrum Hiſtor. à C. N. ad A. usque 1682.*

Moſemanni *Hermanni Fabronii* Neüe Summariſche Welt-Hiſtoria und Beſchreibung aller Kayſerthümer / Königreiche / Fürſtenthümer und Völcker heütiges Tags auf Erden. Schmalkalden 1612. 4. Leipzig 1614. 4.

d' Avity *Piere Le Monde: ou Deſcription de l' Univers & ſes quater parties.* Auxit hoc opus Franciſcus Ranchinus atque edidit Montiſpeſſulani 1643. f. poſt hunc vero augmentavit atque emendavit illud Joh. Bapt. de Rocoles 1660. f. *Hiſtoriam exponit omnium Nationum, ipſarum mores, regionis & regiminis Statum V. Tomis.*

d' Aubigny Hiſtoire Univerſelle de puis l' An. 1550. jusqu' en le An. 1601. 1616. à Amſterdam. 1626. f.

Morery Louis le grand Dictionaire Hiſtorique, à Amſterdam 1699. & à Paris 1701 f. II. Tom.

NB. Ad hunc §. faciunt ferè omnia Hiſtoricorum Opera Chronolo-

nologica & Hiſtoriæ Univerſales, qvorum heic exiguum tantùm hunc ſelectum brevitatis cauſa producere placuit, aliis tamen heic non productis haud qvaqvam excluſis: Id qvod de Scriptoribus qvoque Geographicis præter jam citatos in ſeqventi §. adductis, eſt intelligendum.

§. II.

De Scriptoribus Geographicis atqve Itinerariis, inter alia Regna, Hungariam qvoqve & ejus incorporatas Provincias junctim delineantibus.

ANonymi *Dictionarium Hiſtoricum omnium gentium, hominum, locorum, fluminum ac montium antiqva recentioraqve continens, ad ſacras & prophanas Hiſtorias intelligendas nunc locupletius & nitidius redditum. Lugduni* 1576. 4. & 1590. *apud Jacob Stoer.*

- - *Mundus Imperiorum, ſive relationes de præcipuis Mundi Imperiis, Regnis & Dynaſtiis, editio altera. Aug. Vindel.* 1610. 4.

Becmanni *Joh. Chriſtophori Hiſtoria orbis terrarum, geographica & Civilis, de variis negotiis noſtri potiſſimum & ſuperioris ſeculi aliisqve rebus ſelectioribus. Editio 3. Francofurti ad Oder.* 1704. 4.

Bertii *Petri Theatrum Geographiæ veteris, continens Claud. Ptolemæi de Geographia Libros VIII. græcè & latinè, & tabularum Ptolemaicarum delineationem, cum adnotationibus Gerh. Mercatoris. Amſterodami* 1618. *f.*

Brietii *Philippi Parallela Geographiæ veteris & novæ. Pariſiis* 1649. 4. *II. Tom.*

Caſtaldi *Jacobi Orbis univerſalis, Aſia, Africa, Hiſpania, Italia, Hungaria &c. Venetiis.*

Cellarii *Chriſtophori Notitia Orbis, ſive Geographia plenior, ab ortu Rerumpublicarum ad Conſtantinorum tempora Orbis terrarum faciem declarans. Lipſiæ* 1701. 4. *II. Tomi.*

Cella-

Cellarii *Danielis Speculum orbis terrarum Antverpiæ* 1578. *f.*

N. Cornelii *Atlas. Venetiis* 1691. *fol.*

Cluverii *Philippi Introductio in univerſam Geographiam veterem qvam novam. Gvelferbiti* 1694. 4.

Frölichii *Davidis Viatorium. Ulmæ* 1644. 12. *Conf. S. H. L. p.* 160.

Ferrarii *Philippi Lexicon Geographicum, cum Appendicibus Dominici* Magni. *Pariſiis ex editione tertia* 1682. *fol.*

Fournierii *Georgii P. S. J. Geographica Orbis notitia. Francofurti* 1668. 12.

Luitis *Johannis Introductio ad Geographiam cum mappis geogr. Samſonis. Ultrajecti* 1692. 4.

Magini *Joh. Antonii Geographia univerſa tum veteris tum novæ opus abſolutiſſimum, II. Volum. diſtinctum, Arnhemiæ, ex editione 3. A.* 1617. 4.

Merulæ *Pauli Coſmographiæ generalis Libri III. & Geographiæ particularis Libri VI. Amſterodami* 1621. *f.*

Mercatoris *Gerhardi Atlas: ſive Coſmographicæ meditationes & fabrica Mundi, & fabricati figura, cum tabulis geogr. Amſterodami* 1612. *f.*

Münſteri *Sebaſtiani Coſmographia, Baſileæ* 1559. *f.*

Nigri *Dominici Marii Geographia una cum Laur. Corvini Novoforienſis Geographia, Baſileæ* 1556. *edita f.*

Ortelii *Abrahami Theatrum Orbis terrarum. Antverpiæ* 1624. *f.* Ejusdem *Theſaurus Geographicus. Ibid.* 1624. *f.*

Ptolemæi *Claudii Geographiæ Libri VIII. græcè & latinè cum Tabulis geogr. per G. Mercatorem &* Petr. Montanum. *Amſterodami* 1605. *f.*

Qvadi

Digitized by Google

Qvadi *Matthiæ Faſciculus Geographicus, complectens præcipuarum totius Orbis regionum tabulas circiter* 100. *una cum earundem enarrationibus. Coloniæ Agr.* 1608. *fol.*

Strabonis *Amaſini Rerum Geographicarum Libri XVII. cum verſione Gvilielmi Xilandri & Iſaci Caſauboni, Genevæ 1587. f. & Pariſiis 1620. cum Caſauboni atqve Frid. Morelli Obſervationibus.*

Tollii *Jacobi Epiſtolæ Itinerariæ. Amſterodami 1700. 4. cum notis Henr. Chriſt. Henninii.*

Anonymi *Relatio Univerſalis.* Das iſt / allgemeine und eigentliche Erzehlung aller Landſchafften / Stätte und Völcker / ſambt deren Gebrauch und Eigenſchafften / auch aller Gebürge / Seen und Waſſerflüſſen ꝛc. durch die gantze Welt. Cölln 1596. *fol.*

Boteri *Johannis* Allgemeine Welt-Beſchreibung aller Landſchafften / Stätten / Völcker / ſambt deren Gebrauch ꝛc. mit ſchönen Land-Taffeln gezieret. Cölln 1611. *f.*

Brovven *Eduardi* durch Niederland / Teütſchland / Ungarn / Servien / Bulgarien / Macedonien / Theſſalien / Oeſterreich / Steyermarck / Kärnten / Carniol / Friaul ꝛc. gethane gantz beſondere Reiſen ꝛc. Nürnberg 1686. 4.

de la Croix *Geographia Univerſalis.* Oder allgemeine Welt-Beſchreibung nach neuer Art und Weiſe / wie dieſe Wiſſenſchafft leicht zu gebrauchen und erlernet werden kan. Aus dem Frantzöſiſchen ins Teutſche überſetzet / von *Hieron. Diecelio.* Leipzig. 1697. 4.

Uchſenii *Erdmanni* Univerſal Geographiſch-Hiſtoriſches Lexicon. Leipzig. 1710. *f.*

Maletti *Allain Maneſſon* Beſchreibung des gantzen Welt-Kreyſzes. In *V.* Theilen verfaſſet. Franckfurt. M. 1684. 4.

Digitized by Google

Moſemanni *Herman. Fabronii* Neue Summariſche Welt-Hiſtoria und Beſchreibung aller Kayſerthümer / Königreiche / Fürſtenthümer und Völcker heutiges Tags auf Erden ꝛc. Schmalkalden 1612. Leipzig 1614. 4.

Mülleri Neu ausgefertigter Atlas. Franckfurt. M. 1702. 8.

&c.

§. III.

De Scriptoribus Rempublicam & Statum Regni Hungariæ in Operibus ſuis hinc inde delineantibus.

ARniſæi *Heningii Tract. de Jure Majeſtatis. Argentorati 1635. 4.*

Arumei *Dominici Libri V. de Jure Publico Imperii Rom. Germ. Jenæ 1620. 4.*

Brachelii *Adolphi Hiſtoria ſui temporis ab A. 1618. ad A. 1652. adjectis Tractatibus Hiſtorico-Politicis. Coloniæ 1652. 8.*

Becmanni *Joh. Chriſtophori Syntagma Dignitatum Illuſtrium, Civilium, Sacrarum, Equeſtrium, inſertis variis actis publicis electionum, inaugurationum, ingreſſuum, abdicationum, exequiarum, Regionum, Electoralium, Ducalium &c. Francof. & Lipſiæ 1696. 4.*

Boſii *Joh. Andreæ Introductio in Notitiam Rerumpublicarum, Jenæ 1676. 4.*

Boteri *Relationes Univerſales, ſive Mundus Imperiorum, Lipſiæ 1667. 4. cum augmento Juſti Reiffenbergeri.*

Conringii *Hermanni Theſaurus Rerumpublicarum totius Orbis quadripartitus, quem ſuo ſub nomine Philip. Andr. Oldenburgerus edidit, Genevæ 1675. in 8.* IV. Par. in cujus P. 4. Tit. 2. de Statu Hungariæ prolixè agitur.

Goldaſti

Goldaſti *Melchioris Acta Publica & Tractatus generales. Francofurti Mœn. 1614. f.*

Sanſonii *Franciſci Libri XX. de Gubernatione diverſorum Regnorum & Rerumpublicarum -- 1583. 4.*

Leübnitii *Guiliel. Gothofredi Codex Juris Gentium Diplomaticus, Hanoveræ A. 1693. in fol. editus*, in qvo tabulas avthenticas actorum publicorum, tractatuum aliarumqve rerum majoris momenti per Europam geſtarum ab antiqvo tempore uſqve ad Annum 1500. ex MStis potiſſimum Bibliothecæ Gvelferbitanæ, atqve archivorum, ac propriis collectaneis edidit, ubi tamen aliorum æqve Europæ Regum Acta continentur.

de Linda *Lucæ Orbis Lumen & Atlantis Juga tecta retecta. Francofurti Mœn. 1658. 4.* germanicè. *Ejuſdem Orbis & omnium Rerumpublicarum Deſcriptio. Amſterodami 1665. 8.*

Lunigii *Joh. Chriſtophori Sylloge Publicorum Negotiorum. Francofurti Mœn. 1694. 4.* in qva literas cujuscunqve generis, varia item decreta, ſalvos conductus, memorialia, propoſitiones, reſolutiones, proteſtationes, vota, pacta, fœdera, inſtrumenta Pacis, aliaqve latinis verbis concepta & intra proximum vicennium inter varios Reges & Principes ab A. 1674. ad A. 1694. acta, ſecundùm annorum ſeriem congeſſit. Hujus poſtea *Continuatio & ſupplementum ab A. 1674. uſqve ad A. 1702. negotia recentiora continens, prodiit Ibidem A. 1702. 4.*

Pauermeiſteri *Tobiæ Tract. de Jurisdictione. Francofurti 1616. 4.*

Pfeffingeri *Joh. Friderici Vitriarius illuſtratus: Seu Inſtitutiones Iuris Publici Romano-Germanici, Gothæ 1699. 4.*

Reinkingii *Theodori Tract. de Regimine Seculari & Eccleſiaſtico. Francofurti 1659. 4.*

Steuchi *Eugubini Opera. f. Pariſiis 1587. f.* in qvibus Jura etiam exponuntur, qvæ Pontifex Rom. in Regnum Hung. prætendit.

Zypæi *Franciſci Tract. de Jurisdictione Eccleſiaſtica & Civili. Leodii 1694. f.*

Anonymi Der Europäiſchen Reiche und Republiqven vormahlige und jetzige Beſchaffenheit. Cölln 1699. 12.

Anonymi Neu vermehrter Politiſcher Nach-Tiſch/ kürtzlich vorſtellende alle florirende Reiche und Republiqven dieſer Zeit. Dresden. 1699. 12.

Happelii *Everhardi Guerneri Hiſtoria moderna Europæ.* Oder Hiſtoriſche Beſchreibung aller Königreiche und Staaten in gantz Europa. Ulm. 1692. fol.

von Zechen *Bernhardi*, Europäiſcher Herold. Oder zuverläßige Beſchreibung/ derer Europäiſchen-Chriſtlichen-Kayſerthums/ Königreiche/ freyer Staaten und Fürſtenthümer/ nach ihrer natürlich und Politiſchen Zuſtand/ Kriegs- und Friedens-Religions und Weltlichen Verfaſſungen bis auf das 1705. Jahr/ mit allen Wapen in Kupfer geſtochen. Leipzig. 1706. *f. II. Tom.*

Zvveiburgii *Erhardi Theatrum Præcedentiæ.* Oder eines Theils *illuſtrer* Rang-Streit; andern Theils *illuſtre* Rang-Ordnung/ wie nehmlich die conſiderablen Potenzen und Grandes in der Welt/ nach Qvalität ihres Standes/ Nahmens/ *Digni*tät und *Characteres* ſambt und ſonders in der *Præcedenz*/ in dem Rang und Tractament ſtreitig ſind und *competi*ren. Berlin 1706. *f.*

Les Etats Empiers , Royaumes & Principautes du Monde, per le Sr. D. T. V. V. à Geneve 1695. hoc opus ex gallico tandem in germanicum idioma tranſtulit Joh. Ludov. *Gothofredus*, atqve inſcripſit *Archontologiam Coſmicam.* Francofurti 1645. f. *in qvo hiſtoriam exponit omnium nationum, ipſarum mores, regionis atqve regiminis ſtatum.*

Calva-

Calvacanti *Barth. Trattati ſopra gli ottimi reggimenti delle Republiche antiche e moderne, in Venetia* 1571. 4.

Sanſovino *Franc. Del governo & adminiſtratione di diverſi Regni & Republiche coſi antiche come moderne, in Venetia* 1578. 4.

Spontone *Ciro Del governo di Stato, in Verona* 1599. 4.

&c.

§. IV.

De Scriptoribus ad Statum & Hiſtoriam Eccleſiaſticam Hungariæ incidenter facientibus.

BAronii *Cæſaris Annales Eccleſiaſtici, partim Romæ, partim Antverpiæ editi in fol.* 12. *Tomi.*

Becmanni *Joh. Chriſtophori Syntagma Dignitatum Illuſtrium, Civilium, Sacrarum &c.* *vid. p. 66.*

Caroli *Andreæ Memorabilia Eccleſiaſtica Seculi à N. C. XVII. Tubingæ* 1697. 4. *3. Volum.*

Chytræi *Davidis Oratio de Statu Eccleſiarum ſui temporis in Aſia, Africa, Græcia, Hungaria, Bohemia &c. Vitteberga* 1580.

Jægeri *Joh. Wolfgangi Hiſtoria Eccleſiaſtica cum parallelismo profanæ in qva Conclavia Pontificum Rom. fideliter aperiuntur & Sectæ omnes recenſentur, ab A.*1600. *usqve ad A.* 1710. *Hamburgi. f. II. Tomis.*

Kortholdi *Chriſtiani Hiſtoria Eccleſiaſtica Novi Teſtamenti à C. N. ad ſeculum XVII. Lipſiæ* 1694. 4.

Surii *Laurentii Tract. de probatis Sanctorum Hiſtoriis Tomi VI. Colloniæ* 1574. in qvibus præter aliorum Gentium Martyrum & Sanctorum Vitas, & Acta, etiam Hungaricorum mentio & narratio inſtituitur.

&c.

§. V.

De Scriptoribus Genealogiam Regum & Procerum Hungariæ adumbrantibus.

ALbicii *Antonii* (Nobilis Florentini) *Genealogicum Opus univerſale, continens omnes omnium ætatum Familias, Monarcharum, Regum, Ducum, Marchionum, Principum, Comitum atque Illuſtrium Heroum, Heroinarumqve, Lugduni* 1597. *f. Auguſtæ Vindel.* 1610. & 1617.

Alberti *Antonii Principum Chriſtianorum Stemmata, quæ ex locupletiori editione prodierunt, Argentorati* 1627. *fol.*

Diepholdi *Rudolphi Genealogia Imperatorum, Regum, Ducum & Comitum univerſi Orbis. Halæ* 1628. 4.

Emmii *Urbani Genealogia Univerſalis, Lugduni Bat.* 1620. *f.*

Heningii *Hieronymi Theatrum Genealogicum, continens omnes omnium ætatum Familias: Monarcharum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, atque illuſtrium Heroum Heroinarumqve. Magdeburgi* 1597. *fol. 6. Tom.*

Imhofii *Jacobi Wilhelmi Notitia S. R. Imperii Procerum, ex editione 4. prodiit Tubingæ* 1699. *fol.*

Melanchthonis *Philippi Theatrum Genealogicum omnium Familiarum ab O. C. usqve ad hæc tempora deductum. Magdeburgi,* 1598.

Rittershusii *Nicolai Genealogia Regum, Ducum, Comitum aliorumqve Procerum. Tubingæ* 1683. *f.*

Speneri *Philippi Jacobi Hiſtoria Inſignium illuſtrium. Seu Heraldica Pars Specialis. Francofurti* 1680. *fol.* ubi præter Inſignium Regni Hungariæ & aliorum eidem innexorum Regnorum etiam Prætenſio Pontificis Rom. in Hung. Regnum expenditur Libro I. c. 9.

Hüb-

Hübneri *Johannis* Dreyhundert und drey und dreyſſig Genealogiſche Tabellen / nebſt denen dazu gehörigen Genealogiſchen Fragen / vom Anfang der Welt biß auf dieſen Tag continuiret. Leipzig 1708. fol.

Lohmeieri *Georgii* Der Europäiſchen Reiche und Fürſtenthümer Hiſtoriſche und Genealogiſche Erläuterung in Staat-Taffeln verfaſſet und ans Licht gegeben. Lüneburg 1695. *f.*

Gombouſt *Jaqves* Les Blaſons & Armoires des Rois, Princes, Ducs, Souverains & autres grands Seigneurs des plus illuſtres Maiſons de l'Europe, avec les qvartiers de leurs alliances, le tout enlumine. à Paris. 1650. f.

Menetrier *Claudii Franciſci* Abregé methodiqve des Principes Heraldiqves. Oder neue Anleitung zu der ſo genandten Herold oder Wappen Kunſt. Ulm. 1694. 8. in qvo Comitum aliqvot Hungariæ inſignia deſcribuntur.

de la Roqve *Gvilles Andre* de la Nobleſſe & des Ordres de Chevalerie de la Nobleſſe d'Angleterre, d'Eſpagne, de Portugal, de Allemagne, *d'Hongrie*, d'Italie, de Pologne, de Svede, de Danemarc, de Paisbais, à Paris 1678. 4.

&c.

§. VI.

De Scriptoribus Miſcellanea Hungariæ afferentibus.

AGricola *Georgii Tract. de Natura eorum, qvæ ex terra effluunt Venetiis 1553. f.* Ejuſdem *de Re metallica: & de Animantibus ſubterraneis. Baſileæ 1561. f. cum figuris, & Vitteberga, 1612. 8.*

Aldrovandi *Ullyſſis Opera. Bononiæ 1616. & annis ſeqventibus edita, in fol.*

Barclai *Johannis Jcon Animorum, cum notis philologicis & maximè neceſſariis Auguſti* Buchneri, *& Chriſtoph. Junkeri Dreſdæ & Lipſiæ 1707. 8.*

Boemi

Boemi *Johannis Mores*, *Leges & Ritus omnium gentium. Antverpiæ*, 1571. 12.

Busbekii *Augerii Gisleni Epiſtolæ ad Rudolphum II. Imper. & Regem Hungariæ. Francofurti Mœn.* 1629. *& Lovanii* 1630. 8.

Baccii *Andreæ de Naturali Vinorum Hiſtoria: Item de Factitiis, deqve Rheni, Galliæ, Hiſpaniæ*, Hungariæ, *& de totius Europæ vinis. Romæ* 1506. *f.* Libro VII. hujus Operis prolixè agit de fertilitate etiam Hungariæ, Croatiæ, Tranſylvaniæ &c.

Calcagnini *Cælii Opera*, *Baſileæ A.* 1544. *excuſa:* ubi præter Concionem in templo Cathedrali Agrienſi per hunc Autorem publicè habitam, *de SS. Trinitate & Sapientia Divina*, occurrit etiam Oratio, in funere *Beatricis*, Matthiæ I. Regis Hung. Conjugis recitata.

Claramontii *Scipionis Libri X. de conjectandis cujusqve moribus & latitantibus animi affectibus. Opus novi Argumenti & incomparabile*, *curâ Hermanni Conringii recenſitum. Lugduni* 1704. 8. in qvibus de moribus qvoqve Hungarorum atqve Illyricorum agitur.

Kircheri *Athanaſii Mundus ſubterraneus*, *Amſterodami A.* 1665. *f.* in qvo præter alias Orbis partes etiam mineralium fodinarum qvæ in Hungaria reperiuntur, qvæqve in iis notatu ſunt curioſa, commemorantur.

Saxii *Philippi Jacobi Ampelographia. Vratiſlaviæ*, 1661. 4.

Anonyme l'Hiſtoire de Filippe Emanuel Duc de Loraine, Mercoeur dediée a ſa Majeſte Apoſtoliqve, à Cologne 1689. 8.

Sponi Jaqve Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Græce & du Levant, fait aux années 1675. & 1676. à Amſterdam 1629. 12.

&c.

CLAS-

CLASSIS III.

SCRIPTORUM QUORUNDAM, QUI DE POPULIS HUNGARIÆ FINITIMIS, VELUTI AUSTRIÆ, BOHEMIÆ, POLONIÆ, REIPUBLICÆ VENETÆ, SLAVORUM, ET IMPERII TURCICI NONNULLA AD PLENIOREM HISTORIÆ HUNGARICÆ ILLUSTRATIONEM FACIENTIA RETULERE.

§. I.

De Scriptoribus qvibuſdam Rerum Auſtriacarum.

à BRandis *Franciſci Adami* S. R. I. Comitis *Fama Auſtriaca. Bolſani. 1678. 8.*

Cuſpiniani *Johannis Hiſtoria Auſtriæ. Francofurti 1591. f. Baſileæ 1601. f.*

Mynſingeri *Joachimi Auſtriados Libri II. Baſileæ. 1540. 4.*

Rami *Johannis Libri II. de Rebus geſtis Archi-Ducum Auſtriæ, & de Rebus Turcicis Libri III. Lovanii 1553. 8.*

de Rhoo *Gerhardi Annales Rerum belli domiqve ab Auſtriacæ gentis Principibus à Rudolpho I. uſqve ad Carolum V. geſtarum. Oenoponti 1592. & 1600. f. Pragæ 1602. f. & cum ſupplementis Gundlingii, Halæ Sax. 1708. 4.*

Urſini *Caſparis Qverela Auſtriæ ad Germanos de oppreſſione Turcæ. Auguſtæ Vindel. 1531. 4.*

Vernulæi *Nicolai Hiſtoria Auſtriaca: ſeu Virtutum Auguſtiſſimæ Gentis Auſtriacæ Libri III. Lovanii 1640. & 1651. 4.*

Megiſeri *Hieronymi Diarium Auſtriacum: Seu Calendarium Hiſtoricum Domus Auſtriæ & Habsburgiæ. Auguſtæ Vindel.* in qvo eminentiſſimæ hujus domus laudatiſſimorum Principum, Imperatorum, Regnum, Archi-Ducum, eorumqve Conſangvineorum & Affinium utriusqve ſexus natales, inaugurationes, conjugia, res geſtæ & obitus recenſentur.

Beer *Joh. Chriſtophori* Groſthaten der Ertz-Hertzoge zu Oeſterreich / Nürnberg 1695. 4.

von Birken *Sigiſmundi* Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes von Oeſterreich. *Ibidem* 1668. *f.*

Hofmanni *Abrahami* Neue Oeſterreichiſche Chronica und Beſchreibung aller Geſchichten / des Löblichen Hauſſes von Oeſterreich / Leipzig 1612. *f.*

Poppenhaueri *Johannis* Habsburgiſche Chronica. Marburg 1631. *f.*

&c.

§. II.

De Scriptoribus nonnullis rerum Bohemicarum.

Freheri *Marqvardi Collectio Scriptorum aliqvot Rerum Bohemicarum Hanoviæ 1602. fol. cum Hiſtoria Bohemicæ Commentariis Joh.* Dubravii, *qvæ ſeorſim etiam prodierunt Baſileæ & Pernæ 1575. f.*

Goldaſti *Melchioris Commentarius de Regno Bohemiæ Libris XVI. conſtans. Francofurti M. 1626. 4.*

Sylvii *Æneæ Hiſtoria Bohemorum Baſileæ 1575. Ambergæ 1593. & Helmſtadii 1699. 4.*

Boreg *Martini* Böhm. Chronica. Wittenberg. 1587. *f.*

Hagetii *Venceslai* Böhmiſche Chronica. Prag 1596. *f.*

Curæi *Joachimi* (Freyſtadienſis) *Sileſiæ Gentis Annales. Vittebergæ 1571. f. & Lipſiæ 1606. f. germanicè, cum continuatione Jacobi Schikfuſii.*

Benkenſteinii *Res Sileſiacæ.* Oder vornehme Händel und Unfälle / ſo ſich von Anfang des Chriſtenthums in Ober und Nieder-Schleſien / auch angrenzenden Königreichen als Ungarn /

Ungarn / Böhmen / Pohlen *&c.* zugetragen haben. Leipzig. 1606. *&c.*

§. III.

De Scriptoribus qvibusdam Rerum Polonicarum.

BRuti *Joh. Michaelis (Florentini, qvi Stephani Regis Poloniæ juſſu ad ſcribendas Hiſtorias ſe applicuit) Hiſtoriarum Libri IIX.*

Cromeri *Martini Polonia, ſive Libri X. de Origine & geſtis Polonorum Baſileæ* 1596. *f.*

Longini *Vincentii Hiſtoria Polonica Partes III. Dobromilii* 1515. *f.*

à Michova *Matthæi Sarmatia Aſiana & Europæa. Sive de Gentibus Septentrionalibus. Baſileæ* 1582. *f.*

Paſtorii *Joachimi* ab Hirtenberg *Florus Polonicus. Amſterodami* 1664. *& Gedani* 1679. 12.

Piaſecii *Pauli Chronica geſtorum in Europa ſingularium, ad A.C.* 1648. *Cracoviæ* 1648. *f.*

Piſtorii *Johannis (Niddani) Polonicarum Rerum Scriptores latini veteres & recentiores. Baſileæ* 1582. *f.*

Sulkovii *Joh. Demetrii Commentarius Rerum Polonicarum. Dantiſci*, 1647. 4.

Anonymi Neuer Polniſcher *Florus.* Nürnberg / 1666. 12.

- - Anecdotes de Pologne, ou Memoires ſecrets de Jan Sobieski, III. du nom, à Amſterdam 1699. 4.

Anonymi *Deſcriptio Rerum geſtarum Michaelis Principis Moldaviæ, Gorlicii.* 1599. 4.

Baretti *Hiſtoria motuum Moldavicorum (qvæ Provincia olim Regum quoqve Hungariæ Majeſtatem comiter coluit) Pariſiis*, 1620. 8. *gallicè.*

Gorletii *Leonhardi Hiſtoria Vallachiæ* -- 1578.

Anonymi Curioſe Beſchreibung von Moldau und Wallachey / was ſich in dieſem Seculo bis nach dem Friedens-Schlus. A. 1699. wegen mehrgedachten Ländern zwiſchen Pohlen und der Ottomanniſchen Pforte verändert. Goslar 1699. 4.

&c.

§. IV.

De Scriptoribus aliqvot Rerum Reipublicæ Venetæ.

BLondi *Flavii Liber de Origine & geſtis Venetorum. Baſileæ* 1559. *f.*

Foſcarini *Michaelis Hiſtoria Reipublicæ Venetæ* 1696. 4. Hiſtoriam ultimi belli, qvod cum Turcis geſtum fuit, deſcribit, eandemqve uſqve ad A. 1690. deducit.

Juſtiniani *Petri Hiſtoria Rerum Venetarum ab Urbe condita ad A.* 1575. *deducta*, prodiit cum Appendice opuſculorum variorum, Argentorati 1611. f.

Nani *Baptiſtæ Hiſtoria Reipublicæ Venetæ. Venetiis* 1674. 4.

Rapini *Renati (Turonenſis Galli) Trophæum Armorum Reipublicæ Venetæ ob debilitatum Turcam & reſtitutam S. J. Pariſiis*, 1657. *fol.*

Anonymi Frammenti Hiſtorici della gverra in Dalmatia. in Venetia 1692. 12.

&c.

§. V.

De Scriptoribus qvibusdam Rerum Slavicarum.

CRantzii *Alberti Vandalia latine & germanicè Francofurti ad Mæn.* 1601. *f.*

Hel-

Helmoldi *Presbyteri Boſovienſis*, & Arnoldi *Abbatis Lubecenſis Chronicon Slavorum à tempore Caroli M. ad Ottonem IV. qvod Henricus Bangertus è MSS. Codicibus recenſuit & notis illuſtravit; Joh. Mollerus autem Diatribâ Hiſtorico-Criticâ de Helmoldo ejusqve Vitâ, ac Chronico Slavorum illiusqve Continuatoribus & Editoribus auxit. Lubecæ* 1654. 4.

Kirchmayeri *Georgii Diſputatio Hiſtorica de Origine, Jure & Utilitate lingva Slavonica, habita Vitteberga* 1697. *Reſp. Joh. Fiſchero, Solnenſi Hung. in* 4.

Lindenbrogii *Erpoldi* (vel potius incerti Autoris per *Lindenbrogium* eruta) *Chronica Slavica à primo poſt Chriſtum natum anno, usqve ad* 1562.

Pribænii *Vincentii Tract. de Origine & ſucceſſibus Slavorum. Venetiis* 1532. 4.

Schurzfleiſchii *Sam. Conradi Diſſertatio Hiſtorica de Rebus Slavicis, habita Vitteberga* 1670. extat in ejus Vol. Diſputationum Hiſtorico-Politicarum, qvod Lipſiæ editum eſt. A. 1699. 4.

Schorkelii *Sigiſmundi Chronicon Slavorum. Francofurti Mœn.* 1573.

à Sudetis *Joh. Matthiæ Tract. de Origine Slavorum & Bohemorum, Lipſiæ* 1615.

Vengerſcii *Andreæ* (Theologi Ultrajectini) *Slavonia reformata. Seu Hiſtoria Eccleſiaſtica, Eccleſiarum Slavonicarum, Bohemicarum, Polonicarum &c. Amſterodami* 1679. 4.

Il Regno de gli Slavi, hoggi corrotamente detti Schiavoni, Hiſtoria di Don Mauro Orbini. in Piſaro 1601. fol.

&c.

§ VI.

De Scriptoribus nonnullis Rerum Turcicarum.

ANonymi *Syndromus Rerum Turcico-Pannonicarum Hiſtoriam 150. annorum complectens, Francofurti Mœn. 1626. 4. II. Voll.*

Barletti *Martini Turcicorum Chronicorum Tomi III. in quibus Turcorum Origo, Principes, Imperatores, bella, prælia, cædes, victoriæ, reique militaris ordo &c. exponuntur. Francof. Mœn. 1578. f.*

Boſqvieri *Philippi Orator Terræ Sanctæ & Hungariæ. Seu Sacrarum Philippicarum in Turcarum barbariem notæ. Duaci* 1606. *& Coloniæ* 1611. *8.*

Camerarii *Ioachimi Commentarii II. de Rebus Turcicis, Francofurti* 1598. f.

Chalcondilæ *Leonici Athenienſis, Turcicæ gentis Hiſtoria, ab Ottomanno Otthogulis filio, qui circa A. C.* 1300. *regnare cœpit, uſqve ad Mahomedem II. qvi Conſtantinopolin A. 1453. occupavit, & deinceps usqve ad A. 1464. X. Libris expoſuit. Qvorum VI. Vladislai Hungariæ Regis, & Nitrii Athenarum Ducis initia: Libro VII. Prælium Vladislai Regis Hung. ad Varnam, Expeditiones adverſus Scanderbegum & Hunniadem recenſet. Libro X. Lesbum Inſulam, Jaizam ac plures Illyrici Urbes ſibi ſubjicit, & bellum à Venetis atqve Matthia Hung. Rege A. 1463. illatum repellit. Baſileæ, 1562. f. & Francofurti Mœn. 1613. f.*

Conringii *Hermanni Libri varii de Bello contra Turcas gerendo ſelecti & uno Volumine editi, Helmſtadii 1664. in 4. Nimirum: Lazari Soranzii (Patricii Veneti) Ottomannus, ſive de Imperio Turcico. 2) Achillis Tarduccii Turca vincibilis in Hungaria. 3) Anonymi cujuſdam Diſſertatio de Statu Imperii Turcici, cujuſmodi ſub Amurathe III. fuit: deqve ejus evertendi modo. 4) Augerii Gislenii Busbeqvii Exclamatio ſive de re militari contra Turcam inſtituenda conſilium. 5) Johannis Comitis Tarnovii de bello cum juratiſſimis Chriſtianæ fidei hoſtibus. Turcis gerendo, Diſputatio. 6) Lazarii Svendii qvomodo Turcis ſit reſiſtendum conſilium. 7) Felicis Petantzii Libellus de Itineribus aggrediendi Turcum. 8) Chri-*

ſtiani

ſtiani Franci dolium Diogenis, ſtrepitu ſuo collaborans Dynaſtis Chriſtianis, bellum in Turcas parantibus. 9) *Henrici Turrii Vicecomitis de Tourenne ad Regem Chriſtianiſſimum de bello Turcico Oratio.*

Crucii *Hiſtoria bellorum à Turcis nuper cum Polonis, Moſcis & Hungaris geſtorum. Haga Comitum* 1689. 12.

Dornavii *Caſparis Liber de incrementis Dominationis Turcica. Francofurti Mæn.* 1615 4.

Franzii *Petri Laurus Europea, ſeu celebres Chriſtianorum de Turcis victoria.* 1687. 8.

Honigeri *Nicolai à Königshof Solymanni & Selimi Bella cum Chriſtianis ab A.* 1570. *ad A.* 1577. *Baſilea.* 1577. 8.

Leonclavii *Iohannis Annales Sultanorum Othmannidorum à Turcis ſuâ linguâ ſcripti, & ab eodem latine donati, ex editione ſecunda prodierunt auctius A.* 1591. *germanica verò illorum editio. A.* 1595. *Francofurti ad Mæn. in f.*

Ejuſdem *Pandecta Hiſtoria Turcica ad illuſtrandos Annales. Ibid.* 1588. 4.

Loniceri *Philippi Chronicon Turcicum. Francofurti M.* 1568. *f. &* 1584. 8.

Martini *Iohannis Tract. de Rebus Turcarum in Hungaria geſtis, Baſilea* 1556.

Pontani *Georgii à Breitenberg Hiſtoria Rerum* Turcicarum. *Francofurti Mæn.* 1597. 4.

Richerii *Chriſtiani Tract. de Rebus Turcarum. Pariſiis* 1540. 4.

Varſevitii *Chriſtiani* Turcia. *Cracovia* 1595. *f.*

Tuberonis *Ludovici* Tract. *de Rebus* Turcicis. *Francofurti Mæn.* 1603. 4.

Ano-

Anonymi Türckiſche Zeitungen von Bajazets erſchrecklichen Thaten. Freyburg 1595. 4.

- - Mahumetiſche Hiſtorien von des Mahumets falſchen Lehre / Rathſchlag vom Krieg wider den Türcken / und Ungariſche Chronica. Cölln 1606. 4.

- - Türckiſche Belägerung der Stadt Wien/ 1685. 8.

- - Die Neueröfnete Ottomanniſche Pforte / Augſpurg 1694. f. *Huic Anno* 1700. *Ibidem acceſſit* : Der Neueröfneten Ottomanniſchen Pforte Fortſetzung ; oder continuirter Hiſtoriſcher Bericht / der Türckiſchen Monarchie Staats-Maximen ꝛc. von A. 1664. bis auf 1700. theils auch von denen Königreichen und Provinzien/als Ungarn / Siebenbürgen / Pohlen / Moſcau / Wallachey ꝛc. Handelt aus des H. *Ricaut* , *Donato* , *Foſcarini*, *Berengaro &c.* und andern glaubwürdigen Schriften und Uhrkunden / aus dem Franzöſiſchen / Italiäniſchen und Holländiſchen / in das Hoch-teutſche überſetzet und zuſam getragen ; zugleich mit Kupfern / und Contrefaituren der berühmteſten Potentaten / Generalen / und andern Kriegs-Helden / auch Abbildung der Plätze und merckwürdigſten Begebenheiten.

J. B. de Rocoles Vienne deux fois aſſiegé par les Turcs en 1529. & 1683. & heureſement delivrée avec des reflexions hiſtoriqves ſur la maiſon d' Auſtriche , & ſur la puiſſance Ottomanne , a Lion 1684. 12. *Similis huic argumento eſt* : *Cara Muſtafa* , grand Vezir , Hiſtoire contenant ſon elevation , ſes amours dans ſerail, ſes divers emplois , le vray ſujet qvi lui a fait entreprendre le ſiege de Vienne, & ſes particularites de ſa mort. à Paris 1684. 12.

&c.

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google

TABELLA ORTHOGRAPHIÆ
LINGVÆ HVNGARICÆ

Eum in finem heic ſubmiſſa, ut B. Lector nomina in hac Opella ſecundum uſitatum ſcribendi modum hungaricum expreſſa, eo rectius legere ac pronunciare qveat.

Enimverò licet Hungari iiſdem, qvibus Latini in exaranda ſua lingva utuntur, literarum gaudeant notis, pronunciando tamen eas aliqvadantenus diſcrepant, qvarum igitur diſcrimen heic exhibere è re eſſe putavi, nempe:

á. cs. cz. é. gy. ly. ny. ó. ö. S. ſ. ſſ. ss. ts. tz. ú. v. z.

á. Accentu acuto notatum ſyllabam producit. e. g. *ács*. i. e. faber lignarius: *álok*. i. e. ſto.

cs. Duriusculè pronunciatur, veluti tſche. e. g. *chanály*, urtica, lege, tſchanal: *csudálatos*, mirabilis, lege tſchudalatoſch.

cz. pronunciatur veluti latinum *c*. vel germanicum z. e. g. *czérna*, filum, lege zerna: *czékla*, beta, (herba) lege zeikla: *czomb*, femur, lege zomb.

é. ferè velut *ei* pronunciatur, e. g. *én*, ego: *egér*, mus: *édeſſég*, dulcedo.

gy. *G*. pronunciant qvidem Hungari qvemadmodum Latini, & Germani; ſed ſi *y*. eſt adjunctum, peculiari gaudet pronunnunciatione, qvaſi dje / qvæ tamen rectius vivâ voce doceri poteſt pronunciatio. e. g. *György*, Georgius, lege djördj: *gyöngy*, gemma, lege djondj: *megyek*, eo, lege medjek.

ly. effertur veluti Gall. in voce *oreglie*, *Eveillé*, la *feuille*, media ſyllaba, qvæ tamen pronunciatio etiam vivo accedente magiſtro

Digitized by Google

giſtro melius addiſcitur. e. g. *lyuk*, foramen: *golyóbis*, globus *golyvás*, ſtrumoſus: *ſármály*, galgulus.

ny. neqve hujus pronunciatio rectè deſcribi poteſt: *y*. enim literæ *n*. & *l*. junctum, non effertur, uti alias in vocali *i*. fieri ſolet. *Exempl. nyár*, æſtas: *nyelv*, lingva: *nyúl*, lepus: *anya*, *mater*.

ó. accentu acuto notatum ſyllabam producit e. g. *ólom*, plumbum: *óltár*, oltare.

ö. pronunciant Hungari, veluti incolæ Saxoniæ inferioris *ö*: ſeu ut Galli *eu*: e. g. *Köröm*, ungvis, lege köröm / vel Keureum: *ökör*, bos, lege ökör / vel eukeur: *Török*, Turcus *lege* Török / vel Teurouk.

S. ſ pronunciatur veluti germanicum Sch. *ſſ ss*. verò ceu duplicatum ſch ſch. e. g. *Sas*, aqvila lege Schaſch: ſebes, vulneratus, lege ſchebeſch: *laſſán*, lente, lege laſchſchaan: *nemeſſég*, nobilitas.

Sz. ſz. pronunciant Hungari, ceu Germ. *S. ſz*. lege, nemeſcheig. *sz*. verò, velut ß. e. g. *Szántó*, arator, lege Saantoo: *Szag*, odor, lege ßag: *ſzálás*, hoſpitium, lege ſaalaaſch: *Aſzſzony*, mulier, lege aßoy: *boſzſzúſág*, lege boßuſchaag.

ts. pronunciatur ceu germ. tſch. e. g. *tsomó* lege tſchomoo i. e. faſciculus: *tsür*. i. e horeum lege tſchür. *tsilágocska*, i. e. ſtellula, lege tſchilaagotſchka.

tz. lenius & cum Sibillo effertur, velut germ. tz. e. g. *atzél*, *chalybs*, lege atzeil: *útza*, i. e. platea lege utza: *ortza*, facies, lege ortza.

ú. accentu accuto notatum ſyllabam producit e. g. *út*. i. e. via: *úr*, i. e. dominus.

ü. effertur ceu gallicum u. vel germ. ü. e. g. füld, terra, lege füld; fü, herba lege fü.

u. v.

V. v. leniuſculè pronunciant Hungari, ceu Germ. w. w. qvam tamen ſic geminatam literam Hung. penitus non habent. e. g. *vas* ferrum lege waſch/ *veſzſzö*, virga, lege weßö: *vitéz*, miles, lege witeiß.

Z. pronunciant Hungari non ut Germani, ſed ut Galli, leniter, e. g. *zab*, avena; *zuzmaráz*, i. e. pruina.

ERRORES

Qvi hinc inde in *Specimen Hungariæ Literatæ* irrepſerunt, B. Lector ſuo corrigat genio, qvoſdam verò ſeqventi modo:

Pag. 11. linea 19. pro ſagitsæ, lege *ſagittæ* addito. p. 15. l. 20. pro Jerem. lege *Joban*. Ibid. l. 7. pro illicet lege *illocò*. p. 24. l. 28. pro Alegambe, lege *Alegambii*. p. 25. l. 14. pro Bis-enæ, lege *Bis-Senæ*, & lin. ibid. 16. pro amuelis, lege *Samuelis* lin. vero ib. 27. pro amueli, lege *Samueli*. p. 26. linea 51. pro 1580. lege 5180. p. 28. l. 5. pro odalitatis lege *Sodalitatis*. & l. ib. 16. pro III. lege *I*. p. 29. l. 19. pro empronii lege *Sempronii*. p. 51. l. 21. pro Cluſtium lege *Cluſium*. p. 53. columna 1. lin. 28. pro bacſu, lege *bakſü*. p. 55. col. 1. l. 34. pro crucubita, lege *cucurbita*. p. 63. col. 2. l. 1. pro tengeriu, lege *tengeri*. p. 65. col. 1. l. 30. pro baza lege *búza*. p. 88. l. 31. pro umprimis lege *cumprimis*. p. 91. l. 2. poſt v. faculcate, addas *Medica*. p. 102. l. ult. pro nota na- lege, nota natalitia. p. 107. l. 3. pro Ruſelwitz lege Reuſelwitz. p. 108. l. 8. pro correeptum lege *correptam*. p. 109. l. 25. pro Tranſylvanis, lege *Tranſylvaniæ*. p. 110. l. 9. pro Syilagiæ, lege *Szilágyiæ*. p. 112, qvæ de *Dalmata Trypbone* occurrunt, dele, & illius in locum repone, qvæ p. 192. de eodem habentur. p. 128. l. 16. pro Perticov, lege *Petricov*. p. 131. l. 6. poſt Delic. pone *Poëtar*. p. 146. l. 9. pro Genethalica, lege *Genetbliaca*. p. 152. l. 26. poſt Geneva, pone *Hungariæ*. p. 176. l. 1. pro pagyri, lege *papyri*. p. 180. l. 17. pro Tornam lege *Tordam*. p. 184. pro Stravolſcius, lege *Staravolſcius*. p. 224. l. 23. poſt A. adde 1688. p. 226. l. 23. pro 1756, lege 1656. p. 227. l. 20. pro Trenii, lege *Trencsinii*. p. 232. l. 1. pro Sárvár lege, *Szerdabely*, & dele: *in Comitatu Szaladienſi ſita*. p. 235. l. 9. pro examine lege, *exanime*. p. 267. pro 1769. lege 1679. p. 285. l. 8. pro auctam lege *aucta*. p. 302. l. 6. pro vid. leg. *videlicet*. Ibid. l. 18. pro Qvi, lege *Qvo*. p. 307. l. 13. pro notiam, lege *notitiam*. p. 309. l. 18. poſt Georgius pone *Hungarus*. p. 311. l. 19. poſt n. 173. pone *recenſentur*. p. 326. l. 24. pro vrdeſis, lege *videſis*. p. 329. l. 19. pro A. pone à. p. 331. l. 20. pro Croara, lege *Slavus*. p. 340. l. 19. pro Serpelius, lege *Serpilius*. p. 349. l. 20. pro IV. lege *III*. p. 372. l. 24. dele *Prof*. p. 406. l. 2. pro angusto, lege *auguſto*. ibid. l. 25. poſt Imperator pone *Leopoldus*. p. 408. l. 6. pro Ivancis, lege *Ivanics*. ibid. l. ult. pro plara, lege *plura*.

In Bibliotbeca verò Scriptorum qvi extant de rebus Hungaricis:

Pag. 38. l. 15. pro Auguſtæ, lege *Auguſti*. p. 40. l. 20. poſt Eccleſiaſticam, pone *Hungariæ*. p. 46. l. 13. pro Solimet, lege *Solimex*. p. 49. l. 4. pro ille, lege *illa*. p. 52. l. 28. pro Tranſylvanæi, lege *Tranſylvaniæ*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

005651648 Digitized by Google